6
10-c
2

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
9 F
15

6-10, c, 2

Z 011

ISOCRATIS
PHILOSOPHI ET ORATORIS ATHENIENSIS: ORATIONES XXI. & epiſtolæ IX. ſaluberrimis, cùm degendæ vitæ, tùm Reipublicæ adminiſtrandæ præceptis refertæ,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AB HIERONYMO VVOLFio Oetingenſi, vtriuſq; linguæ in Auguſtana ſchola profeſſore publico, de integro conuerſæ, & quartùm nunc editæ.

Addita eſt, & vita autoris, & index accuratus.

AVGVSTAE VINDELIcorum ſumptibus Georgij Vvilleri, Bibliopolæ, apud Mattheum Francum.

Cum gratia & priuilegio S. C. Maieſtatis.

Anno M. D. LXVI.

AD INVICTISSIMVM ET POTENtiſſimum Romanorum Imperatorem, ſemper Auguſtum. D. Maximilianum II. Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæq; Regem, &c. Hieronymi Vvolfij in Iſocratem præfatio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BONA QVApiam fortuna videtur eſſe factum, potẽtiſsime et clementiſsime Imperator, vt Iſocrates, orator planè regius, & his ipſis rebus, quæ nunc deliberandæ ſunt, maturandis, vehementer occupatus, ſub veſtræ Cæſareæ Maieſtatis exoptatum in hanc vrbem, ob grauiſſima Romani imperij negocia, aduentum, & Reipublicæ Chriſtia-

næ (quod omnes ſperant & optant) ſalutarem, typis excuderetur. Non quòd C. Maieſtati veſtræ, & ingenio heroico præditæ, & ab ineunte ætate, & literis & imitatione maiorum, qui ſuæ virtutis immortalem memoriam reliquerunt, præclarè inſtitutæ, & in regno proauito ac vetuſtiſsimô, & natæ & educatæ, & exercitatæ, cuiuſquam vel ſcriptoris lectione, vel monitoris oratione magnoperè ſit opus: ſed quia futurum augurabar, ſi Cæſarea veſtra Maieſtas tenue hoc opuſculum in ſuo inclyto nomine apparêre pateretur, multos ex proceribus aulicis, qui res magnorum principum adminiſtrant, libellum hunc in manus ſumpturos, neq; grauatim lecturos eſſe. Mul-

ta enim viri præſtantes, & Reipublicæ ſtudioſi, ſua & dicta & facta egregia recognoſcent, quæ ab Iſocrate aliàs præcipiuntur, laudantur aliàs: & quia laudęs eaſdem ad ſe quoq; pertinere ſentient, rectè factorum conſcientia exhilarabuntur. Iam cum, in hac naturæ humanę imbecillitate, non exiguæ virtutis, neque paruæ ſapientiæ ſit, errata & peccata pro virili cauere: id quoque gaudebunt, ſe ab ijs vitijs eſſe alienos, quæ orator & philoſophus antiquiſsimus, & ſua ætate per Europam atque Aſiam celeleberrimus reprehendit, ſeq; ad V. C. Maieſtatis imitationem, omnis officij, laudis, humanitatis exemplar, quàm proxime acceſsiſſe. Illud etiam C. Maieſtatem V. delecta-

bit, cum Iſocratem videbit ea ſuadere, & omnibus eloquentiæ neruis contendere, quæ ipſa iam ſuſcepit, &, Deo fortunante, perficiet, vt & pax atque concordia, in Christiano orbe conſtituatur, & totius imperij viribus Barbari oppugnentur, & Pannoniæ contra illorum inſultus, tàm colonijs, quàm perpetuis præſidijs, veluti muro immortali muniantur. Cui ego, quem Fortuna obſcurum, Natura multis notum eſſe voluit, lucubratiuncula hac mea Romanum imperium, & diuinitùs deſtinatum, & conſentientibus ſummorum principum ſuffragijs delatum, animo ſummiſſo & ſumma cum obſeruantia gratulandum eſſe duxi: eoq́; magis, quòd & C. V. Maieſtatem ea humani-

tate eſſe, non vno tantùm omnium ore perhiberi audio, ſed & coràm vidi, vt neminem quantumuis humilem aſpernetur: & Muſarum hoc munus eſſe creditur, quarum ego cultor, neſcio quàm felix, (id enim Fortunæ munus eſt) aſsiduus certè quidem & diligens ab ineunte ætate fui, vt obſeruantiam erga Monarchas ſuã (quoniam Iouis optimi Maximi, cuius nomine ſummos principes intelligunt, non alumnę, ſed filiæ eſſe dicuntur) literarum monimentis declarent, ſeq́; illorum fidei & tutelæ commendent. Nam quod ad me quidem attinet, in ea fortuna, quæ mihi vel diuinitùs attributa, vel à me certo conſilio, ad naturam meam accommodato, delecta eſt, nihil neq; ſperans,

neque ſpectans amplius, ingraueſcente præſertim ætate, acquieſco. Hoc factum meum fortaſſe non tàm audax, quàm impudens, non tamen tàm mea ſponte, & certo quodam augurio atque omine felici, quàm claris viris autoribus ſuſceptum: ſi V. C. M, diuinam imitata clementiam, in meliorem partem acceperit, animumq́ meum potius, inclytæ Auſtriacæ familiæ, tot Regum & Cæſarum, ſumma cum prædicatione virtutis, parenti, addictiſsimum ſpectarit: me ſummo beneficio, C. V. Maieſtatis, quam Deus optimus Maximus, ad Chriſtiani orbis ſalutem & dignitatem, quàm diutiſsimè incolumem & florentem conſeruet, atq; indies ad maiora prouehat, affectum eſſe iudicabo.

Votum

VOTVM EIVSDEM pro victoria & concordia.

IFelix, ducente Deo, fortiſſime Cæſar:
Excute Barbaricum, protere, frange iugum.
Pannoniasq́; tuas inuicto milite firma,
Qui terrore ſuo perfida regna premat.
Inclytus inde redi cœleſti numine uictor,
Supplicibusq́; tuis iura, fidemq́; refer.
Hæc pater omnipotens, hæc filius almus Ieſus,
Spiritus hæc ſanctus uota ſecundet: Amen.

EIVSDEM IN CÆSArum Auſtriacorum imagines diſticha.

Κατὰ προσωποποιΐαν.

RODOLPHVS HABSPVRGIVS.

Non mea te fruſtrata fuit, Germania, uirtus,
Clara, triumphatis hoſtibus, arma gero.

ALBERTVS.

AEmulus occubuit: me perfidus abſtulit enſis:
Vlta necem ſoboles, claraq́; facta manent.

FRIDERICVS PVLCHER.

Pulchrior ingenio, quàm pulchro corpore: felix
Cætera: diſsidij in mala tanta forent.

ALBERTVS II.

Coniugij FORTVNA *dedit duo ſplendida regna:*
Romanum VIRTVS *addidit imperium.*

FRIDERICVS III.

Nullus ab Auguſto tenuit tot ſceptra per annos,
Cætera, fatorum quæ tulit ordo, tuli.

MAXIMILIANVS I.

Ingenio, pietate, fide, uictricibus armis
Maximus: haud abs re nomina tanta gero.

PHILIPPVS MAXI. F.

Non ego Cæſar eram, dotalia regna ſecutus:
Ternus at à noſtro ſtemmate Cæſar adeſt.

CAROLVS V.

Indiæ & Europæ clarus, Libyæq́; triumphis:
Imperium fratri, feſſus honore, dedi.

FERDINANDVS I.

Me neq; Turcus atrox, neq; ſors inimica ſubegit:
Sceptra (Deo grates) inuiolata gero.

MAXIMILIANVS II.

Nomine par proauo (faueant modò Numina cœptis)
Imperio, rebus, pectore maior ero.

PHILIPPVS CAROLI V. F.

Non ego ſum Cæſar: Regem Tagus, Inſuber, Afri,
Belgæ, Itali, Siculus, Sardus & Indus habent.

MARIA IMPERATRIX.

Cæſar me genuit, Cæſar me coniuge ducta,
Cæſaream fulcit ſoſpite prole domum.

FERDINANDVS ET CAROLVS ARCHIDVCES.

Contigit à patruo, proauo, patre, fratre, atauisq;
Cæſareæ nobis nobilitatis honos.
Quid uentura ferat Sors, quærere mittimus: ipſi
Fungimur officio: cætera fata dabunt.

SOLYMANNVS GERMANIS.

Non ego uobiſcum titulis aut ſtemmate certo:
Qui minor eſt armis, hic mihi ſeruus erit.
Comprendi totum noſtris ſub legibus orbem,
Iam pridem uatum præſcia fama canit.
Comprobat & uatum, noſtra omnipotentia famam:
Vos diſcors regnum, proditioq; premunt:

Vos

Vos priuata mouent: paucis reſpublica curæ:
Rex ego cuncta meo conſtituo arbitrio.
Ebrietas ueſtrum decus eſt: nos ſobria uita,
Terrarum dominos, Oceaniq; facit.
Pannonias triplici numeroſo milite uaſto:
Qui ferus arma ſtatim ueſtra puſilla uoret.

GERMANI SOLYMANNO.

Omnipotens Deus eſt, tua qui citò conteret arma:
Iam licet eſſe tibi tu uideâre Deus.
Non tu falſa quidem nobis opprobria dicis:
Cauſa tamen melior noſtra, fidesq; uiget.
Nec tua flagitij ſæuæq; tyrannidis expers
Vita, iubet uoto te meliore frui.
Irrita quid iactas falſorum ſomnia uatum?
Quid tibi de uana proſperitate places?
Adiutor nobis trinus Deus, Vnus & idem,
Perdere myriadas mille ſine enſe poteſt.
Opprimet iniuſtos diuina potentia faſtus:
Chriſticolisq; ſuis læta trophæa dabit.

AMEN, AMEN, AMEN.

CATALOGVS OPERVM ISOCRATIS.

I. CLASSIS PARAENETICA.

1. Ad Demonicum. 1.
2. Ad Nicoclem. 23.
3. Nicocles. 46.

II. CLASSIS SVASIONVM.

1. Panegyricus. 71.
2. Ad Philippum. 143.
3. Archidamus. 203.
4. Areopagiticus. 250.
5. De Pace. 284.

III. CLASSIS EXORNATIONVM.

1. Euagoras. 342.
2. Helenæ laudatio. 373.
3. Buſiris. 399.
4. Panathenaicus. 422.
5. Contra Sophiſtas. 528.

IIII. CLASSIS IVDICIORVM.

1. Plataicus. 542.
2. De permutatione. 568.

De

3. De Bigis. 634.
4. Trapeziticus. 655.
5. Contra Callimachum. 678.
6. AEgineticus. 703.
7. Contra Lochitem. 723.
8. Amartyros. 731.
V. Epiſtolæ IX. 793.
VI. Vita Iſocratis. 781.
VII. Orationum diuiſio. 843.
VIII. Elogia Iſocratis. 861.
IX. Index.
X. Erratorum correctio.

INTERPRES LECTORI.

Plurima diſcentem ſe conſenuiſſe profeſſus
Nullius ore probi probra Solon meruit.
Zoilus at negat hoc? Quæ præmia digna reportet?
Editus ut puer eſt, ſic puer ut pereat.

ARGVMENTVM HIERONYMI Vvolfij in primam orationem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COnſilium & propoſitum huius libri eſt, vt ex ipſa inſcriptione ſatis apparet, adoleſcentum animos ad honeſtas actiones & exhortari & inſtituere: quo vitam non tantùm ſuauiter, & commodè, ſed etiamcum laude & gloria tranſigant. Omninò igitur ingenuis pueris ediſcendæ ſunt hæ dulciſsimæ ac ſaluberrimæ præceptiones, vt in omni uita in cõſpectu atq; in promptu ſint. Neminem profectò laboris illius vnquàm pœnitebit. Operæ precium etiam fuerit, per ocium atq; ætatem, cauſas ſingulorum præceptorũ exquirere, eademq; ſimilibus ſententijs, & exemplis, Poëtarum, hiſtoricorum, atq;

Scopus admonitionum.

Ediſcendas eas eſſe.

Quomodo ad uſum ſint accõmodandæ.

adeo vitæ communis, illuſtrare. Sed illud omnium vtiliſsimum erit, conſiderare, quoties ſanctiſsimam doctrinam, vel imprudens vel petulanter neglexeris? quoties, & quàm grsues incogitantiæ temeritatisq; pœnas dederis? Ita fiet, vt non tantùm de aliorum dictis, factis & caſibus prudentiùs iudices, & ipſum libellum rectiùs intelligas: ſed illud etiam conſequêris, vt in omni vita ſapientiam cum probitate coniungere ſtudeas: inſcitiam & dedecus deteſteris. *Ordo.* Ordo (quem autor de induſtria, variandæ fortaſsis orationis cauſa, neglexiſſe ac turbaſſe videtur) atq; numerus (poſſunt enim aut plura cõiungi, aut vnum quoddam in plures tribui partes) hic non magnopere eſt requirendus. Coaceruantur enim præcepta, non illa quidem omninò temerè: ſed minus tamen accuratè, q̃ fit in libello Ciceronis de officijs, aut Ariſtotelis diſputatione de moribus. Neque ſemper rationes adijciuntur, (nam *Methodus.* methodus expoſitione potiùs, quàm probatione conſtat,) ſed quæ inter meditandum & ſcribendum inciderunt, vel

decla-

declarationem aliquam, vel ornamenta verborum requirere viſa ſunt: ad arbitrium Iſocratis, pro autoritate in medium afferuntur. Illud etiam obſeruandum eſt, præceptiones has magnam ſuppeditare copiam adhortationum & laudum, & contrà. Partes huius libelli ſunt tres: Principium, doctrina de moribus, et peroratio. Sũt enim, perquàm artificioſè, præceptiones in medio cohortationum collocatæ. Quæ quidem præceptiones & admonitiones (vti iam dictum eſt) normæ atque regulæ eſſe debent totius vitæ, ad quas & poëtarum & hiſtoricorum ſcripta, & noſtræ ætatis hominum dicta factaque omnia, ſunt exigenda & iudicanda.

Præcepta & in ſuadendo et in laudando ualere.

Orationis partes.

ISOCRATIS AD DEMOnicum præcepta de officijs, Hieronymo Vuolfio interprete.

ORATIO I.

I. PARS orationis.

CVM multis, Demonice, in rebus multùm intereſſe videas inter bonorum rationes, & im-

Beneuolẽtiæ captatio à perſonis, & ſententioſa collatione.

proborum cogitationes: tum in familiaritatibus longè maximum diſcrimen apparet. Nam alteri amicos, dũ adſunt tantùm, colunt: alteri etiam longè remotos amant: ac improborum quidem neceſsitudines paulo momento pereunt, bonorum autem amicitias nulla temporis lõginquitas deleuerit. Quum igitur ijs, qui gloriam expeterent, & liberalibus artibus ſtuderent, bonos & non improbos imitandos cenſerem: hanc orationem dono tibi miſi, quæ & amicitiæ noſtræ pignus eſſet, & meæ cum Hipponico familiaritatis ſignum. Vt enim rei familiaris, ſic & amicitiæ paternæ liberis capienda eſt hæreditas. Ac nobis & fortunam ſuffragari, & ipſum tempus opitulari video. Nam & tu erudiri cupis, & ego in alijs erudiendis elaboro: tu adhuc ſapientiæ ſtudes: ego ſapientiæ ſtudioſis viam commonſtro. Etſi autem ij, qui ad amicos exhortationes ſcribunt, rem certè præclaram ſuſcipiunt: non in eo tamen verſantur, quod eſt in ſapientię ſtudio pręſtantiſsimum. Qui verò adoleſcẽtibus tradunt ea, non quę in dicendi exercitatione

Vulgaris & ueræ amicitiæ diſcrimẽ.

Attentionis captatio à circumſtantijs & collatione.

Cohortationes.

Præceptiões

Eloquentia.

Probitas.

tione & oratoria facultate eos acuant, ſed quæ ad naturale decus honeſtatis conforment: eò plùs, q̃ illi, fructus adferunt auditoribus, quòd ut alteri ad eruditionem verborum duntaxat hortantur, ſic alteri etiã mores eorum corrigunt. Nos igitur non arrepta hortatione, ſed conſcripta præceptione, tibi conſulturi ſumus, quæ res adoleſcentibus expetendæ, quæq; facta fugienda ſint, & quorum hominum conſuetudine vti, & quo pacto vitam inſtituere debeant. Nam qui hoc vitæ quaſi iter ingreſsi ſunt, hi ſoli virtutis verè compotes fieri potuerunt: qua nulla poſſeſſio neq; ſplendidior eſt, neq; conſtantior. Nam forma quidem aut ætate conſumitur, aut morbo defloreſcit. Diuitiæ verò vitiorum magis, quàm virtutis miniſtræ ſunt: cùm quòd ignauiæ facultatem offerunt, tum quòd adoleſcentes ad voluptates inuitant. Iam vires corporis cum prudentia coniunctæ, ſanè proſunt: ſed ſine hac plus ijs ipſis nocent, penes quos ſunt: & vt corpora pugilum ornant, ſic tenebras curationi mentis obducunt. Virtutis autem poſſeſſio,

Docilitatis captatic. Adhortatio, laudatione uirtutis per collationem, conſtans.

Pulchritudo. Diuitiæ. Robur.

Virtutis officia.

ſeſſio, in quorum animis ſyncerè vnà cum ætate accreuerit, ſola nec in ſenectute deſerit, & opibus præſtantior, & nobilitate vtilior. Nam quæ alij efficere non poſſunt, ea facit, ut obtineri poſſint. Quæ multitudini horrenda videntur, magno animo ſubit: deſidiam in vitio ponit, laborem laudi ſibi ducit. Quæ quidem facilè tum ex Herculis certaminibus, tum è Theſei operibus perſpici poſſunt: quorum factis, norma virtutis directi mores, tantum gloriæ decus impreſſerunt, ut nulla ſecula res eorum geſtas obliuione delere poſsint. Atq; adeò, ſi, quod vitæ inſtitutum patris tui fuerit, recordere: domeſticum et illuſtre habebis exemplum eorum, quæ à me dicuntur. Nec enim ſic exegit ætatem, vt uel virtutem negligeret, uel ignauiæ ſeſe dederet: ſed & corpus laboribus exercuit, & animum ad pericula paratum habuit: neq; pecuniam ſupra modum amauit, ſed & bonis ſuis vſus eſt, vt mortalis, & rem familiarem curauit vt immortalis. Neq; verò vitam abiectè inſtituit: ſed & ſplendidus fuit & magnificus, & benignus in amicos, ac

Ab exemplis. Herculis. Theſei.

ſui ſtudioſos pluris fecit, quàm genere ſibi propinquos. Ad amicitiam enim conſtituendam longè plus eſſe virium in natura, quàm in lege: in moribus, quàm in genere: in voluntate, q̃ in neceſſitate, iudicabat. Deficeret nos omne tempus, ſi omnes illius actiones enumeraremus. Sed illas accuratiùs aliàs explicabimus: nunc ſpecimen Hipponici naturæ exhibuimus, quod, tanquã exemplar ad imitandum, in vita propoſitum tibi eſſe debet, vt mores illius pro legibus habeas, paternamq́ virtutem admireris & imiteris. Nam cum pictores pulchras animantes exprimant: liberis turpe fuerit, parentes virtute præſtantes non imitari Quare perſuaſum habeto, nulli pugili tantam eſſe præparationem adhibendam contra ſuos aduerſarios, q̃ tibi curandum ſit, vt, in hoc certamine laudis, ſis patri tuo par. Nequaq̃ autem fieri poteſt, ut quiſquam hoc in animum inducat ſuum, ni multis & bonis pręceptis fuerit refertus. Nam ut moderatis laboribus corpora: ſic honeſta doctrina mẽtes augeri ſolent. Ego itaq; te breuiter monere conabor, quibus

Reiectio.

Adhortatio ad paterni exempli imitationem.

Similitudo.

Pictores.

Pugiles.

Præceptorũ utilitas.

Concluſio exordij.

bus ſtudijs maximas ad virtutem pro-
II. PARS orationis. greſſiones facturus, et ab alijs omnibus laudem & gloriam conſecuturus eſſe videaris.

1. Religio. In primis igitur Deos immortales religioſè colito, non ſacrificia modò faciendo, ſed iureiurando etiam conſeruando. Nam illud amplę pecunię indicium eſt; hoc, morum integritatis argumentum. Venerare numen cùm aliàs ſemper, tùm maximè cùm ſacra publicè fiunt. Sic enim apparebit, te ſimul et Dijs immolare, & legibus obtemperare.

2. Pietas. Talem erga parentes te præbe, quales in te liberos eſſe tuos optares.

3. Exercitationes. Eas corporis exercitationes amplectere, non quæ ad robur, ſed quæ valetudini proſint. Quod ita conſequêre, ſi laborare deſinas, dum adhuc laborare queas.

4. Modeſtia ſermonis, riſus, uultus. Neque petulantem riſum ama, neque audacem orationem proba. Nam alterum ſtulticiæ eſt, alterum inſanię. Quæ factu ſunt turpia, ne dictu quidem decora eſſe puta. Aſſuefac te, ut ſis vultu non toruo, ſed ſeuero. Nam illud inſolentiæ, hoc prudentiæ tribuitur.

Exiſtima

Exiſtima te maximè decere modeſtiam, verecundiam, iuſticiam, temperantiam. His enim virtutibus omnis adoleſcentiæ diſciplina continetur. *5. Adoleſcẽtiæ diſciplina*
Si quid vnquàm turpe admiſeris, ne ſperato fore clàm. Nam vt alios id cæles, at ipſe tibi eris conſcius. *6. Conſciẽtia*

Deum time. Parentes honora. *7. Reuerẽtia*
Amicos verere. Legibus obtempera.

Eas ſequere voluptates, quæ gloriam pariant. Nam oblectatio coniuncta cum honeſtate, res eſt optima: ſine hac, peſſima. *8. Voluptas.*

Caue criminationes etiam falſas. *9. Fama.*
Vulgus enim, cum veritatem ignoret, ex opinione famaq́ iudicat. Omnia te ita facere puta, quaſi neminem ſis cælaturus. Etſi enim quippiam occultâris in præſentia, pòſt tamen innoteſcet.

Exiſtimationem maximè colliges, ſi ea te non facere appareat, quæ ab alijs facta reprehenderes. *10. Autoritas.*

Si cupidè didiceris, multa diſces.

Quæ ſcis, exercitationis diligentia tuêre. Quæ non didiciſti, artium cognitione adiungito. Aequè enim turpe eſt, auditam vtilem orationem non diſcere, *11. Eruditio*

ac boni quippiam datum ab amicis non accipere. Quicquid ocij dabitur, id in audiendæ doctrinæ ſtudio conſumito. Sic enim fiet, vt quæ magnis alij laboribus inuenêre, tu facilè perdiſcas. Audiuiſſe multa, præſtare puta, q̃ pecuniæ multum coegiſſe. Nam hæc facilè amittitur: illa perpetuò durant. Solius enim ſapientię poſſeſſio eſt immortalis. Ne te pigeat longam ire viam ad eos, q ſe aliquid vtile docturos profitentur. Cum enim mercatores, rei familiaris augendę gratia, tanta maria tranſmittant: turpe fuerit adoleſcentes, excolēdi ingenij cauſa, nec terreſtre iter velle ſuſcipere.

12. *Affabilitas.* Moribus tuis adſit affabilitas, verbis vrbanitas. Eſt aũt affabilitatis, obuios ſalutare: vrbanitatis, comiter eos appellare. Comis in omnes eris, ſed optimorum familiaritate vtêris. Sic aliorum inimicitias vitabis, aliorum tibi amicitiam cōciliabis. Ne ſępiùs eoſdem, neq; verboſiùs iiſdem de rebus alloquare. Eſt enim rerum omnium ſatietas.

13. *Induſtria* Exerce te voluntarijs laboribus, ut etiam neceſſarios perferre poſsis.

14. *Animi continentia.* Dabis operam, vt rebus omnibus imperes

peres, quibus animum ſeruire turpe eſt: cuiuſmodi ſunt, lucrum, ira, voluptas, dolor. Hæc autem ita conſequêre, ſi ea in lucro deputes, quę gloriam, non quæ opes augeant. In ira, ſi talē te prębeas illis, quales in te delinquentem alios ęſſe velles. In oblectationib., ſi turpe ducas, ſeruis imperare, voluptatibus ſeruire. In rebus moleſtis, ſi calamitates aliorū inſpicias, et te hominem eſſe recorderis.

Diligentiùs tuere depoſita verborum, quàm nummorum. Nam boni viri eſt ita ſe gerere, vt eius integritas fide dignior, quàm iuſiurandum eſſe videatur. Quemadmodum improbis diffidendum, ſic bonis habendam eſſe fidem ducito. Nemini arcana tua credito, niſi res illas taceri, ęquè expediat etiam illis qui audiunt, ac tibi dicenti. *15. Taciturnitas, & arcana cōmittendi cautio.*

Iuſiurandum ſi poſtulabitur, duabus de cauſis dabis. Vel ut temetipſum turpi crimine liberes, vel ut amicos è periculis eripias. Pecuniæ verò cauſa per nullum Deum iurabis, etiamſi ſi liquidò id facere poſſis: ne alijs periurus, alijs auarus eſſe videaris. *16. Iuſiurandum.*

Amicitiā cum nemine iungito, priuſq̄ exploraueris, quomodo prioribus ami- *17. Amicitiæ cōſtitutio, ex*

conſeruatio. cis fuerit vſus. Sperabis enim, eum in te
ploratio, & quoq; fore talem, qualem erga illos ſe
præbuerit. Senſim amicitiam contrahito, cõtractam perpetuò conſeruare ſtudeto. Nam ſubinde mutare familiaritates, æquè turpe eſt, ac amicum habere neminem. Neq; cum damno mores amicorum periclitare, neq; ſodalium animos velis ignorare. Quod ita facies: ſi egêre te ſimularis, non egens. Communicato cum eis res non arcanas, tanquã arcanas. Nam & deceptus, nihil detrimenti capies: & voti compos factus, mores eorum perſpectiores habebis. Amicos cùm in vitæ calamitate, tum in periculorum ſocietate cognoſces. Nam ut aurum igni exploratur, ſic amicorum fides rebus aduerſis declaratur. Sic autem rectiſsimè tractabis amicos, ſi non expectes dum te rogent: ſed vltrò, cùm tempus poſtulat, eis opem feras. Non minus turpe ducas, ſuperari beneficijs amicorum, quàm vinci maleficijs inimicorum. Eos amicos proba, quibus non tantùm mala tua doleant, ſed qui etiam bonis tuis non inuideant. Multi enim, vt rebus amicorum aduerſis do-

lent,

lent, ita ſecundis inuident. Abſentium amicorum mentionem fac apud præſentes, vt nec ipſos abſentes neglecturus eſſe videaris.

In veſtitu fac ornatum probes, luxum repudies. Habet autem ornatus magnificentiam, luxus redundantiam. *18. Veſtitus.*

Ama bonorum non ingentem cumulum, ſed moderatum fructum. Eos qui amplificandæ rei ſtudent, cum partis uti neſciant, contemnito. Iſtis enim idem ferè accidit, quod ei, qui bonum pararit equum, non ſatis equitandi peritus. Da operam, ut diuitiæ & vſui & fructui tibi ſint. Sunt autem ijs, qui frui ſciunt, vſui: ijs verò qui vti ſciunt, fructui. Rem familiarem duabus de cauſis magni fac, tùm ut magnam mulctam ſufferre, tùm ut bono amico ferre opem in calamitate poſsis. Quod autem ad cæteras vitæ rationes attinnet, non ſupra modum eam, ſed mediocriter amato. Iis quæ adſunt contentus eſto: quęre tamen res meliores. *19. Diuitiarum uſus.*

Nemini calamitatem exprobres. Nam fortuna communis eſt; futuraq́ prouideri non poſſunt. *20. Moderatio in rebus ſecundis.*

Bonis

21. *Beneficentia.* Bonis benefacito. Præclarus enim theſaurus eſt, beneficium apud bonum virum collocatum. Si de malis bene mereberis, idem tibi vſu veniet, quod ijs, qui alienos canes paſcunt. Nam & hi æquè allatrant eos, qui dant, quàm * eos qui verberant: & improbi non minus eos qui benè de ipſis merentur, quàm eos qui eis nocent, lædunt.

* *quoslibet.*

22. *Aſſentationis odium.* Aſſentatores nō minùs oderis, quàm impoſtores. Nam vtriq; lędunt eos, qui fidem illis habent. Si eos amicos complectêris, qui tibi nequiſſimis in rebus gratificantur: ꝑ omnem ætatem nullos habebis, qui tuum odium in vitę cōſuetudine, propter res optimas ſuſcipiant.

23. *Comitatis officia.* Comis erga eos eſto, qui te conueniunt: non ſuperbus. Nam faſtidium & arrogantiam, vel ſerui dominorum ægrè ferunt: comitas vera grata & iucunda eſt omnibus. Sunt autem comitatis officia, non contentioſum eſſe, non moroſum, nō omnibus in rebus aduerſatorem: familiarium iracundiæ non aſperè reſiſtere, quamuis iniuſtè iraſcātur: ſed eis cedere, dum cōmoti ſunt, ac ubi deferbuerit ira, eos obiurgare: non in ri-

in ridiculis ſerias res agere, neq; ſerijs in rebus nugis gaudere: intempeſtiua enim vbiq; moleſta ſunt: non ingratis inire gratiam, quo vitio multi laborant, qui etſi amicis obſequuntur, grauatim tamen id faciunt: non facilè incuſare, nam odioſum eſt: non ad reprehendendum eſſe procliuem, nam iratos facit.

Conuiuiorum vitare ſodalitates conſultiſsimum certè fuerit. Sed ſi quando tempus poſtulârit, ſurgito ante ebrietatem. Cum enim vino mens corrupta fuerit, idem ei quod curribus euenit, è quibus aurigæ ſunt excuſſi. Nam ut hi temere feruntur, carentes gubernatoribus: ſic animus in multa delicta impellitur, mente ſubuerſa. *24. Compotationes ſobriæ.*

Immortalitatem ſpecta, magnitudine animi: mortalitatem, moderato rerum vſu. *25. Moderata magnanimitas.*

Quantum eruditio inſcitiæ præſtet, ex eo perſpicies, quòd omnes è cæteris improbè factis fructum aliquem capiunt: hæc verò ſola detrimentum etiam iniungit. Nam ſæpè iſti, quem offendêre verbis, ei reipſa pœnas dederunt. *26. Eruditio inſcitia potior.*

Cum quibus amicitiam tibi conſtitutam *27. Amicitiæ conciliatio.*

tam eſſe vis, de illis honorificè loquitor. ijs audientibus, qui renunciaturi ſint. Principium enim amicitiæ eſt laudatio, vituperatio inimicitiarum.

28. *Conſultandi rationes.* Cùm deliberas, è præteritis exempla pete rerum futurarum. Nam quæ obſcura ſunt, è manifeſtis facilimè dijudicantur. In deliberando tardus eſto: in exequendis deliberatis celer. Exiſtima nihil tribui melius, à Djs quidem, proſpera fortuna: à nobis ipſis autem, ſapienti conſilio. Quas res apertè dicere vereberis, & tamen cum amicis aliquibus communicare cupies, tanquam de re aliena, orationem inſtituito. Sic & eorum ſententiam intelliges, nec te ipſe aperies. Sed cum alterius conſilium in tuis negocijs expetes, conſiderabis in primis, quomodo res ſuas adminiſtrârit. Nam qui ſuum negocium malè geſſit, nũquam benè procurabit alienum. Sic autem ad capiendi conſilij prudentiam maximè incitaberis, ſi, quæ damna temeritatem ſequantur, cogitaris. Nam et valetudinem diligentiſſimè curamus, cum ægrotationum moleſtias recordamur.

Regum

Regum mores imitare, & ad eorum ſtudia te confer: vt eos probare & ęmulari videaris. Vnde fiet, vt & populus de te melius exiſtimet, & tu illorum beneuolētiam erga te confirmes. Legibus regijs cùm ipſis obtempera, tùm voluntatem eorū firmiſſimam eſſe legem ducito. Quemadmodum enim in populari degenti republica multitudo colenda eſt: ſic & eum, qui in imperio regio conſedit, regem admirari oportet. *29. Regum imitatio.*

Magiſtratum adeptus, nullius improbi miniſterio in obeundis negocijs vtitor. Nam quicquid ille deliquerit, id id tibi imputabitur. A publicis functionibus diſcede non locupletior, ſed laudatior. Gloria enim & laus rectè factorum magnis opibus eſt præferenda. Nullius improbi negocij uel adiutor, vel patronus eſſe uelis. Nam et teipſum eadem facere putabunt, quæ ab alijs facta defenderis. *30. Magiſtratus gerēdi ratio.*

Sic te parato, ut alijs plus poſſis: & æquo tamen iure cum cæteris viuito: vt te iuſticiam colere appareat, non ex imbecillitate, ſed propter æquitatem. *31. Potentia cū æquitate.*

Paupertatem cum iuſticia coniunctā *32. Iuſtitia pecuniæ præponenda.*

opibus malè partis anteponito. Nam iuſticia pecunijs eò præſtãtior eſt,quòd hæ viuentibus tantùm proſunt,illa etiã defunctis gloriam parit: hæ vel malis hominibus contingunt, illam improbi nullo conſequi modo poſſunt. Neminem eorum,qui lucris iniuſtis ditantur, æmulare: ſed eos pluris facito, qui ob iuſticiæ ſtudiũ detrimentis afficiuntur. Nam iuſti ſi nulla re alia iniuſtis præſtant, ſpe certè bona ſunt ſuperiores.

33. *Ingenij & corporis exercitatio.* Cùm omnium rerum, quæ ad vitam degendam attinent, curam ſuſcipito: tùm ingenio excolendo vel maximè intentus eſto. Maxima enim res in re minima, eſt bona mens in corpore humano.

Da operã, vt et corpore ſis laborioſo, & animo ſtudioſo: vt altero perficere queas decreta: altero proſpicere ſcias profutura.

34. *Loquendi prudentia.* Quicquid dicturus es, priùs cũ animo tuo reputa. Multi enim ſunt, quorum lingua cogitationi anteuertat.

35. *Moderatio in utraq; fortuna.* Nihil rerum humanarum eſſe firmum exiſtima, Sic fiet, vt nec in rebus ſecun-

ſecundis læticia exultes, nec in aduerſis conſterneris.

Duo loquendi tempora cõſtitue: alterum de rebus tibi planè cognitis, alterum de ijs, quę neceſſariò ſunt dicenda. In his enim ſolis ſilentiũ antecellit oratio: in alijs verò tacere ſatiùs eſt, quàm loqui. Et gaudere debes rebus ſecundis, & moderatè ferre dolorem calamitatũ: ſed utraq; diſſimulato. Cùm enim domi opes occultemus, abſurdũ fuerit aperto animo obambulare.

36. Gloria ſecuritati præponenda.

Magis caue reprehenſionem, quàm periculum. Nam ut vitę finis improbis, ſic bonis viris ignominioſa vita formidoloſa eſſe debet. Operam in primis dato, vt in tuto viuere queas: ſed ſi quando tempus inciderit, ut pericula ſint adeunda, incolumis è bello euadere ſtude, cum laude & gloria, non cum infamia & dedecore. Nam fatũ omnes quaſi capitis condemnauit: mortem autem honeſtè oppetitam Natura peculiare pręſtantium virorum munus eſſe voluit.

III. PARS orationis.

Occupatio beneuolentiã & attentionem captans.

Neq; verò mirari debes, multa ex ijs quę diximus, iſti ętati tuæ nõ cõuenire. Nam id me quoq; nõ pręterijt: ſed pro-

poſitum mihi fuit, vna eademq́ opera, & de præſenti vitæ ratione conſilium promere, & quid in poſterum tibi faciendum eſſet, denunciare. Nam vſum quidem horum facilè intelliges: fidelem autem & beneuolum monitorem haud temerè inuenies. Ne igitur cætera ex alijs tibi quærenda eſſent, ſed ut hinc omnia velut è penu depromeres: nihil, in quo tibi conſulere poſſem, prætereundum eſſe duxi. Magnas autem Deo gratias agam, ſi me ſpes de te concepta non fefellerit. Nam ut pleroſq́ alios cibis iucundiſſimis potiùs, quàm ſaluberrimis delectari: ſic etiam ad eos ſeſe amicos adiungere cernimus, qui vnà delinquunt, non ad eos qui vitia reprehendunt. Te verò contrarium ſtatuiſſe exiſtimo, argumento induſtriæ tuæ in alijs diſciplinis adductus. Nam qui ipſe ſibi optima quæq́ imperauit: eum conſentaneum eſt, etiam alios ad virtutem exhortantes amplecti. Maximè autem ad ſtudium honeſtarũ rerum incitaberis, ſi animaduertes, eas veriſſimarum voluptatum eſſe procreatrices. Nam in ſocordia quidem luxuriæq́ amore, moleſtiæ

Laudatio Demonici per collationem.

Adhortatio ad uirtutem.

A iucundo per contentionem.

ſtiæ ſtatim voluptatibus adhæreſcunt. Virtutis autem ſtudium, & ſobrium vitæ inſtitutũ, ſemper oblectationes ſynceras, atq; etiam conſtantiores gignit. Nam illic principiò gauiſi, pòſt dolemus: hic poſt moleſtias, voluptates capimus. In omnibus autem rebus non tam principij ſolemus meminiſſe, quàm ſenſu finis affici. Nam pleraq; in vita non propter res ipſas agimus, ſed propter ea, quę conſequũtur, elaboramus. Illud item cogites velim: plebeijs quidẽ hominibus quiduis licere; nam tale ſtatim initiò vitæ ſuæ fundamentum iecerunt: præſtantibus verò negligere virtutem conceſſum non eſſe; aut fieri certè non poſſe, quin à multis reprehendãtur. Omnes enim non tàm oderunt flagitioſos: quàm eos qui virtutis profeſſi ſtudium, re nulla vulgo antecellunt: nec id iniuria. Nam cum eos improbemus, qui verbis tantùm fallunt: quantò magis eos nequam homines dicemus, qui nullum in tota vita ſuæ dignitatis gradum retinuerunt? Ac eius generis homines nõ in ſemetipſos tantùm eſſe iniurij, ſed & fortunæ proditores rectè

A persona qualitate.

Ab ignominia.

Ratio à minori.

Exaggeratio à circumſtantijs.

BIBLIOTECA NAZ. ROM.A. VITTORIO EMANUELE

existimantur. Quæ cum eis & opes & gloriam, & amicos, in manus dederit: ipſi parta felicitate indignos ſeſe præbeant. Quod ſi fas eſt mortali, voluntatem Deorum coniecturis indagare: eos etiam in cõiunctiſſimis potiſſimum demonſtraſſe arbitror, quomodo & aduerſus homines improbos, & erga bonos viros eſſent animati. Nam cum Iupiter, vt eſt à poëtis proditum, & omnes credũt, Herculem Tantalumq; genuiſſet: alterum ob virtutem immortalitate donauit, alterum propter improbitatem maximis ſupplicijs affecit. Decet igitur in hæc exempla intuentes, virtutem & honeſtatem expetere: nec ea ſeruare duntaxat, quæ nos diximus, ſed & poëtarũ optima quæq; diſcere: & ea legere, quæ alij viri ſapientes vtiliter prę ceperunt. Nam ut apes omnibus quidẽ inſidere floſculis, de ſingulis autem vtilia carpere videmus: ſic eruditionis etiã comparandæ ſtudioſos, nullius rei eſſe rudes, ſed vndiq; vtilia colligere decet. Vix enim hac ipſa diligentia naturę noſtræ prauitatem ſuperabimus.

A' iudicio Deorum.

Hercules.

Tantalus.

Concluſio & adhortatio ad eruditionem.

Similitudo.

A' neceſſario

ARGV-

ARGVMENTVM HIEronymi Vvolfij in ſecundam orationem.

VT ſuperior oratio adoleſcētiam, vitamq́ priuatam in genere format: ita hæc adminiſtrandę Reipublicæ præcepta complectitur. Nicoclem enim Euagoræ filium, Salaminis Cypriæ regem hortatur, ac ſaluberrimis præceptis inſtruit ad regnum clementer & fœliciter adminiſtrandum. Repetuntur ex parę neſi nonnulla, ſed alijs verbis: & hic etiam pleraq́ ſunt, quæ paucis mutatis ad priuatos homines facilimè transferantur. Sed fortaſſe prę ſtat argumentum ab ipſo autore in oratione de permutandis facultatibus expoſitum, audire. Sunt autem eius verba, quæ quidem huc pertineant, hæc. Duarum igitur orationum partes quaſdam audiuiſtis. Volo autem etiam è tertia

pauca recitare: vt planiùs intelligatis, omnes meas orationes ad virtutem & iuſticiam referri. Monet autem hæc, quæ iam legetur, oratio Nicoclem, qui regnum eo tempore obtinebat, quomodo ciuibus ſit imperandum. Neq; verò eodem modo ſcripta eſt, quo eæ, quæ iam lectæ ſunt. Nã in illis quicquid dicitur, id cum ſuperioribus perpetua ſerie cohęret, ac deuinctum eſt: in hac contrarium fit. Diſſolutas enim & diſtinctas à prioribus præceptiones, in capita quæ vocantur redegi, ac omnia quæ ſuadeo, paucis explicare conor. Hac autem de cauſa id argumẽtum tractaui, quòd exiſtimabam, monẽdo pręcipiendoq;, me & eius ingenio maximas vtilitates allaturũ, & mores meos optimè demonſtraturum. Qua etiam de cauſa nunc vobis eam oſtendere conſtitui: non quòd inter cęteras optimè ſcripta ſit, ſed quòd ex ea rectiſſimè cognoſci queat, quo pacto et cum priuatis hominibus, & cum principibus viris agere ſoleam. Apparebit enim, me liberè, & è dignitate noſtræ ciuitatis, cum eo diſſeruiſſe, nec diuitijs illius nec poten-

tiæ

tiæ adulatũ, ſed & populi cauſam egiſſe, & ipſam gubernationem, quantum in me quidem fuit, quàm fieri poſſet leniſſimam, conſtituiſſe. Quòd ſi cum rege agens, populo patrocinatus ſum: quantò magis in republica populari verſantibus hortator ero colendę multitudinis? Ac in exordio quidem, & primo ueluti limine orationis, reprehendo principes: qui, cùm mentem excolere, & exercere ingenium præter cæteros deberent; peius inſtituti ſint idiotis. Ea diſputatione abſoluta, Nicoclem moneo, ne ſocordiæ indulgeat, neúe ita omiſſo animo ſit, quaſi regnum tãquam ſacerdotium ſuſcepiſſet: ſed, ut ſpretis voluptatibus, animum rebus gerendis intendat. Illud etiam ei perſuadere conor, abſurdiſſimam rem exiſtimandam eſſe, ſi videat deteriores dominari præſtantioribus, & ſtolidiores imperare prudentioribus: atq; affirmo, quantò magis aliorum inſcitiam contempſerit, tantò magis fore, vt ingenium ſuum exerceat. Hactenus Iſocrates. Quod autem ad docendi viam, & huius orationis pártes attinet; eadem eius fermè *Diſpoſitio huius orationis.*

ratio eſt, quæ & ſuperioris, & illius etiam quæ ſequitur. Conſtat enim procœmio, explicatione præceptorum, & peroratione: miſtaſq; præceptionibus habet adhortationes. Superior igitur priuata parænesis, hæc regia dici poteſt. Regia etiam ea eſt, quæ ſequitur: ſed ut hæc officia regia, ſic illa munus eorum perſequitur, qui regi parent. Sed de his ſuo loco plura fortaſſe dicemus.

ISOCRATIS AD NICOclem de regno oratio ſecunda: Hieronymo Vuolſio interprete.

Beneuolentiæ & attẽtionis captatio per collationem.

QVI vobis regibus, Nicocles, aduehere veſtes ſolent, aut æs, aut aurũ factum, aut aliquid aliud eius generis, quo & ipſi egent, & vos abundatis: hos, vt mihi quidem videtur, plus ſatis apparet non largitionem facere, ſed mercaturam, ſuaſq; res longè artificioſiùs vendere, quàm eos, qui ex pro-

Captioſa munera.

ex profeſſo cauponantur. Ego verò exiſtimaui, hoc pulcherrimũ fore munus, ac vtiliſſimum, idemq; & mihi danti, & tibi accipienti aptiſſimum, ſi deſcribere poſſem, quibus officijs præſtandis, & quibus rebus fugiendis, optimè & ciuitatem et regnum adminiſtraturus eſſes. Nã priuatos quidem homines permulta ſuntquæ erudiant: atq; inprimis vita expers deliciarum, & quotidiana de parando victu quaſi dimicandi neceſſitas. Deinde leges, quibus in ſuis quique ciuitatibus reguntur: præterea libertas illa, qua palàm & amicis obiurgare inuicem, & inimicis exagitare delicta licet: deniq; Poëtæ quidam veteres præcepta de viuendi ratione reliquerunt. Quibus rebus omnibus conſentaneum eſt, eos fieri meliores. Principibus autem nihil eiuſmodi contingit: ſed quos omnium maximè inſtitui conueniebat, hi mox ſuſcepto principatu, ſine ullis monitoribus ętatem exigunt: perpaucis enim ad eos patet aditus: qui verò familiariter cùm eis viuunt, hi ad gratiam & dicunt & faciunt omnia. Itaq; ampliſſima

Locus docilitatis.

A' neceſſario, per collationem.

Diſciplina priuatorum.

Principum nulli monitores.

Ab ijs quæ principum inſcitiam cõſequuntur.

ma pecunia, & potentia maxima potiti: facultatibus his non rectè vtendo effecerunt, vt multi dubitent, ſit'ne priuatorum quidem hominum, ſed moderatè ſe gerentium, potiùs expetenda vita,

Elegans uitæ priuatæ & tyrannicæ contentio.

quàm tyrannorum. Nam cum honores eorum, & diuitias, & imperia intuentur, omnes eos dijs ſimiles eſſe cenſent, qui ſoli rerum potiuntur. Cum verò timores & pericula conſiderant, memoriaq́ꝫ repetentes vident, alios, à quibus minimè oportebat, interfectos, alios erga ſuos coniunctiſſimos delinquere coactos, alijs vtrunq́ꝫ accidiſſe: rurſus quouis modo viuere, meliùs eſſe putant, quàm in huiuſmodi calamitatibus uel vniuerſæ Aſiæ dominari.

Cauſa tyrannicarum calamitatum.

Eſt autem huius diuerſitatis & confuſionis cauſa hæc: quòd regnum tanquam ſacerdotiũ cuiuſlibet hominis eſſe putant, quod ſummum eſt rerum humanarum, maioremq́ꝫ prouidentiam poſtulat.

Docilitas à diſcrimine philoſophi et conſiliarij.

Ac ſingulatim quidem quo pacto rectiſſimè res adminiſtrari, vtq́ꝫ & bona conſeruari, et mala caueri poſſint: eorum munus eſt conſulere, qui tibi ſemper adſunt. Generatim autem quæ

ſtudia

ſtudia tanquam meta tibi propoſita eſſe debeant, & quibus in rebus verſandum ſit: ego recenſere conabor. Vtrum verò donum hoc argumenti dignitati, cùm abſolutum fuerit, ſit reſponſurum: ab initio facilè perſpici non poteſt. Multa enim & numeris deuincta poemata, & ſoluta oratione conſcripti libri, dum adhuc in mentibus autorum incluſa tenerentur, magnas ſui expectationes concitarunt: ſed perfecta tandem, & alijs oſtenſa, longè tenuiorem, quàm pro concepta ſpe, gloriam conſecuta ſunt. Sed tamen conatus ipſe præclarus eſt, ab alijs prætermiſſa conquirendi, & regnis veluti leges præſcribendi. Nam qui priuatos homines inſtituunt, hi ſolis illis proſunt. Si quis verò populi dominos ad virtutem excitarit, is vtriſq; commodauerit, tùm ijs qui imperant, tùm ijs qui parent imperio: quod & illis principatus tutiores, & his reſpublicas leniores effecerit.

Occupatio, qua arrogantiæ opinionē à ſe amouet.

" " "

Exaggeratio per collationem regiæ et priuatæ inſtitutionis.

II. PARS *orationis.*

Primùm igitur conſiderandum eſt, quodnam ſit regum officium? Nam ſi caput, atq; id, in quo totius rei vis eſt, probè conſtituerimus: in ea intuentes

1. Regū munus, rempub. beare & amplificare.

melius

melius de ceteris quoque partibus dicturi ſumus. Arbitror equidem conſtare inter omnes: conuenire eis, vt ciuitatem & calamitatibus liberent, & res eius ſecundas tueantur, & ipſam è parua magnam efficiant. Nam cætera, quæ quotidiè incidunt, horum cauſa facienda ſunt, & ad hæc referenda.

Adhortatio ad laborem ingenij excolendi. Illud autem perſpicuum eſt, oportere eos, in quibus hæc facultas eſſe debeat, & qui his de rebus deliberaturi ſint, non ſocordiæ ſeſe dare: ſed prouidere, vt ſint aliis longè prudentiores.

A necessario. Conſtat enim, quemadmodum ipſi animos ſuos excoluerint, ita etiam eorum

A minori. regna ſe eſſe habitura. Quare nulli pugili tam cõuenit corpus exercere, quàm regibus ingenium ſuum. Nam celebritates ludorum vniuerſę nullam partem conſtituunt eorum præmiorum, pro

Ab æquo. quibus vos quotidie decertatis. Hæc igitur conſiderãtem, operam dare te decet, vt quantum alios dignitate ſuperas: tantum etiam virtute illis antecellas.

Occupatio, vtilem eſſe doctrinam. Neque verò putabis, curam & ſtudium in aliis prodeſſe rebus: ad augendam autem virtutem & prudentiam nihil

habe-

habere virium: neque tantæ infelicitatis homines condemnabis, vt, cum artes quaſdam ad cicurandas beſtias, & animos illarum excolendos inuenerimus: ipſi nobis ad virtutem nihil afferre adiumenti queamus. Illud potiùs tibi perſuadeas, inſtitutione & cura cum primis poſſe animum noſtrum adiuuari. Itaq; tùm domeſticorum prudentiſſimis familiariter vtere, tùm exterorum quoſcunq; poteris accerſito: tùm celebrium & Poëtarum & Sophiſtarum omnium periculum tibi eſſe faciendum, perſuaſum habeto: ac illorum quidem auditor eſto, horum autem diſcipulus: itáq; te para, vt & minorum ſis iudex, & maiorum æmulator. Nam his exercitationibus celerrimè talis fies, qualem eſſe oportere nos propoſuimus eum, qui rectè ſit regno præfuturus, & vrbem, ita vt decet, gubernarurus. Sic verò ipſe te maximè cohortabere, ſi abſurdũ eſſe duxeris, deteriores præſtantioribus dominari, & ſtolidiores prudẽtiobus imperare. Nã quò vehementiùs aliorum inſcitiã deſpexeris; eò diligentiùs

A' minori.

Conſuetudine ſapiẽtum ſapientes fiunt principes.

A' decoro.

ingenium

2. *Amor hominum & ciuium.*

ingenium tuum exercebis. Hinc igitur
eos auſpicari decet, qui fungi officio
volent: prætereà & hominum & ciuita-
„ tis eſſe amantem. Nec enim fieri poteſt,
„ vt vel equis, uel canibus, uel hominibus
„ uel vlli deniq; rei quiſquam rectè præ-
ſit, niſi delectetur ijs, quorum ei manda-
ta eſt curatio. Populus curæ tibi ſit, &
omnia in eo poſita eſſe putato, vt is im-
perio tuo delectetur. Notum enim eſt,
& obligarchias & cætera imperia eò di-
uturniora eſſe, quò diligentiùs popu-

3. *Humanitas ſeueritate temperanda.*

lum coluerint. Sic autem benè impera-
bis, ſi neq; vulgi petulantiæ locum de-
deris, neq; alios populò inſultare paſ-
ſus fueris: ſed prouideris, vt & honores
optimo cuiq; mandentur, & cæteri nul-
lis iniurijs afficiantur. Hæc enim ele-
menta prima & maxima ſunt reipubli-
cæ benè conſtitutæ. Edicta & inſtituta

4. *Edicta, Inſtituta, Leges.*

vitioſa loco moue, & muta operamq; in
primis dato, vt optimorum ſis inuen-
tor: ſed ſi id fieri nequit, imitare quæ
apud alios rectè ſe habent. Leges quæ-
„ re in vniuerſum æquas & vtiles, & in-
„ ter ſe conſentientes: atq; etiam tales,
quæ & cõtrouerſias ciuium quàm pau-

ciſſimas, & compoſitiones quàm fieri poteſt celerrimas efficiant. Hæc enim ineſſe oportet omnia legibus benè conſtitutis. Effice negociationes eis lucroſas, lites detrimentoſas: vt has fugiant, illas appetant. De cõtrouerſijs eorum, ſententias neq; ad gratiam ferto, neq; inter ſe contrarias: ſed de ijſdem quidem rebus, ſemper eadẽ decernito. Etenim & decet & expedit, regum de iure decreta eſſe immutabilia, vt probatas leges. Vrbem eodem modo, quo paternam domũ adminiſtra, apparatu ſplendido & regali, ratione vectigalium accurata: vt ſimul & illuſtri laude celebreris, et ſumptus tolerare poſſis. Oſtẽta magnificentiam nulla re magni ſumptus, ſtatimq; peritura: ſed tùm ijs rebus, quas diximus, tùm inſtrumenti atq; ſuppellectilis ornatu, tùm beneficentia in amicos. Nam quæ hoc modo inſumpſeris, ea & tibi ipſi firma ſtabiliaq; permanent, & poſteris tuis plures commoditates afferent, quàm pecuniæ profuſiones. Religionem eam ſerua, quam à maioribus accepiſti: ſed id pulcherrimum ſacrificium, & cultum eſſe

5. Negociationes, lites.

6. Iudicia.

7. Vrbis adminiſtratio.

8. Magnificentia.

9. Religio.

maximum exiſtima, ſi ipſe te quàm optimum & iuſtiſſimum prębeas. Maior enim ſpes eſt, Deos immortales talium vota audituros, quàm eorum qui mul-

10. Honores tas victimas proſternunt. Primos honores coniunctiſſimis, veriſſimos be-

11. Cuſtodia corporis. neuolentiſſimis defer. Corporis cuſtodiam tutiſſimam eſſe puta, tùm in virtute amicorum, tùm in beneuolentia ciuium, tùm in tua prudentia eſſe collocatam. Hæc enim ſunt, per quæ imperium facilimè & paretur & cõſeruetur.

12. Leges ſumptuariæ. Rem priuatorum familiarem curato: & prodigos de tuo facere ſumptum, & ad rem attentos, tuas opes augere exiſtimato. Bona enim omnia in vrbe habitantium ad familiam pertinent regum benè imperantium. Per omnem

13. Veritatis ſtudium. ætatem tantam veritatis præ te ferto reuerentiam, vt plus habeatur fidei tuæ affirmationi, quàm aliorum deierationi.

14. Hoſpitũ tractatio. Cùm omnibus hoſpitibus vrbem exhibe tutam, et in contractibus æquã: tùm inter aduenas eos maximi facito, non qui dona tibi aduehunt, ſed qui à te expetunt. Nam ſi his honorem habueris, apud cæteros maiore gloria eris.

Exime

Exime ciuibus formidinem, neq; terri- *15. Clemẽtia*
bilis ijs eſſe, velis qui nihil delinquunt.
Nam quo tu eos in te eſſe animo con-
ſueſeceris, eodem & ipſe in eos eris.
Nihil per iracundiam agito: ſed iram,
cũ tempus poſtulabit, ſimulato. Acri-
moniam tuam proba, indagatione re-
rum quæ geruntur omnium: clemen-
tiam, mitigatione ſuppliciorum. Auto-
ritatem imperij tuere, non aſperitate
nec ſæuitia pœnarum, ſed excellenti ſa-
pientia: vt te ſuæ ſaluti omnes meliùs,
quàm ſemetipſos conſulere arbitren-
tur. Bellicoſus eſto ſcientia rei militaris *16. Res mi-*
& apparatu: pacificus, nihil præter ius *litaris.*
& æquum vendicando. Erga ciuitates
imbecilliores talem te præbe, quales
in te potentiores eſſe velles. Noli de
rebus quibuſuis contendere, ſed de ijs
duntaxat, quarum victoria tibi pro-
futura eſt. Contemnendos exiſtima,
non eos, qui vtiliter ſuccumbunt, ſed
qui cum damno ſuo vincunt. Magna- *17. Animi*
nimos puta, non eos qui maiora ſu- *magnitudo.*
ſcipiunt, quàm ſuſtinere poſſint: ſed
qui & mediocria deſiderant, & quæ

aggrediuntur, perficere poſſunt. AEmulare non eos, qui latiſſimè imperium propagarunt, ſed qui id, quod habent, rectiſſimè adminiſtrarunt: teq́ ab omni parte beatum fore puta, nõ ſi omnibus hominibus cum terroribus et periculis imperites: ſed ſi talem te præbens, qualem decet, * & ea gerens quę in præſentia, mediocria deſideres, & horum nullo careas. In amicitiam recipe nõ quoſlibet, ſed tua natura dignos: neq; cum quibus iucundiſſimè tempus conteras, ſed quorum opera vrbem optimè gubernes. Diligenter inquirito in tuos familiares: teq́ ſcito talem, ab ijs omnibus, qui conſuetudine tua non vtuntur, iudicatum iri, quales illi fuerint, cum quibus vixeris. Sic alios ijs præfice rebus, quas ipſe non geris: vt tibi aſſcribendum ſcias, quicquid illi fecerint. Fideles exiſtima, non eos, qui omnia & dicta tua & facta laudarint: ſed qui etiam errata & delicta reprehenderint. Poteſtatem da prudentibus liberè dicendi ſententiam: vt ſi quibus de rebus dubitaris, præſto ſint, qui illas vnà tecum expendant. Diſcerne eos, qui arte aſſen-

** eaq; fortuna utens qua nuuc.*

18. Amicitiæ

19. Præfecti

20. Fideles.

te aſſentantur, ab illis, qui ex beneuo-
lentia te colunt: ne improbi meliore cō-
ditione ſint, quàm boni viri. Audi quid *21. Calūniæ.*
alij de alijs dicant: operamq́ dato, vt
quales & quinam ſint, non minùs ij
qui dicunt, quàm ij de quibus dicunt,
cognoſcas. Iiſdem ſupplicijs affice ca-
lumniatores, quibus delinquentes. Im-
pera tibi ipſi non minùs, quàm & cæte- *22. Tempe-*
ris: idq́ maximè regium putato, ſi nul- *rantia.*
lis libidinibus ſeruias: ſed cupiditates
magis in poteſtate habeas, quàm ciues
tuos. Nullam familiaritatem temerè, *23. Familia-*
ac ſine ratione contrahe: ſed ijs gaudere *ritates.*
congreſſibus aſſueſce, qui te & ſapien-
tia augeant, & virtutis apud alios opi-
nione. De ijs rebus tibi placere noli,
quæ à malis etiam perfici poſſunt: ſed *24. Honores*
virtutem laudi tibi ducito, cuius nulla
pars improbis contingere poteſt. Ve-
riſſimos honores eos eſſe puta, non qui
palàm ex metu tibi habentur: ſed ſi ipſi
apud ſeſe prudentiam tuam, plus quàm
fortunam admirentur. Si fortè ita ceci- *25. Diſſimu-*
derit, vt re aliqua leuiore gaudeas, diſſi- *landæ volup-*
mula: rerum maximarum ſtudium o- *tates.*
ſtenta. Noli putare, alijs viuendum eſſe

moderatè, regibus perturbatè: ſed tua temperantia fac alijs exemplo ſit: nec ignores totius ciuitatis mores ad exemplum magiſtratuum conformari. Hoc tibi argumento ſit, te regno benè præeſſe, ſi populum & locupletiorem & modeſtiorem ſub imperio tuo videas eſſe factum. Præſtare puta liberis tuis honeſtam famam, quàm magnas opes relinquere: nam hæ mortales ſunt, illa immortalis: fama pecuniæ quæri poſſunt, emi pecunijs fama non poteſt, opes etiam improbis contingunt: gloriam verò parare non poſſunt, niſi virtute præſtantes. In ueſtitu & corporis ornatu ſplendidus, in alijs actionibus laborum tolerans eſto, vt reges decet: vt & qui vident, ob aſpectum te regno dignum iudicent, & familiares tui, ob animi tui robur, ijſdem aſſentiātur. Conſidera ſemper & dicta & facta tua: ut in delicta quàm pauciſſima incidas. Optimũ certè quidem eſt ſeruare modum: ſed quoniam is non facilè cognoſcitur: malis citrà reſiſtere, quàm ultrà progredi. Mediocritatis enim vis magis in eo quod parum, quàm in eo quod nimi-

26. Signum boni regni.

27. Liberis gloria relinquenda.

28. Splēdor ueſtium cum tolerantia laborum.

29. Conſideratio.

30. Modus.

nimium eſt, cernitur. Vrbanus eſſe ſtude & grauis; quorũ hoc principatum decet, illud congreſſibus eſt aptum. Sed hoc eſt rerum omniũ difficilimum. Nam eos, qui grauitatem affectãt, plerunque frigere; qui verò vrbani eſſe ſtudent, eos humiles & abiectos videri, comperies. Eſt autem vtraque hac ratione vtendum, & finitimum vtrique incommodum effugiendum. Quicquid earum rerum, quæ regum cognitione dignæ ſunt, certò noſse voles, ad id experientiam & doctrinam adhibeto. Nam vt doctrina viam tibi oſtendet: ſic rerum gerendarum exercitatione id conſequeris, vt res dextrè adminiſtres. Cogita quæ res & gerantur & ferantur, tùm à priuatis hominibus, tùm à principibus. Nam ſi præteritorum recordaberis, de futuris etiam rectiùs deliberabis. Minimè decere puta, cùm priuati quidam homines mortem oppetendam cenſeant, vt poſt obitum laudentur: reges eas actiones fugere, quæ viuentibus gloriam pariant. Imagines quę virtutis tuę potiùs, quàm

31. Vrbanitas cum grauitate.

32. Diſcendi ratio.

33. Virtuti quærenda gloria.

Imagines.

corporis monimēta ſint, fac relinquas.
Operam cum primis dabis, vt & te &
Securitas. vrbem in tuto colloces: ſed ſi pericu-
Honeſtas. lum adeundum fuerit, honeſtè mori,
quàm turpiter viuere præoptabis. In o-
REGNI mnibus tuis factis Regni memento: ſo-
meminiſſe. licitéq; caue, ne quid honore iſto indi-
gnum deſignes. Ne committas, vt natu-
ra tua ſimul vniuerſa intereat: ſed cùm
tibi corpus mortale contigerit, animus
36. *Loqui.* immortalis, fac immortalem animi tui
Sentire. memoriam relinquas. Meditare de præ-
Cogitare. claris actionibus loqui: ut ijs conſenta-
Præſtare. nea quæ dicere ſoles, etiam ſentire aſ-
Mirari. ſueſcas. Quæ tibi cogitanti optima vi-
Imitari. debuntur, ea re ipſa perficito. Quorum
Præcipere. gloriam miraris: eorum res geſtas imi-
Efficere. tare. Quæ tuis liberis præciperes: ea
Obtēperare. ipſe facere ne graueris. Vtere præceptis
Excogitare. noſtris, aut ipſe inueni meliora. Sapien-
35: *Sapientes qui ſint habendi.* tes exiſtima non eos, qui de rebus mi-
nutis curioſè rixantur, ſed qui de maxi-
mis rebus egregiè dicunt: nec eos qui
alijs felicitatem pollicentur, cum ipſi
multarum rerum inopia laborent: ſed
eos, qui, cum de ſe modicè dicant, ta-
men & negocia dextrè obire, & inter-
homi-

homines verſari commodè poſſunt:nec in vitæ mutationibus perturbantur, ſed pulchrè moderatecꝙ ferre tam ſecũdas res quàm aduerſas didicerũt. Neꝙ verò mireris, nos multa dixiſſe, quæ & ipſe intelligas. Neꝙ enim hoc me præterijt: ſed ſatis ſciui, cùm tanta multitudo ſit & hominum priuatorum & principum, alios horum aliquid dixiſſe, alios audiuiſſe, alios à nonnullis facta vidiſſe, nonnulla etiam ipſos factitare. Verùm in his orationibus, quæ ad præceptiones de officijs pertinent, non requirenda, eſt nouitas: in quibus nec admirabile, nec incredibile, nec inuſitatum quicquam comperitur. Is verò doctiſſimus habendus erit, qui eorum quę in animis aliorum diſperſa iacēt, quàmplurima colligere, & elegantiſſimis verbis potuerit explicare. Illud quoꝙ mihi ſatis notum fuit, cùm & poëmata & alia ſcripta, quæ ſuaſione conſtant, omnes vtiliſſima eſſe iudicent: ea tamen non libentiſſimè audire, ſed eodem erga illa eſſe animo, quo erga monitores: quos vt vniuerſi laudant, ſic eorum cōgreſſus refugiunt, illorumꝙ conſuetu-

III. PARS orationis. Occupatio præcepta hæc non eſſe ſuperuacanea.

Vtilitatem uoluptati anteponendam eſſe, etſi contrà fiat.

dinem, qui ſocij delictorum ſint, non eorum, qui à vitijs dehortentur, expetunt. Id quod uel ex Heſiodi & Theognidis & Phocylidis poëſi cognoſcitur. Nam hos fatentur optima vitæ mortalium reliquiſſe cōſilia, ſed quamuis hoc dicant, nugis tamen audiendis & recitandis tempus perdere, quàm in illorum præceptionibus verſari malunt. Præterea ſi quis è præſtantibus Poëtis, eas quas ſententias vocant, in quibus illi potiſſimum elaborarunt, excerperet: erga illas etiam eodem animo eſſent. Comœdiam enim vel nequiſſimam audire mallent, quàm poëmata tam artificioſa. Et quid opus eſt ſingulis commemorandis immorari? Omninò enim, ſi naturas hominum conſideremus: pleroſq; nec cibis ſaluberrimis gaudere, nec ſtudijs pulcherrimis, nec actionibus optimis, nec doctrinis vtiliſſimis reperiemus, & eas voluptates habere maximas, quæ rationi vtilitatis maximè repugnant; ac tolerantes & induſtrios videri eos, qui officium negligũt. Quare qui talibus quiſquam placeat, ſiue moneat, ſiue doceat, ſiue

Heſiodus. Theognis. Phocylides.

Sententiæ poëtarum.

Obiurgatio & pictura

ſiue vtile aliquid dicat: qui præter ea quæ diximus, prudentibus etiam inuident, ſimplices autem & candidos putant amentes: & ſic à veritate rerum abhorrent, vt ne ſua quidem negocia norint. Nam de ſuis quidem rebus cogitantes mœrent, de alienis autem cùm diſputant, gaudent: mallentq́ corporis ærumnam ferre, quàm animum exercere, & de re aliqua neceſſaria ſuſcipere cogitationem. Ac in congreſſibus quidem eos inter ſeſe conuicia uel dicere, uel audire: in ſolitudine verò non deliberare, ſed optare deprehendas. Atq́ hæc non in omnes dico, ſed in eos tantùm, qui his quę diximus vitijs conſtricti ſunt. Illud certè palàm eſt, ſi qui ſunt, qui velint aliquid multitudini gratum, vel carmine vel ſoluta oratione ſcribere: ijs exquirenda eſſe non vtiliſſima quæq́, ſed fabuloſiſſima. Nā talibus quidē audiendis gaudent: ſed cū veras cauſas & certamina ſpectant, mœrent. Quamobrē Homeri poëſis, et ij qui primi Tragœdiā inuenerunt, admiratione afficiēdi ſunt: quòd animaduerſa humani ingenij natura, utriſq́ his rationibus *Fabuloſa ueris gratiora.* *Homerus.* *Tragici.*

ad poëſim

ad poëſim ſuam abuſi ſunt. Alter enim certamina et bella ſemideorum fabuloſè perſecutus eſt; alteri fabulas in ludos & actiones redegerunt, vt à nobis non audiri tantùm, ſed etiam ſpectari poſſint. Cùm igitur talia exempla in promtu ſint: demonſtratum eſt, ſi quis auditores allicere ſtudeat, & demulcere: ab admonitionibus & conſilijs eſſe abſtinendum; illa autem & ſcribenda & dicenda, quibus populum gaudere videt.

Reditus ad cauſam. A' perſonæ qualitate.

Hęc expoſui propterea, quòd exiſtimaui, oportere te, cùm non ſis unus de multis, ſed multorum rex, non ita ſentire, vt cæteros: neq; vel res graues, uel homines prudentes metiri ac ponderare voluptatibus, ſed in actionibus vtilibus periculum illorum facere, præſertim cum ſapientiæ magiſtri de animi exercitationibus inter ſeſe diſſentiant.

Capiendi cõſilij prudẽtia optimum doctrinæ genus.

Nam alij diſputationibus Dialecticis, alij præceptis eloquentiæ, alij per alia quædam ſuis auditoribus ſapientiam pollicentur. In eo verò conſentiunt omnes, benè inſtitutum hominẽ oportere ex his ſingulis ſibi prudentiam cõſilij capiendi comparare. Sunt igitur ea

de qui-

de quibus ambigitur,miſſa facienda: & "
amplectendũ id,de quo nulla cõtrouer- "
ſia eſt, vt rectiùs de illis iudicetur. Ac "
cõſiliarij tum maximè,cũ res conſilium "
præſens poſtulat,ſpectandi ſunt: repu- *Conſiliarij*
diatis ijs,qui in vniuerſum de rebus di- *qui probãdi,*
cunt, quiq́ nihil eorum, quæ fieri de- *aut impro-*
bent,intelligunt.Cõſtat enim eũ,qui ſi- *bandi.*
bi ipſe prorſus eſt inutilis,nunquã alios
effecturum eſſe prudẽtiores. Cordatos "
autẽ viros, & qui longiùs q̃ alij proſpi- "
cere poſſunt, magnificato & colito: ac "
perſuaſum habeto, Bonũ conſiliarium "
vtiliſſimam,& rege omnium digniſſimã "
eſſe poſſeſſionẽ. Illos etiã tuum regnum "
maximè amplificaturos credito,qui tuã
mentem plurimùm potuerint excolere.
Ego pro mea intelligẽtia te admonui:et *Concluſio et*
eũ honorem,quem poſſum, tibi habeo. *operis com-*
Velle autem debes,ut etiam alij, quod *mendatio.*
initio dixi, nõ conſueta munera tibi offerant, quę vos lõgè pluris emitis à donantibus,quàm à vendentibus: ſed ea,
quę tametſi multùm ijs vtaris,idq́ nul- "
lum diem facere intermittas, non dete- "
ras, ſed maiora & precioſora ipſo vſu "
reddas.

ARGV-

ARGVMENTVM HIERONYMI VVOLFIJ IN TERTIAM ORATIONEM.

SVperiore libro Regis officium expoſitũ eſt: hic etiam ciuium munus erga regẽ deſcribitur, idq́ꝫ fit ſub ipſius Nicoclis perſona, ſuis aulicis & regni proceribus, aut etiam reliquo populo pręcipientis. Primùm autem eloquentiæ defenſio ponitur, fortaſſe propter craſſos & barbaros aulicos, quorum ignauiam & peruerſitatem etiam in præcedentis orationis epilogo perſtrinxit & eleganter depinxit. Nam alioqui ſophiſtæ, quàm regi aptius videri poſſet exordium. Deinde oſtendit, præſtantiſſimam reipub. formam eſſe Monarchiam: poſtea, ſe regnum iuſto titulo poſſidere: atq́ꝫ id moderatè, prudẽter, clementerq́ꝫ adminiſtrare: quæ duo capita ſi Nicoclem ſpectes, eò pertinẽt, vt ne ciuibus

vlla

vlla detrectandi imperij cauſa relinquatur: ſin Iſocratem, quid aliud eſt, quàm diſſimulata Nicoclis laudatio, ſic tractata, ut id nullo pacto agere videatur? Poſtremo loco pręcipit, quid fieri, quid omitti à ſuis velit, breui addita concluſione.

ISOCRATIS NICOcles, ſiue conſilium, Hieronymo Vuolſio interprete: Oratio tertia.

SVnt qui de eloquentia malè ſentiant, & ſapientię ſtudioſos aſſiduè criminentur: ac dicant, eos non amore virtutis, ſed emolumenti ſui gratia, tales diſputationes inſtituiſſe. Ego verò ex ijs, qui hoc animo ſunt, perquàm audire velim, cur & benè dicendi ſtudioſos fugiant, et rectè agendi cupidos laudent? Nã ſi emolumẽta eis moleſta ſunt, plura & maiora capi è factis, quàm è dictis comperiemus. Deinde illud quoque abſurdum eſt, ſi ignorant, nos & pieta-

Eloquentia per inſinuationem defendenda, attentionem captat.

Abſolutio.

Non eſſe ui-tuperandam boneſti lucri appetitionē. pietatem colere, & iuſticiam exercere, & cæteris ſtudere virtutibus: non vt deteriore quàm alij conditione ſimus, ſed vt bonis in vita quàmplurimis perfruamur. Quare non accuſandæ res illæ ſunt, per quas cum virtute alijs præſtare poſſis: ſed homines potiùs, qui aut res illas malè tractando corrumpũt, aut eloquentiam ad fallacias & iniurias conferunt. Miror itaq; cur ij, qui ita ſentiunt, non etiam diuitias & robur, & fortitudinem in crimen vocent. *Res bonas propter abuſum nō uituperā-das.* Nam ſi propter eos iraſcũtur eloquentiæ, qui decipiunt & mentiuntur: etiam cætera bona vituperare debent. Nec enim defuturi ſunt illarum quoq; rerum poſſeſſione inſtructi, quos deliquiſſe, & per eas multos afflixiſſe conſtet. *Robur.* Verùm non conuenit, ſi qui obuios verberant, robur accuſare: neq; *Fortitudo.* propter homicidas, fortitudini conuiciari: neq; deniq; hominum improbitatem in res transferre: ſed illi ipſi culpandi ſunt, qui bonis rebus malè vtuntur: & ciues ſuos per ea lædere non dubitant, quæ ad eorum ſalutem conuertere potuiſſent. *Eloquentiæ laudes.* Nunc neglecta ſingularum

gularũ rerum tali diſtinctione, vniuerſam eloquentiam oderunt: & in tanto errore verſantur, vt non animaduertant, ei ſe rei eſſe inimicos, qua non alia conceſſa eſt generi mortalium, quæ ſit plurium vtilitatũ cauſa. Nam reliquis naturæ noſtrę dotibus nihil cęteris animantibus antecellimus, ſed ab illis longè tùm celeritate, tùm robore, tùm aliјs facultatibus ſuperamur. Sed cũ emergente naturæ ui conſilia conferremus, & quæ noſtræ ſententiæ eſſent inuicem explicaremus, non ferinam ſolùm vitam deſeruimus, ſed conciliјs habitis vrbes etiam condidimus, & leges tulimus, & artes inuenimus, ad omnia deniq; propemodum ſolerter à nobis excogitata, ſuas vires contulit oratio. Hęc enim eſt, quæ de rebus iuſtis & iniuſtis, de turpibus & honeſtis leges tulit: quæ niſi conſtitutę & diſtinctę fuiſſent, nulla exiſtere potuiſſet hominum conſociatio. Hac & improbos arguimus, & viros præſtantes ornamus. Nam ita dicere ut decet, rectè ſentiendi maximũ ſignum eſſe credimus: atq; oratio vera & legitima & æqua, honeſti ac fidelis

A differentia cæterorum animalium.

Ab effectibus & multiplici uſu.

„ animi ſimulachrum eſt. Huius ope &
„ controuerſa diſceptamus, & ignorata
„ quærimus. Quibus enim argumentis dicendo alijs perſuademus, ijs ipſis etiam in noſtris deliberationibus vtimur: & eloquentes dicimus eos, qui ad populum verba facere poſſunt: prudentes verò exiſtimamus eos, qui in conſilij capiendi deliberatione ipſi ſecum de rebus optimè diſputarint. Quòd ſi de hac facultate in ſumma dicendũ eſt: nihil, quod ratione agitur, ſine oratione fieri reperiemus: ſed eam & operum & cogitationum omnium ducem eſſe, qua prudentiſſimi quique maximè vtuntur. De magiſtris igitur eloquentiæ, & ſapientiæ ſtudioſis, qui contumelioſè loqui audent, odio non minore digni ſunt, quàm ij, qui fana Deorum immortalium violant. Ego verò cùm omnes orationes probo, quarum quantulacunque vtilitas eſſe poteſt: tùm eas eſſe iudico pulcherrimas, & regibus digniſſimas, & mihi maximè aptas, quæ de honeſtis actionibus, & Reipublicæ gerendæ ratione præcipiunt, atque in his ipſis illas excellere

Loci cõmunis ad cauſam accommodatio, per collationem.

excellere cenſeo, quæ & principes docent quo modo ſit tractanda multitudo: & homines priuatos, quo pacto erga principes affecti eſſe debeant. Per hæc enim vrbes video fieri & feliciſſimas & ampliſſimas. Ac alteram quidem huius doctrinæ partem de gerendo imperio, ex Iſocrate audiuiſtis: eam verò quæ reſtat, de ciuium officijs erga magiſtratus, ego recitare conabor: non quòd illum ſuperare ſtudeam, ſed quia me potiſſimùm decet, his de rebus apud vos diſſerere. Nam ſi vos, cùm ego, quæ à vobis fieri vellem, non expoſuiſſem, à mea ſententia aberraretis: non iuſtam iraſcendi vobis cauſam haberem. Sin rebus omnibus indicatis, tamen nihil eiuſmodi fieret: iam non iniuria contumacibus ſuccenſerem. Arbitror autem, vos ita maximè excitari & acui poſſe, tum vt recordemini, tùm vt exequamini ea quæ dicta fuerint: ſi non conſulendo tantùm occupatus, certis capitibus enumeratis, diſceſſero: ſed ſi etiam oſtendero. Primùm hanc Reipublicæ formam

Docilitas.

Beneuolentiæ captatio.

Capita orationis.

1.

mam eſſe magni faciendam, non eô
tantùm quòd neceſſe ſit, & quòd ea per-
petuò ſimus vſi: ſed ob illud etiã, quòd
hæc inter alias reſpub. maximè excel-
II. lat. Deinde me non contra leges hoc
imperium tenere, aut aliĳs ereptum, ſed
ſanctè & iuſtè, tũ propter primos maio-
res, tùm propter patrem, tùm propter
III. meipſum. Nam ſi prius hæc demonſtra-
ta fuerint: nemo erit, quin ipſe ſeſe ma-
ximo dignum ſupplicio fateatur, ſi meis
& conſiliĳs & imperatis non obtempe-
I. Caput de Monarchiæ præſtantia. rarit. Quod igitur ad Reſpublicas atti-
net (nam de hoc initiò me dicturum eſſe
propoſui) omnes mihi aſſentiri arbi-
tror, iniquiſſimum eſſe, vt eadem bonis
& improbis tribuantur: æquiſſimum
A iuſto. verò, ut recta ratio ineatur, & diſcri-
men ſeruetur, ne inæquales æqualia
„ conſequantur, ſed vt ea cuiuſq; & for-
tuna ſit & dignitas, quam meretur. At
Oligarchiæ & Democratiæ. verò Oligarchiæ et Democratię id ſpe-
ctant, vt æqualitas ſit inter eiuſdem
reipub. ſocios: & in eo ſtatu præclarum
habetur, ſi nemo plus alio poſſit, id
quod è re improborum eſt. Monarchię
verò principem locum præſtantiſſimo
cuiq;

cuiq; deferunt: ſecundum illi, qui à pri-
mò eſt proximus : tertium & quartum
cæteris eadem ratione. Quæ ſi non *Occupatio.*
vbiq; recepta in mores ſunt : ea tamen
eſt huius imperij ratio & voluntas.
Quod ſi & ingenia hominum & a-
ctiones ſpectemus, vniuerſi Monar-
chias præſtare cæteris fateantur. Quis *Ab utili.*
verò ſanæ mentis eſt, qui ſe non optet,
eius potiùs ciuē eſſe Reipub. in qua ſua
virtus non ignoretur: quā nulla re vul-
go potiorem deliteſcere? Quin etiam
hanc tantò & mitiorem & æquiorem
iudicemus, quantò faciliùs eſt vnius *A iucundo.*
viri iudicio & voluntati ſatisfacere,
quàm id dare operam, vt multis & va-
rijs ingenijs placeas. Monarchiam igi-
tur & iucundiorem eſſe, & leniorem, &
æquiorem, etſi pluribus oſtendi poſſet: *Monarchiæ*
ex his tamen etiam facilè intelligi po- *in rebus ge-*
teſt. In cæteris verò quantò Monar- *rendis præ-*
chiæ ſint & ad conſulendum potiores, *rogatiuæ, ac*
& ad res opportunè conficiendas : ſic *primùm in*
pulcherrimè cernemus, ſi in maxima *pace.*
negocia inter ſe comparata inquira-
mus. Nam qui ſingulis annis magi-

 ſtra-

Democratiæ ſtratus ineunt, priùs ad vitam priua-
1. Imperitia tam redeunt, quàm publicorum nego-
ciorum ſcientiam aliquam conſequantur, uſuq́ꝫ rerum erudiantur. Qui verò iiſdem rebus perpetuò præſunt, vt minùs ingeniis valeant, longè tamen ex-
2. Negligentia. perientia cæteris antecellunt. Illi præterea, dum alii alios intuentur, multa negligunt: hi verò cùm ſciant à ſe omnia perfici oportere, diligenter de ſin-
3. AEmulationes. gulis cogitant. Ad hæc Democratici & Oligarchici ambitioſis inter ſe diſſenſionibus Reipub. nocent: Monarchæ verò, vt qui neminem habeant cui inuideant, de rebus omnibus, quantum quidem fieri poteſt, id ſtatuunt, quod vtiliſſimum eſt. Iam illi maxi-
4. Ceſſationes. mam temporis partem domeſticis negociis occupati, offenſionem negligentiæ ſæpè vitare non poſſunt. Deinde in conciliis ſæpiùs eos reperias inter ſeſe
5. Rixæ. rixantes, quàm in commune conſulentes. Hi verò quia neq́ꝫ curias neq́ꝫ tempora definita habent, noctu & interdiu negociis intenti, nullas occaſiones negligunt, ſed in tempore ſingula per-

peragunt. Ad hæc, illi inter ſeſe inimici, tùm ſuperioris, tùm ſui temporis magiſtratus vrbi quàm peſſimè præfuiſſe vellent, vt ipſi quàm maximam gloriam conſequerentur. Hi verò cùm per omnem vitam rerum potiantur, ſemper eâdem beneuolentia ſunt. Et, quod omnium maximum eſt, alteri rempub. vt ſuam, alteri vt alienam curant: alteri in conſilium adhibent ciues audaciſſimos: alteri, delectu ex omnibus habito, prudentiſſimos: alteri honorant eos, qui in turba dicere poſſunt, alteri rebus gerendis idoneos euehunt. Neque verò in quotidianis tantùm, ac velut in orbem redeuntibus Monarchiæ negocijs excellunt: ſed omnes etiam belli gerendi commoditates complectuntur. Nam & conſcribere milites, & illis vti, ſeu clàm, ſeu palàm, & alijs perſuadere, alios cogere, alios largitionibus adducere, alios alijs officijs demereri, facilius eſt Monarchijs, quàm cæteris imperijs. Atque hæc non minùs rebus ipſis, quàm verbis probantur. Nam & Perſarum potentiam ſcimus omnes

6. Inimicitiæ

Congeries per contentionem.

Monarchiæ in bellis prærogatiuæ.

Ab exemplis Perſarum.

ad tantam proceſſiſſe magnitudinem, non virorum illorum prudentia, ſed eximia Regum obſeruantia: & Dionyſij tyranni opes eadem ratione creuiſſe vidimus. Qui cum non reliquam modò Siciliam vaſtatam, ſed ſuam patriam etiam obſidione cinctam ſuſcepiſſet: tùm illis eam periculis liberauit, tùm Græcarum ciuitatum maximam effecit. Etiam Carthaginenſes, & Lacedæmonij, qui inter omnes Græcos optimè Rempub. adminiſtrant, etſi domi paucorum poteſtate reguntur, in bellis tamen regio parent imperio. Quin & ciuitatem Athenienſium, quæ Monarchijs infenſiſſima eſt, oſtēdi poteſt, quā do multos imperatores mittit, affici cladibus: cum verò in belli diſcriminibus vnum ſummę rerum præficit, bene rem gerere ſolere. Enimuerò qui nam euidentiùs oſtendi poteſt, præſtantiſſimas eſſe Monarchias, quàm huiuſmodi exemplis? Eſt enim perſpicuum, & eos qui perpetuò regiæ poteſtati parent, eſſe potentiſſimos, ac ad gerendum bellum inſtructiſſimos: & eos qui bonas Oligarchias habent, in rebus grauiſſimis,

Dionyſij Siculi.

Carthaginenſium.

Lacedæmoniorum.

Athenienſium.

mis & maximis, partim vnum tantùm imperatorem, partim regem exercitibus cum imperio præficere: & eos qui Monarchias oderunt, quando multos duces mittunt, nihil rectè feliciterq́; administrare. Quòd ſi quid è vetuſtatis memoria repetēdum eſt: Dij etiam regē habere Iouem dicūtur. Qui ſermo ſi verus eſt: apparet, Deos etiam hūc ſtatum cæteris anteferre. Sin rei veritatem nemo nouit, ſed ipſi coniecturis in eam opinionem adducti ſumus: id argumēto eſt, nos omnes Monarchiam præſtantiſſimam iudicare. Nec enim tali Deos vti republica diceremus, niſi eam longè præſtare cæteris crederemus. Ac de politijs quidem, quantum aliæ alijs antecellant, nec inueniri, nec dici poſſunt omnia: ſed inſtituto noſtro etiam hæc commemoraſſe ſufficiat. Illud autem, iure nos tenere imperium, multò breuiùs & maiore omnium aſſenſu expedietur. Quis enim ignorat, Teucrum noſtri generis principem, cæterorum ciuium aſcitis maioribus, huc nauigaſſe: & vrbe condita, agrū eis diſtribuiſſe: Patrem verò Euagoram imperium ab

Ab autoritate deorum.

II. *Caput, Nicoclem iure tenere imperium propter Teucrum, Euagoram, & ſemetipſum.*

aliȷs amiſſum, maximis periculis adítis, recuperaſſe: & eò redegiſſe rem, vt iam non Phœnices tyrannidem in Salaminios exerceant: ſed iȷ regnum etiam nunc, quorum ab initio fuit, teneant. Reſtat igitur ex his, quæ propoſui, vt de me ipſo breuiter aliquid dicam: quò ſciatis, eum eſſe veſtrum regem, qui non propter maiores tantùm ſuos, ſed & propter ſemetipſum, maiorem etiam honore tanto amplitudinem mereatur. Nam ego quidem inter omnes conſtare arbitror, aliarum virtutum iuſticiam, & temperantiam, eſſe præſtantiſſimas. Nec enim per ſe tantùm nobis proſunt: ſed ſi & naturam, & vires, & vſum negociorum ſpectare velimus: quicquid nulla cum hoc genere communitate iungitur, maximorum malorum cauſam extitiſſe: quæ verò temperantia iuſticiaq́ adhibita geruntur, ea maximè prodeſſe vitæ mortalium reperiemus. Quòd ſi qui veterum ob has virtutes celebrantur: æquum eſſe puto, eandem me quoque gloriam adipiſci. Ac iuſticiam quidem inde potiſſimùm

Iuſticia & temperantia præſtantiſſimæ uirtutes.

Iuſticia Nicoclis.

tiſſimùm perſpicietis, quòd, vt imperio potitus ſum, quamuis & regiam pecunijs vacuam, omniaq́ ſumptibus exhauſta, & negocia turbarum plena, ita vt magnam diligentiam, & præſidia & impenſas poſtularent, ſuſcepiſſem: nec ignorarem, huiuſmodi temporibus alios omnibus modis detrimenta rei familiaris ſarcire, multaq́ præter ingenium ſuum facere, neceſſitate coactos: nihil tamen iſtorum omnium me corrupit, quò minùs ita ſanctè præclareq́ curam rerum gererem, ut nihil prætermiſiſſe videar, quod ad incrementa & felicitatem reipublicæ pertineret. Nam & ciues ea manſuetudine tractaui, vt nec exilia, neque cædes, neq́ publicationes bonorum, nec vlla denique talis calamitas, me regnante, inciderit: & cùm in Græciam nullus ob geſtum bellum nobis pateret aditus, cum vbiq́ ſpoliaremur: pleraq́ pacata reddidi: alijs omnia perſoluẽdo, alijs partes: ab alijs morã petendo: cũ alijs, vt licuit, cõtrouerſias trãſigendo. Prętereà cũ Inſulę huius incolę nobis ſuccenſerẽt, et rex Perſa-

Clementia erga ciues.

Recõciliatio inimicorum.

Perſarum verbo reconciliatus, reuera infenſus eſſet: vtroſq; mitigaui, hunc obſequendi alacritate, illos æquitate ſeruanda. Nam à rerum alienarum cupiditate tàm longè abſum, vt cum alij, ſi paulò vicinis potentiores fuerint, mox & agri partem eripiant, & multa præter ius & æquum ſibi vendicent: ego ne eam quidem regionem accipere voluerim, quæ mihi offerebatur. Malo
" enim cum iuſticia meum tenere ſolùm,
" quàm per iniuriam imperium hoc no-
" ſtro longè lateq; maius acquirere. Sed quorſum attinet, ſingulis commemorandis immorari? præſertim cum paucis de me ipſo rem totam poſſim abſoluere? Nemo enim reperietur, qui à me ſit vnquam affectus iniuria: plures verò, tùm ciues, tùm alij Græci, & beneficijs, & maioribus vtriq; muneribus à me ſunt ornati, quàm ab ijs omnibus qui ante me regnum tenuerunt. Enimuerò decet eos, qui iuſticię ſtudium laudi ſibi ducunt, pecuniæq; contemptum præ ſe ferunt, tanta poſſe de ſeſe, tamq; illuſtria prædicare. Quin de temperantia quoq; mea, plura etiam his & maiora ha-

Abſtinentia alieni.

Magnificentia.

Epiphonema

Tẽperantia.

ra habeo, quæ commemorem. Cum
enim ſcirem, omnes homines chariſſi- *Pœnæ libidi-*
mos habere liberos & vxores ſuas,gra- *num.*
uiſſimeq; iraſci ijs, qui eos violaſſent:
& contumelias ijs factas maximarum
cladium præbere cauſam: nec plebeijs
tantùm hominibus, ſed etiam principi-
bus afferre interitum: ita fugi hæc cri-
mina, vt à ſuſcepti regni tempore me
nullum niſi vxoris meę corpus attigiſſe
conſtet. Quamuis enim non ignora- *Exaggeratio*
rem, illos etiam vulgo celebrari, qui, *per collatio-*
modò in ciues non ſint iniurij, aliunde *nem.*
ſuas voluptates explere ſtudent: tamen
cùm huiuſmodi ſuſpiciones à me remo-
tiſſimas eſſe, tùm mores meos ciuibus
exemplo eſſe volui: cum in ijs ſolere
ſtudijs ętatem conſumere populum ſci-
rem, quibus ſuos principes videt eſſe
deditos. Præterea decere cenſui, reges *Ab officio*
tãtò meliores eſſe priuatis hominibus, *principum.*
quantò eis honoratiores eſſent: & ini-
quiſſimè facere, qui alios modeſtè viue-
re cogerent, nec ſe præberent ipſi mo-
deſtiores ijs, quibus imperarent. Dein-
de cæteris in rebus multos etiam è po-
pulo videbam ſibi poſſe moderari: ſed
amo-

amorum illecebris etiam ſummos viros ſuccumbere. Quare me in his etiam imperare mihi poſſe, oſtendere volui, quibus non vulgo tantùm præſtarem, ſed viris etiam virtutis opinione celeberrimis. Ad hæc non potui non vehementer accuſare illos, qui ductis vxoribus, & inita totius vitæ ſocietate, pactis & conuentis non ſtarent: ſed dum ſuis voluptatibus indulgerent, eas offenderent, à quibus ipſi nulla re offendi ſe vellent: cum in aliјs contractibus æquitatem colerent, ſolas conuentiones cum vxoribus factas violarent: quæ tantò ſanctiùs cuſtodiendæ erant, quantò ſunt aliјs interiores & maiores. Deinde nec illud iſti animaduertunt, ſeipſos ſibi factiones & diſſidia in ſuis regiјs ſerere. Eſt autem bonorum regum officium, dare operam, non in vrbibus tantùm, ſed in ſuis etiã ædibus, atque in quibus conſedere locis, concordiam vti alant. Hæc enim vniuerſa temperantiæ munera, & iuſticiæ ſunt. Nec in procreatione liberûm, regum maximæ partis conſuetudinem ſum imitatus: nec alios ex humiliore mulie-

Digreſsio in reprehenſionem adulterorum.

Procreatio liberûm ex una uxore.

muliere, alios è nobiliore cenſui ſuſcipiendos: nec alteros nothos, alteros legitimos relinquendos: ſed curandum, vt omnes tum paternum, tùm maternum genus, inter mortales ad Euagoram patrem meum: inter ſemideos ad AEacidas: inter Deos, ad Iouem Optimum Maximum referre poſſent: neq; quiſquam ex me genitus, hac nobilitate priuaretur. Cùm verò multa me hortata ſint, vt in hoc vitæ inſtituto perſeuerarem: illud uel in primis mouit, quòd fortitudine & calliditate, cæteriſq; laudatis rebus, etiam malos quoſdam homines præditos videbam: temperantiam verò & iuſticiam, proprias eſſe bonorum virorum poſſeſſiones. Pulcherrimum igitur fore duxi, ſi quis eas ſibi virtutes deligeret, ac maximè coleret: quæ ut improbis nulla ex parte contingere queunt, ſic integerrimæ ſunt, & firmiſſimæ, & maximæ, & maximis laudibus dignæ. His rationibus adductus, temperantiæ iuſticiæq; præ cæteris fui ſtudioſus: eaſq; delegi mihi voluptates, non quarum actiones omni ſplendore virtu-

Exaggeratio per collationem.

virtutis carerent, ſed eas, quæ ex rei benè geſtæ gloria capiuntur. Neq; verò de omnibus virtutibus vna quadam ratione ferendum eſt iudicium: ſed de iuſticia in egeſtate: de modeſtia in poteſtate: de continentia in iuuenili ætate. Ego verò his temporibus omnibus, ingenij mei ſpecimen dedi. Nam & inops pecuniæ relictus, ita æquum me præbui, vt ciuium nulli moleſtus fuerim: cum quicquid libuiſſet liceret: modeſtia plebeios homines ſuperaui. Hæc verò vtraq; præſtiti ea ætate, qua pleriq; in rebus gerendis maximè de officio ſolent decedere. Quæ omnia fortaſſis apud alios dicere veritus eſſem: non quin facta mea mihi laudi ducam, ſed quòd orationi meæ fortaſſe fides non haberetur. Vos verò ipſi mihi teſtes eſtis eorum, quæ dicta ſunt, omnium. Laudandi autem ſunt, & digni admiratione etiam homines natura modeſti: ſed multò magis ij, qui ratione quoq; ſunt tales. Nam qui temperantiam fortuitò, non conſultò colunt: hi, fieri poteſt, vt aliquando à ſententia deducantur. Qui verò præter naturæ bonitatem

A circumſtantijs.

Occupatio.

A cauſis efficientibus.

Natura.

Voluntas.

tem,etiam perſuaſum habent,ſummum bonum eſſe in virtute poſitum: ij haud dubiè per omnem ætatem in hac ſtatione perſeuerabunt. Ideò autem & de me ipſo,& de cæteris, quas expoſui rebus, plura verba feci, ne vllam excuſationem vobis reliquam facerem, quò minus libenter & alacriter meis imperatis & conſilijs duceretis obtemperandum. Iubeo igitur vnumquenque veſtrũ, id quod ſui officij eſt, & diligenter & fideliter adminiſtrare. Nam quatenus alterutrum horum omiſeritis, eatenus actiones deteriores eſſe neceſſe erit. Nihil igitur ex mandatis negligite, aut cõtemnite: cogitantes, non in eo quidem quod violetur, per ſe tantum eſſe momenti: ſed ſic intenti in ea eſtote, vt ſentiatis, ſingulas partes id efficere, vt res vniuerſa, vel præclarè uel malè ſe habeat: & nihilo minus curate mea,quàm veſtra: nec honores, qui ijs habentur, qui rebus noſtris benè præſunt, parui æſtimate. Alienis abſtinete, quò tutius veſtras opes teneatis. Tales erga alios vos præbere debetis,qualem erga vos me eſſe poſtulatis. Ne ditari potius,

III. Caput de officio ciuium erga regem.

1. Munus rectè & diligenter obeundum.

2. Innocentia.

quàm probitatis opinionem conſequi

3. *Exiſtimatio pecunia potior.* properetis. Scitis enim & apud Græcos & apud Barbaros plurimis eos potiri bonis, qui maxima virtutis gloria florent. Iniuſta lucra ne exiſtimate auctura eſſe diuitias, ſed periculum allatura. Ne putetis, vos accipiendo lucrũ: erogando, damnum facturos. Neutrũ enim horum ſemper eãdem vim habet: ſed vtrum in tempore, ac cum virtute factum fuerit, feciſſe expediet. Nihil penitùs à me mandatum grauatim facitote.

4. *Alacritas obtẽperandi.* Nam quò quiſque veſtrûm pluribus vtilitatibus meis inſeruierit: eò maiores fructus inde priuatim percipiet.

5. *Conſciẽtia* Cuius rei vnuſquiſque veſtrûm ſibi conſcius fuerit, eã ne me quidẽ clã fore exiſtimet. Nã etſi corpus meum præſens nõ fuerit: at mentẽ meã ſingulis actionibus adeſſe putet. Hoc enim animo ſi fueritis, modeſtius agetis omnia. Nihil occultate, ſiue quod poſſidetis, ſiue quod facitis, ſiue quod facturi eſtis. Scitis enim fieri nõ poſſe, quin clandeſtini conatus magnos terrores adiũctos habeant. Ne ſtudeatis callidè Rempub. aut

aut occultè gerere: ſed ita ſimpliciter &
apertè, vt ne quis, etiamſi velit, vos faci-
lè calumniari queat. Probate actiones,
& putate malas eſſe, quas ignorari à me
velletis: bonas, quibus ego auditis, vos
probiores iudicabo. Ne reticeatis, ſi *6. Inſidiatores*
quos videbitis imperio meo nocere, *indicandi.*
ſed & arguite, & exiſtimate, idem ſup-
plicium deberi occultantibus, quod de-
linquentibus. Felices putate non eos,
qui clàm habent maleficia ſua, ſed eos,
qui nihil delinquunt. Conſentaneum *7. Felices in-*
enim eſt, alteros meritas ſcelerum pœ- *nocentes.*
nas daturos: alteros factis ſuis præmia
digna percepturos. Nullas ſodalitates,
nulla concilia, ſine autoritate mea inſti-
tuite. Nam huiuſmodi conſpirationes *8. Conſpira-*
vt in alĳs politĳs multum valent, ita in *tiones uitan-*
Monarchĳs ſunt periculoſæ. Fugite *dæ.*
nō tantùm peccata, ſed etiam eiuſmodi *9. Cauendæ*
ſtudia, quæ ſine peccati ſuſpicione eſſe *ſuſpiciones.*
nequeunt. Meam amicitiam tutiſſi- *10. Nouæ*
mam & firmiſſimam eſſe putate, & *res fugiēdæ.*
hunc ſtatum tuemini, nec ullam re-
quirite mutationem: non ignari, fie-
ri non poſſe, quin per huiuſmodi tu-
multus, & vrbes intereant, & pri-

11. Qualis uatæ domus euertantur. Sæuitiam
populus talis aut manſuetudinem, non tantùm in-
princeps. genijs tribuite dominorum: ſed mo-
ribus etiam populorum. Multi enim
„ iam ob improbitatem ciuium aſperiùs
„ imperare, quàm vellent, ſunt coacti.
Freti eſtote non tam mea clementia,
12. Fortuna quàm veſtra innocentia. Quò ego tu-
*populi & * tior fuero: eò vos ſecuriores eſſe puta-
principis cõ- te. Nam rebus meis probè conſtitutis,
munis. eadem veſtrarum quoq; rerum ratio
13. Humili- futura eſt. Humiles vos eſſe decet erga
tas. meum imperium, vt & in inſtitutis per-
Splendor. ſeueretis, & leges regias obſeruetis:
ſplendidos verò in publicis admini-
ſtrationibus, & meis mandatis obeun-
14. Regio- dis. Adoleſcentes ad virtutem excita-
rũ miniſtro- te, non tantùm præcipiendo, ſed in ipſis
rũ diſciplina. etiam actionibus eis demonſtrando,
quales præſtantes viros eſſe oporteat.
Docete liberos veſtros parêre imperio
regio: & aſſuefacite eos, vt in huius vir-
tutis ſtudio potiſſimùm verſentur. Nã
vbi parêre didicerint, multò rectiùs im-
perabunt. Quòd ſi fideles fuerint, &
probi, bonorum noſtrorum participes
erunt. Sin improbi, ſuas opes in diſcri-
men

men adducent. Maximas putate libe-
ris & firmiſſimas opes vos tradituros, ſi
cis noſtram beneuolentiam relinquere
poſſitis. Miſerrimos iudicate & infeli- *15. Perfidia*
ciſſimos eos, qui ijs fidẽ fregerũt, qui fi- *miſerrima.*
dem eis habuerunt. Neceſſe enim eſt, ta-
les in trepidatione, metuq; rerum o-
mnium, reliquam ætatem exigere: nec
amicis magis credere q̃ inimicis. Bea-
tos exiſtimate non opulentiſſimos, ſed
nullius ſceleris ſibi conſcios. Nam qui *16. Virtus*
hoc animo ſunt, omne tempus ætatis ſi- *improbitate*
ne moleſtia poſſint degere. Ne putetis *reuera me-*
improbitatẽ plus, q̃ virtutem prodeſſe, *lior.*
aut nomen tantũ odioſius habere: ſed
cuiuſmodi appellationes ſingulis rebus
inditę ſunt, talem etiã vim illarũ eſſe du- *17. Gratioſi*
cite. Ne inuidete ijs, qui apud me prin- *non inuiden-*
cipem locũ tenent: ſed contendite & *di ſed imi-*
enitimini, vt ob probitatem & virtutem *tandi.*
veſtram cũ ſummis ęquemini. Aman- *18. Candor.*
dos & honorãdos eos eſſe putate, quos
rex magnifacit: vt eadem hæc vobis etiã
à me tribuantur. Qualia me præſente
dicitis: talia etiã, cũ abſum, ſentite. Ve-
ſtram erga nos beneuolentiã factis ma-
gis, q̃ verbis oſtendite. Quæ vobis ab

19. Quod tibi fieri nõ uis alteri ne feceris.

alijs fieri ægrè fertis: eadem alijs ipſi ne feceritis. Quæ verbis accuſatis, ea re ipſa vitate. Ita vobiſcum actum iri credite, vt erga nos affecti fueritis.

20. Rex eſt lex.

Non tantum laudate bonos, ſed etiam imitamini. Verba mea pro legibus habete, operamq; date, vt eis obtemperetis: ac ſcitote, fore vt his, qui maximè voluntati meæ ſatisfacere ſtuduerint, viuere liceat vt ipſi volunt.

Adhortatio à conſequentibus.

Caput verò eſt omnium quę diximus: Quales exiſtimatis eos qui vobis parent, erga vos eſſe oportere: tales vos ergà meum imperiũ eſſe debetis. Quæ ſi feceritis: quorſum attinet multa dicere, quid ſit euenturũ? Nam ſi & ego me deinceps ita geſſero, vt ſuperiori tempore, & mihi vos eodẽ modo inſeruieritis: quãprimum & veſtras opes creuiſſe videbitis, & meum imperium auctum, & ciuitatem felicem eſſe factam.

A maiori perfectionẽ.

Operę precium igitur eſſet, tantis bonis propoſitis, omnia facere, nec labores vllos aut pericula recuſare. Nunc vobis poteſtas datur, ſine vllo negocio, ſi fidi modò & iuſti fueritis, hæc omnia conſequendi.

SECVN-

SECVNDA CLASSIS SVASIONVM.

ARGVMENTVM HIERONYMI Vvolfij in Panegyricam orationem.

HAEC eſt celebrata illa oratio, & ferè princeps inter Iſocrateas, quam alij decem, alij quindecim annis elaboratam eſſe putant, ampliore vtiq; ſpacio temporis, quàm Elephanti pariunt. Abundarunt nimirum Græci, vt Cicero ſcribit, non ingenijs tantùm, ſed etiam ocio. Proinde nos (de me autem & mei ſimilibus loquor, non de doctiſſimis viris) adeò non imitari poſſumus, vt ne admirari quidem, aut ſatis intelligere illorum eloquentiam poſſimus. Mixta eſt hæc oratio ex laudatione & ſuaſione:

ne: ſed ad ſuaſionem, ſi finem ſpectes, vt Quintilianus docet, referenda erit; ſin Dionyſio Halicarnaſſeo credimus, per ſpeciem ſuaſionis laudes Athenienſium perſequitur. Argumentum malo verbis Iſocratis ex oratione περὶ ἀντιδόσεως, quàm meis explicare, cum de Panegyrico ſic ait: Nam oratio, quæ prima vobis oſtendetur, illis eſt ſcripta temporibus, cum Lacedæmonij Græcis imperarent, noſtræ verò opes tenues eſſent. Hortatur autem Græcos ad expeditionem contra Barbaros ſuſcipiendam, & cum Lacedæmonijs de principatu contendit. Hoc igitur argumento ad tractandum ſuſcepto, quicquid Græcia bonorum habeat, id noſtræ vrbi acceptum eſſe referendum oſtendo. Quò autem euidentiùs principatũ noſtræ vrbis eſſe demõſtrarem: diſputatione de illis beneficijs ſeorſim inſtituta, ad hunc ferè modũ ſum exorſus: Reipub. noſtræ propter bellica pericula plus etiam honoris, q̃ ob cætera merita deberi. Deinde rebus Athenienſiũ bello præclarè geſtis, ſplendida oratione exornatis, ad Iudices conuerſus,

Cogitate, inquit, cum animis veſtris, corrũpere ne adoleſcẽtes videar, an verò ad virtutem, & ſubeunda pro Republica pericula adhortari? Aequius-ne ſit ob hanc mihi orationem mulctam irrogari, an potiùs maximã à vobis gratiam referri? qui tantis laudibus tùm vrbem noſtram, tùm maiores, tùm præclara illorum temporum facinora extulerim, vt & ij qui prius idem argumẽtum tractarant, eorum pudore quæ dixerant, omnes ſuas orationes aboleuerint: & qui etiam hodiè inter eloquentes habentur, hiſce de rebus, diffiſi ingenijs ſuis, nihil amplius dicere audeant. Hactenus Iſocrates: qui quidem hoc idem argumentum de bello Barbaris inferendo, in oratione Philippica repetiuit: Athenienſium verò & Lacedæmoniorum collationem in Panathenaico vberiùs explicauit: Vt videatur Iſocrates laudatiſſimam hanc orationem ſuperare, et ipſe veluti ſecum certare voluiſſe.

PANEGYRICVS, oratio prima.

Attentio à re ipſa, per collationem.

SAEpè mirari ſoleo, quid in mentem ijs venerit, qui celebritates has congregarunt, & ludos gymnicos inſtituerunt, vt corporum viribus tanta præmia proponerent: eos verò qui Reipublicę ſtudio priuatos labores cæpiſſent, & animis ita ſe paraſſent, vt alijs quoq; prodeſſe poſſent, nullo prorſus honore dignarentur: quorum eos rationem potiùs habere decuiſſet. Nam etſi pugilum robur conduplicaretur: nullus tamen ex eo fructus rediret ad cæteros.

Beneuolētiæ captatio à ſua perſona.

Vnius autem viri prudentia fruuntur omnes, qui eius conſilijs parēre voluerunt. Neq; tamen hæc mihi deſperationem attulerunt, vt ſocordiæ me dederē: ſed cum gloriā ex ipſa oratione capiendam ſatis mihi magnum fore præmium

Docilitas.

exiſtimem, conſilium daturus adſum, cùm

cùm de bello Barbaris inferendo, tùm de concordia inter nos ipſos conſtituēda. Etſi autem non ignoro, multos qui ſophiſtarum ſibi nomen arrogarunt, cupidè hoc argumentum arripuiſſe: tamen, cũ cęteros tanto interuallo me ſuperaturum confido, ut illi nihil vnquam dixiſſe de hoc negocio videantur, tùm eas orationes pulcherrimas eſſe cenſeo, quæ & maximis de rebus agunt, & oratorum ingenia maximè demonſtrant, & vtiliſſimæ ſunt audientibus: quarum de numero hæc eſt. Deinde harũ quoq; rerum tempora nondum præterierunt, ut eas oratione renouari ſuperuacaneũ ſit. Tum enim demũ dicendi finis eſt faciendus, cùm aut res ipſæ peractæ ſunt, neq; iã in deliberationem cadunt: aut cùm oratio ſic elaborata eſt, vt ad eius excellentiam nihil ab vllo addi poſſe videatur. Sed quandiu neq; rerum ſtatus emendatus eſt, & prius habitæ orationes parum probantur: de tali oratione exquirenda, nonne meditandum, et ſedulò cogitandũ eſt? quę ſi proſperè ſucceſſerit & inteſtinis bellis, & his tumultibus, maliſq; maximis nos liberare poſſit. Præ-

Occupatio pertinens ad attentionem.

Iſocratis excellentia.

Pulcherrimæ orationes.

Occaſio.

Vtilitas.

ſit. Præterea ſi alio modo iiſdē de rebus nulla ratione dicere liceret: ſuperuacaneum iudicari poſſet, iterata eiuſdem argumenti non diſſimili tractatione, obtundere auditores. Cùm autem ea ſit natura ſermonis, vt res eædem variè

Natura ſermonis.

» poſſint explicari, dicendoq́ tùm magna
» deprimi, tùm exaggerari parua, tùm ve-
» tera noua ratione dici, tùm iis quæ re-
» cens acta ſunt, quædam vetuſtatis opi-
» nio conciliari queat: non vtiq; ea fu-
» gienda ſunt, de quibus alii priùs egerunt, ſed opera danda eſt, vt eos orationis bonitate ſuperemus. Res enim olim geſtæ, nobis omnibus communes ſunt relictæ: eas verò in tempore proferre, & argumentis idoneis confirmare, & verbis illuſtrare, prudentium hominum peculiare munus eſt. Sic autem exiſtimo, cùm cæteras artes, tùm eloquentiæ ſtudium maximè auctum iri, ſi honorati atq; in admiratione ſint, non ii, à quibus primis ſit initium dicendi profectum, ſed hi, qui ſingulas orationum partes optimè perfecerint: neq; illi, qui de rebus à nemine prius tractatis dicere inſtituerint, ſed qui ſic verba fecerint,

Res in medio poſitæ.

Non primi ſed præſtantiſſimi honorandi.

cerint, vt nemo alius eodem modo poſſit. Enimuerò ſunt qui vituperent orationes, quæ vulgi captum excedunt, & exquiſitiùs elaboratæ ſunt: ac tanto in errore verſantur, vt ſummo ſtudio perpolitas, cum priuatorum contractuum cauſis conferant: quaſi verò eadem vtrarunq; ratio eſſe debeat, & non alteræ ad victoriam, alteræ ad oſtentationem ſint comparatæ? Aut mediocritatē ipſi perſpiciant: is verò, qui accuratè poteſt dicere, non ſimpliciter etiam dicere poſſit? Ac iſtos quidem non obſcurum eſt, eos duntaxat laudare, à quibus ipſi propè abſunt. Mihi autem cum iſto hominum genere rei nihil eſt: eos volo, qui nullum verbum temerè probent, ſed & moroſè iudicent, & tale aliquid in meis orationibus requirant, quod apud alios non ſint inuenturi. Ad eos igitur vbi me paulùm etiam iactaro, ſtatim de re ipſa dicere aggrediar. Equidem alios in exordijs auditores ſibi conciliare video, & excuſare ea, quæ dicenda ſunt, uel quòd non ſpacij ſatis datum ſibi fuerit ad meditandum: vel quòd difficilè ſit, eā afferre orationem, quæ

Alia occupatio, & ipſa pertinens ad attentionem.

Animoſa ſui ipſius prædicatio.

quæ rerum magnitudini reſpondeat. Ego verò, niſi & pro dignitate rei dixero, & ſicut & exiſtimatio mea & tempus non modò in hac oratione ſcribenda conſumptum, ſed et totius meæ vitæ poſtulat: hortor, ne quiſquam mihi det veniam, ſed vt me derideant & contemnant omnes. Nihil enim horum eſt, quod non iure mihi euenturum ſit, qui nihilo præſtantior alijs, adeò magnifica promittam. Ac de me quidem hæc volui præfari. De repu-blica verò, qui, cùm primùm huc prodierunt, abolitis odijs et inimicitijs, belli aciem contra Barbarum dirigendam docent, & clades ex inteſtinis bellis acceptas commemorant, fructus item illius expeditionis: vera quidem dicunt, ſed non inde ordiuntur, vnde confici potiſſimùm illa poſſint. Nam Græcorum alij nos colunt, alij Lacedæmonijs parent. Etenim rerum publicarum formæ, quibus in ſuis quiq; ciuitatibus vtuntur, ſic pleroſque diſtinxerunt. Quiſquis igitur ſe publicè de cæteris bene meriturum putat, priuſquam eorum principes reconciliarit:

Eorum qui idem argumentum tractarunt, reprehẽſio, docilitatem & ſui commendationem cõtinens.

Aliorũ principes in primis reconciliandi.

liarit: is parum rectè ſentit, & longè abeſt à rei veritate. Qui autem non tantùm ingenij famam aucupantur, ſed etiam aliquid perficere cupiunt: eas quærant rationes, neceſſe eſt, quibus hæ vrbes adducantur, vt & pari ęquoq; iure inter ſeſe viuāt, et principatus diuidant, & quę lucra nūc à Græcis auferre ſtudent, à Barbaris petant. Ac noſtræ quidem vrbi hęc facilè perſuaderi potuerunt: Lacedæmonij autem pertinaciores adhuc ſunt, falſa nimirum perſuaſione imbuti, patrium ſibi eſſe belli temporibus imperium. Si verò demonſtratum illis fuerit, hunc honorē ad nos pertinere potius quàm ad ipſos: omiſſa fortaſſis accuratiore hiſce de rebus diſputatione, ad id, quod expediet, conuertentur. Rectè igitur etiam alij hinc exorſi, non prius ea quæ in confeſſo ſunt, ſuadere debuiſſent, quàm illa diligenter explicaſſent, de quibus inter nos omnis eſt controuerſia. Me verò vtraq; de cauſa potiſſimū in his immorari decet, tū ut aliquid proficiatur, omiſſaq; hac inter nos concertatione, bellum

Athenienſiū cōmendatio, cum Lacedæmoniorū accuſatione.

Dilemma pertinens ad attentionem.

Prior orationis pars, qua docet, maris imperium eſſe Athenienſium, laudes eorũ & res geſtas continens.

bellum communi conſilio Barbaris inferatur: tùm ſi hoc perfici fortè nequeat, vt eos demonſtrem, qui felicitati Græcorum obſtant, vtq; omnes perſpiciant, noſtram ciuitatem, & antehac iure maris imperium tenuiſſe, & nunc non iniuria principatum ſibi vendicare. Nam ſiue hi propter quælibet honorandi ſunt, qui maximum rerum vſum, ſummamq; potentiam habent: ſine cõtrouerſia nobis principatus, quem antea tenuimus, eſt reſtituendus. Nemo enim vllam vrbem oſtendet, quæ terreſtri bello tantum valeat, quantum noſtra naualibus pugnis excellit. Siue aliqui iudicium hoc iniquum dicunt eſſe (multas enim fieri mutationes, nec principatus vnquam apud eoſdem permanere) & cõtendunt, vel ijs qui hunc honorem primi adepti ſint, uel ijs qui beneficia plurima in Græcos contulerint, illum, vt aliud præmium eſſe deferendum: illos etiam nobiſcum facere arbitror. Nam quò in his vtriſq; conſiderandis longiùs proceſſeris, eò longiore interuallo vincemus eos, qui hiſce de rebus ambigunt. Conſtat enim

Peritia.

Potentia.

Antiquitas.

Merita.

noſtram

noſtram vrbem, & antiquiſſimam eſſe, & maximam, & apud omnes homines celeberrimam. Etſi autem hoc pulcherrimo fundamento nitimur: ob ea tamẽ quæ ſequuntur, plus etiam honoris nobis eſt habendum. In hac enim terra ſic habitamus, vt nec alios pepulerimus, nec vacuam occupauerimus, nec ex multis gentibus permiſti, ſed adeò honeſtè liberaliterq́ nati ſimus. (Nam indigenæ ſumus) vt quæ nos produxit, eam perpetuò tenuerimus, iiſdemq́ nominibus, quibus coniunctiſſimos appellare poſſimus. Solis enim nobis ex omnibus Græcis eandem & nutricem, & patriam, & matrem vocare datum eſt, Deorum conceſſu & munere. Decet autem eos, qui ſuæ magnanimitatis cauſam habent, & iure de principatu contendunt, patriiq́ iuris mentionem ſæpè faciunt, tale ſui generis primordium proferre poſſe. Quæ igitur à primo nobis ortu contigerunt, atq́ fortuna donata ſunt, eorum tanta magnitudo eſt. In alios autem quanta beneficia contulerimus, ita pulcherrimè inueſtigabimus, ſi & prima tempora, & Rei-

Athenæ olim maximæ, nũc nihil.

Athenienſes indigenæ.

Athenienſiũ beneficia in cæteros, et res geſtæ.

publicæ noſtræ facta ordine recenſue-
Propoſitio cum amplificatione. rimus. Eam enim non tantùm rebus bello geſtis excelluiſſe, ſed & cæterarum copiarum, quibus fruimur, inq; republica vtimur, & vitam tuemur: ferè omnium fuiſſe cauſam reperiemus. Ea verò beneficia potiſſimùm proferre neceſſe eſt, non quæ obtenuitatem ignorata, ſilentióq; tecta iacuerunt, ſed quæ propter magnitudinem, & olim & nunc, & vbiq; omnium mortalium, & ſermonibus, & recordatione celebrantur. Ac primùm id, quo natura
2. *Frugum inuentio.* noſtra primùm indiguit, per noſtram vrbem eſt comparatum. Etſi enim commemoratio hæc fabuloſa videri cœpit: hoc tamen tempore non eſt omittenda. Nā cùm Ceres, poſt raptam Proſerpinam, erroribus acta, in regionem noſtram perueniſſet; noſtriſq; maioribus, ob accepta beneficia, quæ non niſi initiatis audire fas eſt, benè cupiens, ampliſſima duo munera largita eſſet: fruges, quæ in cauſa fuerunt, ne more belluarum viueremus: & arcana illa ſa-
3. *Initia Cereris.* cra, quibus initiati qui ſunt, hi & de vitæ exitu, & vniuerſo æuo ſpem ha-

bent meliorem: adeò non tantùm accepta Dijs, ſed & in homines benigna fuit noſtra vrbs, vt nemini tanta bona inuideret, ſed quæ acceperat, omnibus impertiret. Ac illa quidem etiam nunc quotannis oſtendimus: harum autem beneficia omnia, vtendiq; rationem, & vtilitates inde capiendas, edocuimus. Quibus fidem abrogare qui velit, ſi pauca modò addiderimus, erit nemo. Primùm enim ſi quis ea, quæ diximus, propterea contempſerit, quòd antiqua ſint: ob idipſum ea facta eſſe iurè exiſtimauerit. Nam quòd ea & multi dixerunt, & omnes audiuerunt: non quidem noua, ſed fide digna ſunt habenda. Deinde non huc tantùm confugere nobis licet, quòd ſermonem & famam hanc iam olim acceperimus: ſed maioribus etiam quàm hæc ſunt, vti poſſumus argumẽtis. Nam pleræq; vrbes, in veteris beneficij memoriam, frumenti primitias quotannis ad nos mittũt. Si quæ autẽ id intermiſerũt, ijs Pythia ſæpè imperauit, vt & partes frugũ offerrent, & noſtræ vrbi prꝫſtarent ea,

Confirmatio per inuerſionem.

A ſignis & coniecturis.

quæ à patribus accepiſſent. Quæ verò magis credenda ſunt, quàm ea, quæ & oraculis iubentur, & à multis Græcorum comprobantur? Cùm & veteres ſermones ijs rebus, quæ nunc fiunt, teſtimonium perhibeant, & ea quæ nunc fiunt, cum veterum ſermonibus conſentiant? Præterea, ſi omiſſis his omnibus, prima origo ſpectetur, eos qui primi in terris extiterunt, uitam non ſic inſtructã reperiſſe intelligetur, ſed ipſos paulatim ſibi neceſſaria comparaſſe.

Inuentores artium. Quoſnam igitur ea veriſimilius eſt, vel dono à Dijs immortalibus accepiſſe, uel ſuo ſtudio inueſtigaſſe? An non eos qui ſine controuerſia & antiquiſſimi ſunt, et ad artes tractandas ingenioſiſſimi, & cultores Deorum religioſiſſimi?

Exaggeratio & tranſitio. Quantis autem honoribus digni ſint, qui tanta beneficia dederunt: ſuperuacaneum eſt docere. Nemo enim vllum præmium reperiet tantum, quod rebus geſtis reſpondeat. Ac de maximo beneficio, & primo & latiſſimè patente, hæc dicere poſſumus. Iiſdem quoq; tẽporibus noſtra vrbs cũ Barbaros maximam

ximam terræ partem videret obtinere,
Grȩcos autem velut in anguſtias quaſ- 4.
dam redactos, ob agri penuriam alios *Coloniæ, &*
alijs & inſidias et bella facere,atq; alios *Græciæ am-*
fame,alios bello perire: ne hæc quidem *plificatio.*
neglexit,ſed duces in ciuitates miſit,qui
egentiſſimis quibuſq; aſcitis,Barbaros
ductu ſuo vicerunt, & multas in vtraq;
continente vrbes condiderunt, & in o-
mnes inſulas colonias deduxerunt.
Quo facto conſeruarunt vtroſq;, tàm
eos qui ſecuti fuerunt, quàm eos qui in
patria remanſerunt. Nam alteris agros
domi ſatis multos reliquerunt: alteris
plures quàm habuerant, tradiderunt.
Omnem enim locum hunc, quem nunc
tenemus, ſunt amplexi, & illis etiam, *Amplificatio*
qui pòſt aliquò colonias mittere, no- *per collatio-*
ſtramq; vrbem imitari voluerunt, eius *nem.*
rei citra vllum negocium poteſtatem
dederunt. Nec enim neceſſe illi habue-
runt, agri occupandi cauſa, acie decer-
nere, ſed Græcis aſſignatos à nobis a-
gros, profectione ſuſcepta facilè tenue-
runt. Quis verò eſt, qui principatum
oſtendat, hoc vel antiquiorem, qui ve-
tuſtate pleraſq; Græcas vrbes ſuperet,

vel vtiliorem, qui & Barbaros ſolum
5. vertere coëgit, & Græcos ad tantas o-
Legum con- pes euexit? Neq; verò, cùm maximis in
ſtitutio. rebus adiumento fuiſſet, neglexit cæte-
ras, ſed ſua beneficia inde auſpicata eſt, vt victum curaret indigētibus: id quod inprimis ei faciendum eſt, qui reliqua etiam rectè conſtituta eſſe velit. Cùm autem vitam hac ſola re inſtructam, nondum eſſe dignam viuendi deſiderio putaret: eam in cæteris quoq; diligentiam adhibuit, vt eorum bonorum, quibus fruimur homines, non diuinitus acceptis, ſed mutua noſtra opera comparatis, nihil ſine vrbe noſtra contigerit, plurima verò accepta illi referantur. Nam cum Græci olim ſine legibus viuentes, & ſparſim habitantes, alij potentiorum iniquo dominatu premerentur, alij quòd nullos magiſtratus haberent, interirent: etiam his malis eos liberauit, alios in poteſtatem redigendo, alios exemplo ſuo corrigendo. Prima enim & leges tulit, & Rempub. conſtituit, id quod inde perſpicitur. Nam qui primi homicidij cauſam egerunt, & diſceptatione, non vi & armis con-

controuerſiam finiri voluerunt:noſtris 6.
legibus ſunt experti. Quin etiam artes *Artium uel*
tùm ad vitę neceſſitatē vtiles,tùm cauſa *utilium uel*
voluptatis excogitatas, partim inuenit *iucundarum*
ipſa, partim probauit, atq; alijs vten- *inuentio.*
das tradidit. Quæ verò ad cæterarum 7.
rerum rationes attinent, ea tam hoſpi- *Hoſpitalitas.*
taliter inſtruxit, & tam accommodatè
vniuerſis, vt vtriſq; cùm pecuniæ indi-
gentibus, tùm opibus ſuis frui volen-
tibus conuenirent, vtq; nec felicibus,
nec ijs quibus domi res aduerſæ eſſent,
incommodarent, ſed vtriq; apud nos “
haberent, alteri vitæ rationem iucun- “
diſſimam, alteri confugium tutiſſimum. “
Præterea, cum non omnis tellus omnia
ferret, ſed quibuſdam careret, quibuſ-
dam abundaret, neque facilè ratio ini-
ri poſſet, vel quò alia exportanda, vel
vnde alia importanda eſſent: etiam
hæc incommoda propulſauit. Nam 8.
in media Græcia Piræeum mercatum *Piræeus mer*
inſtituit, cuius ea excellentia eſt, vt eæ *catus.*
res, quarum ſingulas apud alios nan-
ciſci difficilè eſt, ibi comparari vniuerſæ 9.
facilè poſſint. Cum autem meritò laudē- *Ludorū ce-*
tur ij, qui celebres cōuentus inſtituerūt, *lebritates &*

 quòd *conuentus.*

quòd eum morem nobis tradiderunt, vt quaſi fœdere inito, & inimicitijs reconciliatis, in vnum locum conueniremus: Deinde vt votis & ſacris communibus factis, eius cognationis, qua coniuncti ſumus inter nos, recordati, amiciores in poſterum eſſemus, vtq; & vetera hoſpitia renouaremus, & noua cōſtitueremus: quò nec indoctis, nec excellentibus ingenijs, ignauum tempus abiret, ſed in celebri conuentu Græcorum, alijs ſuam felicitatem oſtentare, alijs hos inter ſe certantes ſpectare liceret, ac neutri voluptate carerent, ſed vtriq; in quo gloriarentur, haberent: alteri cum ſua cauſa laborare pugiles viderent, alteri cum omnes ſui ſpectandi gratia veniſſe, cogitarent. Tanta igitur commoda cum ad nos è conuentibus redeant, ne in his quidem noſtra vrbs poſtremas tulit. Etenim ſpectacula plurima & pulcherrima poſſidet: alia magnitudine ſumptuum excellentia: alia propter artificium celebrata: alia, horum vtroq; præſtantia. Ac multitudo eorum qui ad nos veniunt, tanta eſt, vt ſi quid boni congreſſibus ineſt, id

Certatores. *Spectatores.* *Spectacula.*

quoq;

quoq; ſit ab ipſa comprehenſum. Ad hæc amicitias fideliſſimas reperire, & omnis generis congreſſibus intereſſe, apud nos potiſſimùm licet. Præterea nõ tantùm celeritatis & roboris, ſed & eloquentiæ, & mentis ac operum cæterorum omnium certamina, et horum pręmia maxima hîc cernuntur. Nam præter ea quæ ipſa vrbs proponit, etiam aliis vt dent, perſuadet. Nam quæ à nobis decreta fuerint, tãtam habent autoritatem, vt omnibus probentur. Iam cæteræ celebritates poſt longum temporis ſpacium coactæ, celeriter diſſoluũtur: noſtra verò vrbs per omne æuũ, inſtar eſt ſolennis conuentus. Philoſophiæ certè quidem, cuius ope hæc omnia inuenta, & conſtituta ſunt, quæ nos & ad res gerendas erudijt, & animos noſtros manſuefecit, & calamitates, tùm ex inſcitia ortas, quàm neceſſitate importatas diſtinxit, atq; illas cauere, has pulchrè ferre docuit, noſtra vrbs honorem habuit: nec minùs eloquentiæ, cuius deſiderio tenentur omnes, & tamen ea præditis inuident: haud ignara, ſolis nobis inter omnes

Amicitiæ.

Ingenij præmia.

Autoritas.

Exaggeratio per collationem.

10.

Philoſophia & eloquẽtia.

Digreßio in eloquentiæ laudationem.

ſit. Præterea ſi alio modo iiſdē de rebus nulla ratione dicere liceret: ſuperuacaneum iudicari poſſet, iterata eiuſdem argumenti non diſſimili tractatione, obtundere auditores. Cùm autem ea ſit natura ſermonis, vt res eædem variè

Natura ſermonis.

» poſſint explicari, dicendoq; tùm magna
» deprimi, tùm exaggerari parua, tùm ve-
» tera noua ratione dici, tùm iis quæ re-
» cens acta ſunt, quædam vetuſtatis opi-
» nio conciliari queat: non vtiq; ea fu-
» gienda ſunt, de quibus alii priùs egerunt, ſed opera danda eſt, vt eos orationis bonitate ſuperemus. Res enim olim geſtæ, nobis omnibus communes ſunt relictæ: eas verò in tempore proferre, & argumentis idoneis confirmare, & verbis illuſtrare, prudentium hominum peculiare munus eſt. Sic autem exiſtimo, cùm cæteras artes, tùm eloquentiæ ſtudium maximè auctum iri, ſi honorati atq; in admiratione ſint, non ii, à quibus primis ſit initium dicendi profectum, ſed hi, qui ſingulas orationum partes optimè perfecerint: neq; illi, qui de rebus à nemine prius tractatis dicere inſtituerint, ſed qui ſic verba fecerint,

Res in medio poſitæ.

Non primi ſed præſtantiſsimi honorandi.

cerint, vt nemo alius eodem modo poſſit. Enimuerò ſunt qui vituperent orationes, quæ vulgi captum excedunt, & exquiſitiùs elaboratæ ſunt: ac tanto in errore verſantur, vt ſummo ſtudio perpolitas, cum priuatorum contractuum cauſis conferant: quaſi verò eadem vtrarunque ratio eſſe debeat, & non alteræ ad victoriam, alteræ ad oſtentationem ſint comparatæ? Aut mediocritatē ipſi perſpiciant: is verò, qui accuratè poteſt dicere, non ſimpliciter etiam dicere poſſit? Ac iſtos quidem non obſcurum eſt, eos duntaxat laudare, à quibus ipſi propè abſunt. Mihi autem cum iſto hominum genere rei nihil eſt: eos volo, qui nullum verbum temerè probent, ſed & moroſè iudicent, & tale aliquid in meis orationibus requirant, quod apud alios non ſint inuenturi. Ad eos igitur vbi me paulùm etiam iactaro, ſtatim de re ipſa dicere aggrediar. Equidem alios in exordijs auditores ſibi conciliare video, & excuſare ea, quæ dicenda ſunt, uel quòd non ſpacij ſatis datum ſibi fuerit ad meditandum; vel quòd difficilè ſit, eā afferre orationem, quæ

Alia occupatio, & ipſa pertinens ad attentionem.

Animoſa ſui ipſius prædicatio.

quæ rerum magnitudini reſpondeat. Ego verò, niſi & pro dignitate rei dixero, & ſicut & exiſtimatio mea & tempus non modò in hac oratione ſcribenda conſumptum, ſed et totius meæ vitæ poſtulat: hortor, ne quiſquam mihi det veniam, ſed vt me derideant & contemnant omnes. Nihil enim horum eſt, quod non iure mihi euenturum ſit, qui nihilo præſtantior alijs, adeò magnifica promittam. Ac de me quidem hæc volui præfari. De republica verò, qui, cùm primùm huc prodierunt, abolitis odijs et inimicitijs, belli aciem contra Barbarum dirigendam docent, & clades ex inteſtinis bellis acceptas commemorant, fructus item illius expeditionis: vera quidem dicunt, ſed non inde ordiuntur, vnde confici potiſſimùm illa poſſint. Nam Græcorum alij nos colunt, alij Lacedæmonijs parent. Etenim rerum publicarum formæ, quibus in ſuis quiq; ciuitatibus vtuntur, ſic pleroſque diſtinxerunt. Quiſquis igitur ſe publicè de cæteris bene meriturum putat, priuſquam eorum principes reconciliarit:

Eorum qui idem argumentum tractarunt, reprehenſio, docilitatem & ſui commendationem cõtinens.

Aliorũ principes in primis reconciliandi.

liarit: is parum rectè ſentit, & longè abeſt à rei veritate. Qui autem non tantùm ingenij famam aucupantur, ſed etiam aliquid perficere cupiunt: eas quærant rationes, neceſſe eſt, quibus hæ vrbes adducantur, vt & pari ęquoq; iure inter ſeſe viuāt, et principatus diuidant, & quę lucra nūc à Græcis auferre ſtudent, à Barbaris petant. Ac noſtræ quidem vrbi hęc facilè perſuaderi poterunt: Lacedæmonij autem pertinaciores adhuc ſunt, falſa nimirum perſuaſione imbuti, patrium ſibi eſſe belli temporibus imperium. Si verò demonſtratum illis fuerit, hunc honorē ad nos pertinere potius quàm ad ipſos: omiſſa fortaſſis accuratiore hiſce de rebus diſputatione, ad id, quod expediet, conuertentur. Rectè igitur etiam alij hinc exorſi, non prius ea quæ in confeſſo ſunt, ſuadere debuiſſent, quàm illa diligenter explicaſſent, de quibus inter nos omnis eſt controuerſia. Me verò vtraq; de cauſa potiſſimū in his immorari decet, tū ut aliquid proficiatur, omiſſaq; hac inter nos concertatione,

Athenienſiū cōmendatio, cum Lacedæmoniorū accuſatione.

Dilemma pertinens ad attentionem.

bellum

Prior orationis pars, qua docet, maris imperium eſſe Athenienſium, laudes eorũ & res geſtas continens.

Peritia.

Potentia.

Antiquitas.

Merita.

bellum communi conſilio Barbaris inferatur: tùm ſi hoc perfici fortè nequeat, vt eos demonſtrem, qui felicitati Græcorum obſtant, vtq; omnes perſpiciant, noſtram ciuitatem, & antehac iure maris imperium tenuiſſe, & nunc non iniuria principatum ſibi vendicare. Nam ſiue hi propter quælibet honorandi ſunt, qui maximum rerum vſum, ſummamq; potentiam habent: ſine cõtrouerſia nobis principatus, quem antea tenuimus, eſt reſtituendus. Nemo enim vllam vrbem oſtendet, quæ terreſtri bello tantum valeat, quantum noſtra naualibus pugnis excellit. Siue aliqui iudicium hoc iniquum dicunt eſſe (multas enim fieri mutationes, neq; principatus vnquam apud eoſdem permanere) & cõtendunt, vel ijs qui hunc honorem primi adepti ſint, uel ijs qui beneficia plurima in Græcos contulerint, illum, vt aliud præmium eſſe deferendum: illos etiam nobiſcum facere arbitror. Nam quò in his vtriſq; conſiderandis longiùs proceſſeris, eò longiore interuallo vincemus eos, qui hiſce de rebus ambigunt. Conſtat enim

noſtram

noſtram vrbem, & antiquiſſimam eſſe, & maximam, & apud omnes homines celeberrimam. Etſi autem hoc pulcherrimo fundamento nitimur: ob ea tamē quæ ſequuntur, plus etiam honoris nobis eſt habendum. In hac enim terra ſic habitamus, vt nec alios pepulerimus, nec vacuam occupauerimus, nec ex multis gentibus permiſti, ſed adeò honeſtè liberaliterq́ nati ſimus. (Nam indigenæ ſumus) vt quæ nos produxit, eam perpetuò tenuerimus, iiſdemq́ nominibus, quibus coniunctiſſimos appellare poſſimus. Solis enim nobis ex omnibus Græcis eandem & nutricem, & patriam, & matrem vocare datum eſt, Deorum conceſſu & munere. Decet autem eos, qui ſuæ magnanimitatis cauſam habent, & iure de principatu contendunt, patriiq́ iuris mentionem ſæpè faciunt, tale ſui generis primordium proferre poſſe. Quæ igitur à primo nobis ortu contigerunt, atq́ fortuna donata ſunt, eorum tanta magnitudo eſt. In alios autem quanta beneficia contulerimus, ita pulcherrimè inueſtigabimus, ſi & prima tempora, & Reipublicæ res geſtæ.

Athenæ olim maximæ, nūc nihil.

Athenienſes indigenæ.

Athenienſiū beneficia in cæteros, et publicæ res geſtæ.

publicæ noſtræ facta ordine recenſue-
Propoſitio rimus. Eam enim non tantùm rebus
cum amplifi- bello geſtis excelluiſſe, ſed & cætera-
catione. rum copiarum, quibus fruimur, inq́;
republica vtimur, & vitam tuemur:
ferè omnium fuiſſe cauſam reperiemus.
Ea verò beneficia potiſſimùm proferre
neceſſe eſt, non quæ obtenuitatem i-
gnorata, ſilentioq́; tecta iacuerunt,
ſed quæ propter magnitudinem, & o-
lim & nunc, & vbiq́; omnium mortali-
um, & ſermonibus, & recordatione ce-
2. lebrantur. Ac primùm id, quo natura
Frugum in- noſtra primùm indiguit, per noſtram
uentio. vrbem eſt comparatum. Etſi enim com-
memoratio hæc fabuloſa videri cœpit:
hoc tamen tempore non eſt omittenda.
Nã cùm Ceres, poſt raptam Proſerpi-
nam, erroribus acta, in regionem no-
ſtram perueniſſet; noſtriſq́; maioribus,
ob accepta beneficia, quæ non niſi ini-
tiatis audire fas eſt, benè cupiens, am-
pliſſima duo munera largita eſſet: fru-
ges, quæ in cauſa fuerunt, ne more bel-
luarum viueremus: & arcana illa ſa-
3. cra, quibus initiati qui ſunt, hi & de vi-
Initia Cere- tæ exitu, & vniuerſo æuo ſpem ha-
ris.

bent

bent meliorem: adeò non tantùm accepta Dijs, ſed & in homines benigna fuit noſtra vrbs, vt nemini tanta bona inuideret, ſed quæ acceperat, omnibus impertiret. Ac illa quidem etiam nunc quotannis oſtendimus: harum autem beneficia omnia, vtendiq́ rationem, & vtilitates inde capiendas, edocuimus. Quibus fidem abrogare qui velit, *Confirmatio* ſi pauca modò addiderimus, erit nemo. *per inuerſionem.* Primùm enim ſi quis ea, quæ diximus, propterea contempſerit, quòd antiqua ſint: ob idipſum ea facta eſſe iurè exiſtimauerit. Nam quòd ea & multi dixerunt, & omnes audiuerunt: non *A ſignis & coniecturis.* quidem noua, ſed fide digna ſunt habenda. Deinde non huc tantùm confugere nobis licet, quòd ſermonem & famam hanc iam olim accepimus: ſed maioribus etiam quàm hæc ſunt, vti poſſumus argumẽtis. Nam pleræq́ vrbes, in veteris beneficij memoriam, frumenti primitias quotannis ad nos mittũt. Si quæ autẽ id intermiſerũt, ijs Pythia ſæpè imperauit, vt & partes frugũ offerrent, & noſtræ vrbi pręſtarent ea,

quæ à patribus accepiſſent. Quæ verò magis credenda ſunt, quàm ea, quæ & oraculis iubentur, & à multis Græcorum comprobantur? Cùm & veteres ſermones ijs rebus, quæ nunc fiunt, teſtimonium perhibeant, & ea quæ nunc fiunt, cum veterum ſermonibus conſentiant? Prætetea, ſi omiſſis his omnibus, prima origo ſpectetur, eos qui primi in terris extiterunt, uitam non ſic inſtructã reperiſſe intelligetur, ſed ipſos paulatim ſibi neceſſaria comparaſſe. Quoſnam igitur ea veriſimilius eſt, vel dono à Dijs immortalibus accepiſſe, uel ſuo ſtudio inueſtigaſſe? An non eos qui ſine controuerſia & antiquiſſimi ſunt, et ad artes tractandas ingenioſiſſimi, & cultores Deorum religioſiſſimi? Quantis autem honoribus digni ſint, qui tanta beneficia dederunt: ſuperuacaneum eſt docere. Nemo enim vllum præmium reperiet tantum, quod rebus geſtis reſpondeat. Ac de maximo beneficio, & primo & latiſſimè patente, hæc dicere poſſumus. Iiſdem quoq; tẽporibus noſtra vrbs cũ Barbaros maximam

Inuentores artium.

Exaggeratio & tranſitio.

ximam terræ partem videret obtinere,
Gręcos autem velut in anguſtias quaſ- 4.
dam redactos, ob agri penuriam alios alijs & inſidias et bella facere,atq; alios fame,alios bello perire: ne hæc quidem neglexit,ſed duces in ciuitates miſit,qui egentiſſimis quibuſq; aſcitis,Barbaros ductu ſuo vicerunt, & multas in vtraq; continente vrbes condiderunt, & in omnes inſulas colonias deduxerunt. Quo facto conſeruarunt vtroſq;, tàm eos qui ſecuti fuerunt, quàm eos qui in patria remanſerunt. Nam alteris agros domi ſatis multos reliquerunt: alteris plures quàm habuerant, tradiderunt. Omnem enim locum hunc, quem nunc tenemus, ſunt amplexi, & illis etiam, qui pòſt aliquò colonias mittere, noſtramq; vrbem imitari voluerunt, eius rei citra vllum negocium poteſtatem dederunt. Nec enim neceſſe illi habuerunt, agri occupandi cauſa, acie decernere, ſed Græcis aſſignatos à nobis agros, profectione ſuſcepta facilè tenuerunt. Quis verò eſt, qui principatum oſtendat, hoc vel antiquiorem, qui vetuſtate pleraſq; Græcas vrbes ſuperet,

Coloniæ,& Græciæ amplificatio.

Amplificatio per collationem.

vel vtiliorem, qui & Barbaros ſolum
5. vertere coëgit, & Græcos ad tantas o-
Legum conſtitutio. pes euexit. Neq; verò, cùm maximis in
rebus adiumento fuiſſet, neglexit cæteras, ſed ſua beneficia inde auſpicata eſt, vt victum curaret indigẽtibus: id quod inprimis ei faciendum eſt, qui reliqua etiam rectè conſtituta eſſe velit. Cùm autem vitam hac ſola re inſtructam, nondum eſſe dignam viuendi deſiderio putaret: eam in cæteris quoq; diligentiam adhibuit, vt eorum bonorum, quibus fruimur homines, non diuinitus acceptis, ſed mutua noſtra opera comparatis, nihil ſine vrbe noſtra contigerit, plurima verò accepta illi referantur. Nam cum Græci olim ſine legibus viuentes, & ſparſim habitantes, alij potentiorum iniquo dominatu premerentur, alij quòd nullos magiſtratus haberent, interirent: etiam his malis eos liberauit, alios in poteſtatem redigendo, alios exemplo ſuo corrigendo. Prima enim & leges tulit, & Rempub. conſtituit, id quod inde perſpicitur. Nam qui primi homicidij cauſam egerunt, & diſceptatione, non vi & armis con-

controuerſiam finiri voluerunt: noſtris 6.
legibus ſunt experti. Quin etiam artes *Artium uel*
tùm ad vitę neceſſitatē vtiles, tùm cauſa *utilium uel*
voluptatis excogitatas, partim inuenit *iucundarum*
ipſa, partim probauit, atq; alijs vten- *inuentio.*
das tradidit. Quæ verò ad cæterarum 7.
rerum rationes attinent, ea tam hoſpi- *Hoſpitalitas.*
taliter inſtruxit, & tam accommodatè
vniuerſis, vt vtriſq; cùm pecuniæ indi-
gentibus, tùm opibus ſuis frui volen-
tibus conuenirent, vtq; nec felicibus,
nec ijs quibus domi res aduerſæ eſſent,
incommodarent, ſed vtriq; apud nos "
haberent, alteri vitæ rationem iucun- "
diſſimam, alteri confugium tutiſſimum. "
Præterea, cum non omnis tellus omnia
ferret, ſed quibuſdam careret, quibuſ-
dam abundaret, neque facilè ratio ini-
ri poſſet, vel quò alia exportanda, vel
vnde alia importanda eſſent: etiam
hæc incommoda propulſauit. Nam 8.
in media Græcia Piræeum mercatum *Piræeus mercatus.*
inſtituit, cuius ea excellentia eſt, vt eæ
res, quarum ſingulas apud alios nan-
ciſci difficilè eſt, ibi comparari vniuerſæ 9.
facilè poſſint. Cum autem meritò laudē- *Ludorū celebritates &*
tur ij, qui celebres cōuentus inſtituerūt, *conuentus.*

 quòd

quòd eum morem nobis tradiderunt, vt quaſi fœdere inito, & inimicitijs reconciliatis, in vnum locum conueniremus: Deinde vt votis & ſacris communibus factis, eius cognationis, qua coniuncti ſumus inter nos, recordati, amiciores in poſterum eſſemus, vtq; & vetera hoſpitia renouaremus, & noua cõ-
Certatores. ſtitueremus: quò nec indoctis, nec ex-
Spectatores. cellentibus ingenijs, ignauum tempus abiret, ſed in celebri conuentu Græcorum, alijs ſuam felicitatem oſtentare, alijs hos inter ſe certantes ſpectare liceret, ac neutri voluptate carerent, ſed vtriq; in quo gloriarentur, haberent: alteri cum ſua cauſa laborare pugiles viderent, alteri cum omnes ſui ſpectandi gratia veniſſe, cogitarent. Tanta igitur commoda cum ad nos è conuentibus redeant, ne in his quidem noſtra vrbs poſtremas tulit. Etenim ſpectacu-
Spectacula. la plurima & pulcherrima poſſidet: alia magnitudine ſumptuum excellentia: alia propter artificium celebrata: alia, horum vtroq; præſtantia. Ac multitudo eorum qui ad nos veniunt, tanta eſt, vt ſi quid boni congreſſibus ineſt, id quoq;

quocꝫ ſit ab ipſa comprehenſum. Ad hæc amicitias fideliſſimas reperire, & omnis generis congreſſibus intereſſe, apud nos potiſſimùm licet. Præterea nō tantùm celeritatis & roboris, ſed & eloquentiæ, & mentis ac operum cæterorum omnium certamina, et horum pręmia maxima hîc cernuntur. Nam præter ea quæ ipſa vrbs proponit, etiam alijs vt dent, perſuadet. Nam quæ à nobis decreta fuerint, tãtam habent autoritatem, vt omnibus probentur. Iam cæteræ celebritates poſt longum temporis ſpacium coactæ, celeriter diſſoluũtur: noſtra verò vrbs per omne æuũ, inſtar eſt ſolennis conuentus. Philoſophiæ çertè quidem, cuius ope hæc omnia inuenta, & conſtituta ſunt, quæ nos & ad res gerendas erudijt, & animos noſtros manſuefecit, & calamitates, tùm ex inſcitia ortas, quàm neceſſitate importatas diſtinxit, atꝗ illas cauere, has pulchrè ferre docuit, noſtra vrbs honorem habuit: nec minùs eloquentiæ, cuius deſiderio tenentur omnes, & tamen ea præditis inuident: haud ignara, ſolis nobis inter omnes

Amicitiæ.

Ingenij præmia.

Autoritas.

Exaggeratio per collationem.

10.

Philoſophia & eloquẽtia.

Digreßio in eloquentiæ laudationum

animantes, hoc naturam peculiare tribuiſſe: quo inſigni bono vſi, etiam cæteris rebus omnibus, illas ſuperamus. Cum autem in alijs actionibus, eas eſſe fortunæ perturbationes cerneret, vt ſæpenumerò & prudentes votorum impotes fierent, & ſtolidi ſucceſſus proſperos haberent: orationis autem præclaræ artificioſæq; facultatem & ſtupidis negatam, & prudentis animi munus peculiare eſſe: atq; etiam eos, qui vel eruditi vel indocti perhibeantur, hac re inter ſe potiſſimùm differre: & ab ineunte ætate liberaliter educatos, nec ex fortitudine nec opibus, nec alijs id genus bonis dignoſci, ſed ex oratione potiſſimùm perſpici: eamq; inſtitutionis cuiuſq; noſtrûm ſignum eſſe certiſſimum & euidentiſſimum: quiq; oratione præclare vtantur, eos non in ſuis duntaxat vrbibus autoritate valere, ſed apud exteros etiã honorari. Noſtra igitur vrbs cæteris hominibus, tùm ſapientia, tùm eloquentia tantùm antecelluit, vt eius diſcipuli ſint aliorum præceptores: id conſecuta, ut nomen Græcorum non

Athenarum urbs Græciæ magiſtra.

iam nationis & gentis, ſed rationis & mentis argumentum eſſe videatur: Græciq́ hi potiùs vocentur, qui eruditionem noſtram perceperunt, quàm qui in eadem Græcia nati ſunt. Ne verò videar in partibus immorari, de totis rebus me dicturum profeſſus, aut hæc celebrandæ noſtræ vrbis cauſa, ob bellicarum laudum inopiam attuliſſe: propter eos hæc dicta ſint, qui rebus huiuſmodi gloriantur. Arbitror autem maiores noſtros, non minùs ob res bello geſtas, quàm propter cætera beneficia eſſe honorandos. Nec enim parua, neque pauca, nec obſcura certamina ſubierunt: ſed multa & acria & magna, partim pro patriæ defenſione, partim ad libertatem aliorum tuendam. Nunquam enim ab omni memoria deſtiterunt, vrbem ſuam præbere communem, & Græcos ab iniurĳs quouis tempore vindicare. Quamobrem etiam ſunt, qui nos accuſent, tanquam non rectè conſulentes, qui colere imbecilliores ſoleamus: quaſi ea verba non cũ ĳs faciãt, qui nos laudare volũt. Nec enim ex inſcitia, quantũ ſocietas potentiorũ

Tranſitio à ciuili adminiſtratione ad rẽ bellicã.

Athenæ commune aſylum Græciæ.

Refutatio p inuerſionem.

Athenæ bone ſtatẽ utilitati præferre ſolitæ.

adſe-

ad ſecuritatem præſtaret, rationem hanc ſecuti ſumus, ſed cum alijs longè melius ſciremus, qui harum rerum euētus eſſe ſolerent: tamen imbecillioribus, etiam neglecta vtilitate, maluimus opitulari, quàm potentioribus, priuatę vtilitatis gratia adiutores eſſe iniuriarum.

Supplicationes. Cognoſci autem ex eo & conſuetudo & potentia noſtræ vrbis poterit, ſi eos protulerimus, qui noſtram opem implorarunt. Ac ſupplicationes vel recens, vel paruis de rebus factas, omittam.

Troianum tempus, uetuſtas Græciæ. Diu autem ante Troiana tempora (inde enim fidem iure petunt, qui de patrio iure contendunt) venerunt & Herculis liberi, & paulò ante illos Adraſtus Talai filius, Rex Argiuorū.

1. Adraſti clades & ſupplicatio. Sepultura. Nam is quidem in expeditione Thebana, clade accepta, cum ſub Cadmæa cęſos ipſe tollere non poſſet, à noſtra vrbe petijt, vt communis ſortis miſerti, opē ferrent: neq; occiſos in prælijs iacere inſepultos, aut vetus inſtitutum, & patriam legem aboleri paterentur.

2. Herculidarū ſupplicatio. Herculis autem liberi, hoſtem Euryſtheum fugientes, deſpectis vrbibus cæteris, vt quæ ipſorum calamitatibus mederi nō poſſent,

poſſent, noſtram ciuitatem ſolam eam eſſe putarunt, quæ iuſtam gratiam referret pro ijs beneficijs, quæ pater in vniuerſum genus mortalium contuliſſet. Hinc facilè perſpicitur, noſtram vrbem, tum etiam dignitate imperatoria fuiſſe præditam, & nunc non iniuria contendere de principatu. Quis enim eſt, qui ſupplex eſſe velit uel inferioribus, uel aliorum ſubiectis imperio, potentioribus neglectis? de rebus præſertim non priuatis, ſed publicis, & quarum curam ſuſcepturos conſentaneum eſſet, non niſi eos, qui primas inter Græcos ſibi vendicarent? Deinde ſpe ſua, qua freti ad maiores noſtros cōfugerant, nō fruſtratos eos eſſe cōſtat. Suſcepto enim bello defunctorum cauſa, contra Thebanos: tùm illos admoto ad vrbem exercitu, ad ſepulturam cadauera cognatis reddere coëgerunt, tùm inſtructa acie, Peloponnenſes, qui cum Euryſtheo in noſtrum agrum impetum fecerant, obuiam progreſſi, prælio vicerunt, eiuſq; ferociam compeſcuerūt. Nec enim paruum quiddam præſtiterunt, ſed vtrorunq; fortunas ita mutauerunt,

Accōmodatio ad contentionem principatus.

Exaggeratio ab euentu.

Thebani & Euryſtheus uicti ab Athenienſibus.

uerunt, vt & is, qui nobis ſupplicandum eſſe cenſuerat, hoſtibus vi ſuperatis, confectiſq; ijs, quæ petierat omnibus, diſceſſerit. Et Euryſtheus, qui vim nobis facturus aduenerat, ipſe captus, ſupplex fieri ſit coactus. Ac eum quidem qui natura humana præſtantior, & Ioue natus fuit, & mortalis adhuc, diuinum robur habuit: & imperijs & iniurijs per omnem ætatem diuexauit. Poſtquam autem erga nos deliquit, res eius ita mutatæ ſunt, vt in poteſtatem liberorum illius redactus, contumelioſa morte perierit. Quamuis autem complura in ciuitatem Lacedæmoniorum beneficia contulerimus: ſic tamen accidit, vt de hoc vno dicerem. Nam occaſione vſi, qua per nos conſeruati erant, maiores eorum, qui nunc Spartæ regnant, Herculis poſteri, atque in Peloponneſum reuerſi, Argis & Lacedæmone, & Meſſena occupatis, tùm Spartæ conditores, tùm bonorum, quibus nunc fruuntur omnium, principes eis, autoreſq; extiterunt. Decuiſſet igitur illos, horum memores, nunquàm in eam regionem impreſſionem

Per collationem. Hercules Euryſthei mancipium.

Exprobratio beneficiorũ.

8. *AEquitatis officia.*

nem feciſſe, è qua maiores eorum progreſſi, tantam eſſent felicitatem adepti: nec ei vrbi creaſſe periculum, quæ pro liberis Herculis, caput periculis obieciſſet. Nec enim conuenit, vt eam ciuitatem ſibi ſeruire poſtulent, quæ totam illius familiam, cuius poſteris regnum dedêre, conſeruauit. Quòd ſi gratiæ referendæ, & æquitatis officijs omiſſis, ad inſtitutum redeundum, & in ipſius cauſæ quaſi arcem inuadendum eſt: non vtiq; patrium eſt, duces eſſe aduenas indigenarum, neq; beneficijs affectos benè meritorũ, neq; ſupplices eorum, à quibus ſunt conſeruati. Ac maiore etiam compẽdio his de rebus poſſum dicere. Nam Græcarum vrbium, noſtra ciuitate excepta, Argos & Thebæ, & Lacedæmon, vt tum fuerunt, ſic etiam hodiè ſunt, maximæ. Maiores autem noſtros tantùm præſtitiſſe omnibus conſtat, vt propter Argiuos aduerſa fortuna vſos Thebanis, cum animoſiſſimi eſſent, imperarint: & ad liberos Herculis defendendos, Argiuos cæteroſq; Peloponnenſes prælio ſuperarint: & è periculo, quod ab Euryſtheo

Cõgeries, cur Athenienſibus potiùs, quã Lacedæmonijs debeatur principatus.

Athenæ maximarum ciuitatum potentiſſimæ.

ryſtheo imminebat, Spartæ conditores, et Lacedæmoniorum duces, liberarint. Itaq; haud ſcio, quidnam de Græciæ principatu ab vllo demonſtrari poſſit apertius? Conuenire autem videtur, vt de rebus à noſtra vrbe, prius etiam cõtra Barbaros geſtis, dicam: præſertim cum orationem de imperio, quo illos oppugnemus, inſtituerim. Verùm ſi omnia prælia enumerarem, iuſto mihi longior naſceretur oratio. Quare operam dabo, vt eadem ratione, qua ſuprà ſum vſus, etiam hic de maximis tantũmodò diſſeram. Sunt igitur potentiſſimæ gentes Scythæ, Thraces & Perſæ. Ita autem ſors tulit, vt hi omnes inſidiati nobis fuerint, noſtraq; vrbs aduerſus hos omnes belli diſcrimẽ adierit. Enimuerò quid reliqui erit aduerſarijs, vbi demonſtratum fuerit, & Græcos, ſi qui ius ſuum adipiſci non poſſent, noſtræ vrbi ſupplicare ſolitos: et Barbaros ſeruitute Græciam oppreſſuros, impetum in nos primos feciſſe? Bellum autem Perſicum, & ſi omnium illuſtriſſimum fuit: non minora tamen argumenta res olim geſtæ ſuppeditant, de iure & more maio-

Tranſitio ad alia.

Delectus è copia.

Oppugnationes & ſupplicationes argumentã principatus.

Exaggeratio p collationẽ.

maiorum diſputantibus. Nam humili adhuc Græcia, in noſtrum agrum irruperunt Thraces, cum Eumolpo Neptuni filio, Scythæ cum Amazonibus, filiabus Martis: non eodem tempore, ſed quo vtrique Europæ imperium appetebant: infenſi quidem Græcis vniuerſis, ſed priuatim nos accuſantes. Exiſtimabant enim, ea ſe ratione vnam duntaxat vrbem aduerſariam habituros, & vniuerſarum ſimul potituros. Non tamen votorum compotes facti, ſed cum ſolis maioribus noſtris congreſſi, æquè deleti ſunt, ac ſi generi humano vniuerſo bellum intuliſſent. Cladis autem illius magnitudo ex eo perſpicitur, quòd fama illa tam diu durare non potuiſſet, niſi res geſtæ multũ alijs præſtitiſſent. Nam Amazonum quidem, quę huc venerint, nullam domum redijſſe: & cæteras, quæ domi manſerint, ob cladem hic acceptam, regno pulſas eſſe ferunt. Thraces autem, cùm ſuperiori tempore in vicinia noſtra habitaſſent, ob expeditionem illam tàm longè receſſerunt, vt inter noſtros & illorum fines, multæ gentes variæque cô-

G ſede-

3. Thraces cum Eumolpo profligati.

4. Scythæ cum Amazonibus ſuperati.

Strategema Barbarorũ.

Exaggeratio ab euentu.

Amazones deletæ.

Thraces pulſi Græcia.

ſederint, & magnæ vrbes ſint conditæ.

Tranſitio cũ epiphonemate & exaggeratione, ad Perſica bella. Præclara quidem & hæc ſunt, ac digna ijs, qui de principatu contendunt: cognatá verò his, quæ diximus, & talia ſunt, qualia decent à tantis viris ortos, quæ illi geſſere, qui Darij & Xerxis arma repulerunt. Cum enim maximum id bellum extitiſſet, & plurima pericula eodem tempore vrgerent, & hoſtes ob multitudinem ſe non ſuſtineri poſſe, & ſocij eorum virtute inſuperabili ſe pręditos eſſe putarent: vtriſq; victis, ſicut vtriſq; conueniebat, & omnibus prælijs præſtantia virtutis ſuæ probata, inſignem ſtatim fortitudinis laudem, & præmia meruerunt, neque multò pòſt maris imperium ſunt adepti, & delatũ à Gręcis cæteris, et iſtis, qui nunc id nobis eripere ſtudent, non aduerſantibus.

Occupatio cũ inuerſione *Laudes Athenienſium uirtute Lacedæmoniorũ illuſtrari.* Neq; verò me quiſquam ignorare putet, etiam Lacedæmonios ſub illa tempora, multa in Græcos beneficia cõtuliſſe. Sed tantùm abeſt, vt noſtræ vrbis laudes propterea minuantur, vt maiores etiam ſint, quòd talibus ęmulis tantùm excelluit. Dicam autem paulò prolixiùs de his duabus vrbibus, neq; celeriter

riter nimiùm præteruehar, vt in memoriam vtrunq; nobis reuocetur, tùm noſtrorum maiorum virtus, tùm inimicitiæ Barbarorum. Neq; me fugit, quã difficile ſit, poſt alios omnes de rebus dicere iam olim occupatis, de quibus eloquentiſſimi ciues in publicis ſepulturis ſępè verba fecerunt. Neceſſe enim eſt, maxima quæq; iam antè in medium allata, & parua quædam relicta eſſe. Non tamen ea, quæ reſtant, quoniam inſtituto noſtro ſeruiunt, ſilentio prætereunda ſunt. Optimè igitur meritos, & maximis laudibus fuiſſe dignos eos exiſtimo, qui ſua corpora pro Græciæ defenſione periculis obiecerunt. Sed nec eorum nulla ratio habenda eſt, qui eo bello ætate ſuperiores, in vtraq; vrbe ſummæ rerum præfuerunt. Illi enim fuère, qui præpararunt poſteros, & populum ad virtutem cohortati, eos Barbaris acerrimos aduerſarios effecerunt. Nec enim illi nullam Reipublicæ curam habebant, neque publicis opibus fruebantur, vt priuatis, vt alienas negligebant: ſed eas adminiſtrabant, vt priuatas: ita ijs abſtine-

Digreſsio in laudem ueterum magiſtratuum.

Attentio.

Res urbanas bellicis non eſſe minores.

Deſcriptio & uitiorum & uirtutum Reipublicæ.

bant,vt abſtinere decet prorſus alienis. Nec pecunia felicitatem metiebantur: ſed is opes poſſidere tutiſſimas, & pulcherrimas ſibi videbatur, qui ita ſe gerebat, vt & ipſe maximam laudem mereretur, et liberis ſuis honeſtiſſimam famam relicturus eſſet. Necꝫ verò audacia inter ſe certabant, nec alios alij ferociter impetebant: ſed grauius eſſe putabant, malè audire à ciuibus, quàm honeſtè pro patria occumbere: & magis erubeſcebant, ſi quid publicè delictum eſſet, quàm nunc priuatim peccaſſe pudeat. In cauſa illud erat, quòd operam dabant, vt leges accuratæ & præclaræ eſſent, non tàm priuatorum contractuum, quàm publicæ diſciplinæ. Sciebant enim, bonis viris nihil opus eſſe multis ſcriptis, ſed paucis velut teſſeris: vt de re tùm publica tùm priuata conſentirent. Iam tantum fuit eorum Reipub. ſtudium, vt inter eos factiones eſſent, non vtri alteris è medio ſublatis, reliquis dominarentur, ſed vtri ſuam in ciuitatem beneficentiam euidentiùs declararent: ſocietates coibant, non ob priuata commoda, ſed propter populi

Diſciplina honeſta legibus potior.

vtilita-

vtilitatem. Eodem modo etiam res aliorum adminiſtrabant, vt colerent Græcos, non exagitarent. Exiſtimabant enim non tyrannidem, ſed imperium in eos eſſe exercendum: & duces potiùs, quàm dominos appellari, ſeruatores, & non vaſtatores nominari ſe cupiebant. Beneficijs ciuitates alliciebant, nō ui euerſas ad ſe pertrahebant: grauiore ſermone, quàm nunc iureiurando vtebantur: pacta & conuenta vltrò ita ſeruabant, quaſi neceſſitate conſtricti tenerentur: non tàm ob potentiam ſuperbiebant, quàm vitæ modeſtiam laudi ſibi ducebant: erga imbecilliores ita affecti, vt potentiores erga ſe affectos eſſe voluiſſent. Ciuitates ſuas priuatarum vrbium loco habebant: Græciam verò cōmunem patriam exiſtimabant. Cùm igitur his animis eſſent, & his moribus adoleſcentiam informarent: eos qui cum Aſianis pugnarunt, tàm fortes viros reddiderunt, vt nemo vnquam vel Poëtarum vel oratorum, eos pro rerum geſtarum dignitate potuerit celebrare. In quo ego illis facilè ignoſco. AEquè enim difficilè eſt eos laudare, qui alio-

Ratio tractandi ſocios.

Germania communis patria.

Reditus ad cauſam & bella Perſica.

rum virtutes ſuperarũt, ac illos qui nihil præclari geſſerunt. Nã alteris res deſunt, alteris apta verba reperiri nõ poſſunt. Nã quæ talibus viris par queat eſſe oratio? qui Troiæ oppugnatores tãto interuallo ſuperarunt, vt illi vna vrbe expugnãdã decẽ annos cõtriuerint: cùm hi totius Aſiæ vires exiguo tẽpore debellarint, neq; patriã quiſq; ſuã duntaxat cõſeruarint, ſed totã quoq; Græciam à ſeruitute vindicarint? Quæ verò facinora, quos labores quę pericula detrectaſſent, vt viuẽtes gloria florerent, q famæ gratia poſt obitum cõſequendæ, tàm alacriter mortẽ oppetere voluerũt? Equidem Deorum aliquem id quoq; bellum arbitror concitaſſe, virtutis eorum admiratione: ne tam generoſis animis præditi in obſcuro deliteſcerent, aut vitam ingloriam exigerent, ſed vt pari cum filijs Deorum honore, quos Semideos vocant, afficerentur. Nam illi quoque, vt corpora naturæ neceſſitati reddiderunt, ſic virtutis ſuæ memoriam immortalem reliquerunt. Ac inter maiores quidem noſtros, & Lacedæmonios, ſemper æmulatio quædam,

Exaggeratio per collationem cũ Heroibus.

A maiori per fictionem.

Dij belli autores Perſici

Æmulatio Lacedæmoniorũ & Athenienſium honeſta.

dam, honoriſq; contentio fuit: de rebus autem certe pulcherrimis, temporibus illis concertarunt, non vt hoſtes, ſed ut æmuli eiuſdem gloriæ. Nec enim ad opprimendam Grecorum libertatē, Barbarum coluerunt, ſed ſimul & de communi ſalute conſenſerunt, & vtri eā palmam obtinerent, de eo certamen fuit. Primùm autem fortitudinem ſuā aduerſus copias à Dario miſſas declararūt, quæ cū in Atticam excenſum feciſſent, noſtri non expectatis socijs, cōmune bellū ſibipriuatim depopoſcerūt, & acie ex domeſtico milite inſtructa totius Græciæ contemptoribus occurrerunt, pauci infinitis, tanquā aliene vitæ periculo dimicaturi. Lacedemonij verò cū primū de bello Attico audiuiſſent, relictis rebus omnib9, nobis ſuppetias venerūt, nō minore ſtudio & feſtinatione, q̄ ſi hoſtes in ipſorū agro populabūdi vagarētur. Signū autē celeritatis eorū et cōtentionis illud eſt, quòd ferūt, maiores noſtros eodē die et Barbarorū excēſum audiuiſſe, et ad agri ſui terminos defendēdos procurriſſe, et ſuperatis hoſtibus tropheū ſtatuiſſe. Illos verò tribus

5. Bellum Daricum et pugna Marathonia.

Lacedæmoniorum feſtinatio.

diebus totidemq́ noctibus, mille ac ducenta ſtadia cũ exercitu cõfeciſſe. Vſq; adeò feſtinarunt, alteri vt ſocij periculorum eſſent: alteri vt ante auxiliorum aduentum conflixiſſe viderentur. Poſt

6. *Xerxea expeditio. Exaggerationes.* hæc altera expeditio ſuſcepta eſt, cuius ipſe Xerxes dux fuit: relictaq́; regia, imperator auſus fieri, totius Aſiæ vires contraxit. De quo quis vnquam inſtituit immenſa dicere, qui non dixerit minora veris? Nam tanta ſuperbia elatus, vt rem paruam exiſtimaret ſubigere Græciam, & id ſui monumentum relinquere cupiens, quod humanam naturam excederet: non priùs deſtitit,

Velificatus Athos, epotaq́; flumina Medo. quàm id excogitaſſet, perq́; vim extorſiſſet, quod omnibus in ore eſt, vt cum exercitu continentem nauigarit, pedibus mare ambularit: tum Helleſponto ponte iuncto, tum Atho monte perfoſſo. Illi igitur cuius tanta fuit animi elatio, qui res tantas geſſerat, qui tot po-

Thermopylæ cæde magis Lacedæmoniorũ, q̃ pugna memorabiles. pulis imperabat, occurrerunt diſtributo periculo: Lacedæmonij ad Thermopylas, pedeſtrem exercitum prohibituri, delectis mille de ſuis, & ſociorum paucis aſſumptis, vt eum in anguſtijs

vlteriore

vlteriore progreſſu excluderent: noſtri
patres ad Artemiſium ſexaginta trire- *Artemiſium.*
mibus, contra vniuerſam hoſtium claſ-
ſem inſtructis. Et hæc fecerunt uon tàm *A cauſa.*
hoſtium contemptu, quàm quadam in-
ter ſe contentione: Lacædemonij, quòd
gloriam vrbis noſtræ, ob Marathoniã
pugnam, æmulantes, ſe nobiſcum e-
xęquare ſtudebant, veriti, ne Gręcia ſe-
cundùm continenter à nobis conſerua-
retur: noſtri maiores, tùm vt partam
gloriam tuerentur, & omnibus decla-
rarent, priorem etiam victoriam non
fortunæ, ſed ſuæ virtuti eſſe tribuen-
dam: tùm vt Græcos ad naualis prælij
fortunam tentandam adducerent, eiſq́;
declararent, multitudinem non minùs
mari, quàm terra, cedere virtuti. Cùm *Paris uirtu-*
autem par fuiſſet audacia, non parem *tis diſpar*
fortunam ſunt experti. Nam illi quidẽ *euentus.*
occiderunt, victores animis, corpori-
bus defatigati. Dictu enim nefas eſt, eos
eſſe victos, cum nemo eorum fugere
voluerit. Noſtri autem, cùm primis na-
uibus victis, tranſitu potitos eſſe ho- *Athenæ de-*
ſtes audiuiſſent: nauibus domum redu- *ſertæ à ciui-*
ctis, vrbaniſq́; rebus ordinatis, ea de *bus.*

cęteris conſilia inierunt, ut poſt multas res præclarè geſtas, in extremis periculis longè fuerint excellentiores. Nã cum omnes ſocij animos deſponderent, cùm Peloponnenſes muro Iſthmum intercluderent, ſuæq; ſalutis priuatim rationem haberent, cum aliæ vrbes à Barbaris ſuperatæ, ſub illis militarent (niſi fortè aliqua ex minoribus per contemptum prætèrita eſſet) cùm triremes mille ac ducentæ appellerent, terreſtres verò copiæ innumerabiles in Atticam irrupturæ eſſent, nec vlla ſalutis ſpes oſtenderetur: cum & deſtituti eſſent à ſocijs, & ſpe omni fruſtrati: quamuis non illa tantùm pericula effugere, verùm eximios etiam honores conſequi liceret, quos eis rex offerebat: exiſtimans, ſe noſtræ vrbis claſſe adiuncta, mox etiam Pelopõneſi potiturum: eius munera repudiarunt: nec ira concitati aduerſus Græcos, à quibus deſerti eſſent, cupidè pacificationem Barbaricam arripuerunt: ſed tùm ipſi ad bellum pro libertate gerendum ſunt accincti, tùm alijs qui ſeruituti ſe tradiderant, ignouerunt. Humilibus

Congeries difficultatum ad amplificandam Atheniensium uirtutem.

Inſidiæ Xerxis.

libus enim oppidis quauis conditione ſalutem eſſe quærendam: vrbibus autem, quæ Græciæ principatum ſibi vendicarent, nullo modo pericula eſſe detrectanda putabant. Sed ut viris fortibus optabilius eſt honeſtè mortem oppetere, quàm viuere turpiter: ſic etiã primarijs vrbibus expedire magis, ex hominum memoria prorſus deleri, quã ſeruitute oppreſſas conſpici. Atq; his eos animis fuiſſe perſpicuum eſt. Cùm enim fieri non poſſet, vt contra vtraſq; copias ſimul exercitum inſtruerent: aſſumpta omni oppidana multitudine, in vicinam Inſulam traiecerunt, vt per vices cum alteris copijs, & non ſimul contra ambos exercitus, Martis aleam experirentur. Enimuerò viri præſtantiores illis, aut Græcorum amantiores, oſtendi qui poſſint: qui, ne ſeruitutis cauſa Græcis eſſent, & vrbem deſolatã, & agros vaſtatos, & ſacra direpta, & templa incẽſa, vniuerſi deniq; belli molem in patriam ſuã conuerſam intueri nõ recuſarunt? Ac ne his quidẽ cõtenti, cõtra naues mille et ducẽtas ſoli [illegible] pugnare

Conſilium Athenienſiũ.

Epiphonema.

Nauale prœlium.

pugnare aggreſſi, non tamen etiam ſiti fuerunt. Peloponnenſes enim eorum virtute pudefacti: et, ſi noſtri perijſſent, ne ſe quidem fore incolumes: ſin viciſſent, ſuas vrbes in ignominia fore cogitantes, adire periculorum ſocietatem ſunt coacti. Ac tumultus, qui in ea re inciderunt, & clamores & cohortationes, quæ communia ſunt omnium bellorum naualium, non video quorſum attineat commemorare. Quæ autem huius loci propria ſunt, & digna principatu, & ſuprà dictis conſentanea, ea demum eſt mei officij dicere. Tantùm enim noſtra vrbs, dum incolumis eſſet, cæteris antecelluit, vt euerſa etiam plures triremes ad id pręlium, in quo Gręciæ ſalus agebatur, contulerit, quàm cęteri omnes, qui pugnæ illi interfuerũt. Neq; verò quiſquam animos adeò à nobis habet alienos, quin fateatur, id nauale prælium victoriæ totius belli cauſam extitiſſe, atq; idipſum noſtræ vrbi acceptum eſſe referendum. Enimuerò cum bello petendi erunt Barbari, quorum eſſe decet principatum? non eorum, qui bello ſuperiore præclariſſimè ſe

Præteritio.

Triremium numerus.

Concluſio Athenienſibus deberi principatum.

mè ſe geſſerunt? qui primas in communibus diſcriminibus meruerunt? non eorum, qui pro ſalute Græciæ patriam deſeruerunt? non eorum, qui & olim plurimas vrbes condiderunt, et eaſdem maximis è calamitatibus denuò eripuerunt? An verò non iniquiſſimè nobiſcum ageretur, qui maximam partem malorum exantlauimus, ſi in iudicio dignitatis minus honoris conſequamur, & qui tùm pro ſalute omnium in acie prima ſtetimus, nunc alios ſequi cogamur? Hactenus equidem ſcio, cõſtare inter omnes, noſtram vrbem & plurima in Græciam beneficia contuliſſe, & deberi illi principatum. Poſt hęc autem ſunt, qui nos accuſent, vt qui ſuſcepto maris imperio, multis cladibus Græcos affecerimus: & inter alia crimina, Meliorum nobis excidium, & Scionæorum interitum obijciant. Ego verò nullum hoc malè geſti principatus ſignum eſſe puto, ſi acrius in aliquos eorum, qui bello nos petierũt, animaduerterimus: ſed illud longè maius eſſe argumentum, nos ſociorum ſaluti & commodis cõſuluiſſe, quòd nulla vrbs

Confutatio, Athenienſes crudelitatis non eſſe accuſandos.

Melij.

Scionæi.

Abſolutio.

Inuerſio.

con-

coniuncta nobiſcum in tales clades incidit. Deinde ſi qui alij in ijſdem negocijs maiore clementia eſſent vſi: iure nos vituperarent. Si verò nec vnquam hoc factum eſt, & fieri nequit, vt tanta vrbium multitudo ſine animaduerſionis ſeueritate in officio contineatur: nonne laudandi ſumus, qui malè tractatis quàm pauciſſimis, imperium quàm diutiſſimè tenuerimus? Ego verò omnium iudicio, eos Græcorum patronos fuiſſe optimos exiſtimo, quibus qui paruerunt, maximè floruerunt. At nobis principibus, & priuatarum familiarum felicitatem plurimùm auctam, & vrbes maximas eſſe factas inueniemus. Nec enim earum incrementis inuidebamus, neque turbas in ijs excitabamus, contrarijs Reipublicæ formis introductis, ut factionibus inter ciues ortis, vtrique nos colerent: ſed concordiæ ſociorum communem eſſe vtilitatem exiſtimantes, ijſdem legibus vrbes omnes adminiſtrabamus: ea conſilia ſecuti, non quæ dominationem, ſed quæ ſocietatem decerent. Nam ſummam quidem rerum penes

A natura imperij.

Moderatum, felix & diuturnum Athenienſium imperium.

Perſtringit Lacedæmoniorum tyrannicā calliditatem.

penes nos eſſe voluimus, ſeorſim verò libertatē ſingulis conceſſimus: & multitudinem tutati, dominationibus aduerſati ſumus: quòd iniquum nobis videbatur, multos paucorum imperio regi, « & eos, qui re quidē tenuiore, cętera ve- « rò nihilo deteriores eſſent, magiſtrati- « bus & honoribus excludi: præterea cū « patria ſit communis, alios regnum ob- « tinere, alios inquilinorum eſſe loco: & « natura ciues reipub. functionibus lege « priuari. Hæc cùm in paucorum dominatu reprehendēda haberemus, & plura his, eãdem reipub. formam, qua nos vtebamur, etiam apud alios conſtituimus. Quæ cur prolixiùs laudanda ſit, equidem non video, præſertim cum res paucis abſolui poſſit. Hac enim per annos ſeptuaginta vſi, expertes tyrannidum, inuiolati à Barbaris, ſine ſeditionibus inter nos ipſos, deniq; pacatè cū hominibus vniuerſis viximus. Pro quibus meritis æquiùs fuerit, à prudentibus magnam gratiam haberi nobis, quàm colonos ſorte delectos, atque in alias terras ablegatos obijci: quos in vrbes deſertas præſidij cauſa,

Democratiæ laudatio.

Occupationis oppidorum excuſatio.

non ex auaricia miſimus. Quarum rerum illud ſignum eſt, quòd cum agrum haberemus, ſi ciuium multitudo ſpectetur, anguſtiſſimum: imperium verò ampliſſimum, & triremes duplo plures quàm reliqui vniuerſi poſſideremus: & eas quidem, quæ cum bis totidem dimicare poſſent, atq; Eubœa infra Atticam ſita eſſet, ingenio loci ad maris imperium aptiſſima, quæ cæteris commoditatibus omnes reliquas inſulas ſuperaret: quamuis ea in noſtra poteſtate magis eſſet, quàm noſter ager, atq; etiã ſciremus, & à Græcis cæteris, & Barbaris, eos inprimis magni fieri, qui pulſis finitimis copioſam et facilem ſibi viuendi rationem conſtituerunt: nulla tamen harum rerum ſumus àd inſulares violandos impulſi, ſed ſoli ex ijs, qui magna potentia præditi ſunt, tenuiùs viuere non recuſauimus, quàm hi, qui ſeruire ſcilicet dicebantur. Enimuerò ſi noſtri emolumenti rationem duxiſſemus: non vtiq; Scionæorum agrum appetijſſemus, quem nos profugis Platæenſibus tradidiſſe conſtat: tantam autem regionem, quæ nos omnes di-

Eubœa non oppreſſa.

Violenti illuſtres.

Athenienſiũ moderatio.

taſſet, neglexiſſemus. Et cum ita nos geſſerimus, ac abſtinentiam noſtram tantis veluti pignoribus confirmauerimus: illi tamen accuſare nos audent, qui in decurionum numero fuerunt, qui patriam ſuam afflixerunt, qui, ut veterum iniuriæ paruę viderentur, effecerunt, qui deniq; nihil ijs reliqui fecerunt, qui in poſterum ſtudioſi erunt improbitatis. Profitentur illi quidem ſe ſtudere Laconibus, atq; illorum inſtituta æmulari, ſed diuerſam ab illis rationem ſequuntur. Ac Meliorum calamitates deplorant cum ſuos ipſi ciues inexpiabili ſcelere violare non dubitarint. Quam enim iniuriam prætermiſerunt? à quo turpitudinis & ſæuitiæ genere ſibi temperarunt? non mancipijs quibuſdam ſeruire voluerunt, quò patriæ ſuæ liceret inſultare? non in eam nos omnes crudelitatem impulerunt, vt, cum felici ſuperiorum temporũ ſtatu, noſtrum vnuſquiſq; vel in paruis incommodis multos haberet, qui vicem ipſius doleret: iſtis imperãtibus domeſticis oppreſſi malis, aliorum alij miſereri deſtiterimus. Neq; enim cuiquam

Recriminatio corũ qui Laconibus fauent.

tantum ocij reliquerunt, vt alienis malis afficeretur. Nam quis eorum effugere potuit violentiam? quis à publicis functionibus adeò remotus fuit, quin vicinus eſſe calamitatibus, in quas iſta nos coniecerũt ingenia, cogeretur? Nec tamen pudet eos, cum ſuas vrbes tâm crudeliter tractarint, immeritò noſtram accuſare. Atq; etiã & priuata & publica iudicia, apud nos facta, proferre audent: cũ ipſi tribus mẽſibus indicta cauſa, plures interfecerint, quã noſtra vrbs totius imperij tempore in iudicium adduxit. Exilia porrò & ſeditiones & legũ cõfuſiones, & Rerum publicarum mutationes, ſtupra prætereà liberũ, & probra vxorũ, & direptiones pecuniarum, quis poſſit enumerare? Illud certè quidẽ in vniuerſum habeo dicere: imperij noſtri ſeueritatem facilè vno ſenatusconſulto auerti: cædes autẽ & iniurias, ſub iſtis perpetratas, à nemine potuiſſe ſanari. Iam ne pax iſta quidem & libertas, quæ cum in vrbibus nulla ſit, fœderibus inſcripta habetur, amplectenda magis eſt, quàm noſter principatus. Quis enim talem ſtatum expetat, quo & pi-

Extenuatio & exaggeratio per collationem.

Pacis, quæ ſub Lacedæmonijs agitur, reprehenſio.

& piratę mare tenent, & parmati vrbes occupant: quo non modò pro imperij defenſione cum exteris non confligitur, ſed intra ipſa mœnia ciues inter ſeſe pręliātur: quo plures vrbes captę ſunt, quàm ante pacem conſtitutā: quo propter mutationum frequentiam, ij, qui vrbes tenent, rebus ſuis diffidunt magis, quàm qui exilijs ſunt mulctati: Nam illi quidem impendētia mala formidant: hi reſtitutionem ſemper expectant. A libertate verò & ſuis legibus tantum abſunt, vt aliæ tyrannis pareant, alię à Laconicis prefectis teneantur, aliæ funditùs euerſæ, aliæ à Barbaris oppreſſæ iaceant. Quos in Europam traijcere auſos, & animis vltra quàm par erat elatos, ita nos compeſcuimus, vt non tantùm nullas contra nos expeditiones ſuſciperent, ſed ſuos etiam agros vaſtari paterentur, & qui mille ducentis nauibus Græciā circumnauigarant, intra Phaſelidem longa naue non appellerent, ſed quieſcerent et occaſiones expectarent, neq; potentię ſuę cōfiderēt. Atq; hec ob maiorum noſtrorū virtutem ita ſe habuiſſe, *Ab euentu.*

Collatio imperij Atheniensium.

vrbis noſtræ calamitates perſpicuè docuerunt. Simul enim & nobis principatus eſt ereptus, & calamitatum principium Græcis eſt exortum. Nam poſt cladem Helleſpontiacam, alijs imperiũ adeptis, Barbari & nauali prælio vicerunt, & maris imperium tenuerunt, & pleraſq; inſulas occuparunt, & excenſum in Laconiam fecerunt, & Cythera ui expugnarunt, & vniuerſam Pelopõneſum claſſe circumuecti afflixerunt.

Collatio fœderum.

Magnitudo autem mutationis illius ita maximè perſpicietur, ſi fœdera tùm ea, quæ nobis imperantibus facta, tùm quæ nunc in literas relata ſunt, legantur. Nos enim tunc & fines deſignaſſe imperij regis, & tributa quædam ordinaſſe, & maris eum vſu prohibuiſſe, cõſtabit. Nunc ille is eſt, qui Gręciam gubernet, qui, quid ſingulis faciendum ſit, imperet, & tantùm non præfectos in vrbibus conſtituat. Quid enim reliqui eſt vno hoc excepto? Non & bellum in poteſtate habuit, et pacis interpres fuit; & rerum, quæ geruntur, omnium factus eſt moderator? Non ad eum tanquam ad Dominum nauigamus, alij alios

Regis Perſarum autoritas in Græcia.

alios accuſaturi? Non eum quaſi bello capti REGEM MAGNVM appellamus? An non in bellis inter nos inteſtinis ſpem ſalutis in eo, qui nos vtroſq; internecione deletos vellet, collocamus? AEquum igitur fuerit, his rebus conſideratis, tùm hunc rerum ſtatum iniquis ferri animis, tùm noſtram imperandi rationem deſiderari: tùm Lacedæmonijs ſuccenſeri, qui cum initiò bellum ſuſcepiſſent, quaſi Græcos liberaturi, ad extremum tàm multos eorum Barbaris dediderunt: & Iones colonos noſtros, ſæpeq; à nobis conſeruatos, à noſtra vrbe abſtractos, Barbaris ſubiecerunt: quibus inuitis & regionem ſuam tenent, & contra quos belligerari nunquam deſtiterunt. Ac tum quidem indignabantur, cum nos legitimum in quoſdam imperium vſurparemus: nũc verò illos tãta ſeruitute oppreſſos nihil curant. Nec enim hoc mali ſatis eſt, quòd & tributa pendunt, & arces ſuas ab hoſtibus occupatas vident: ſed præter publicas calamitates, ſuis etiam corporibus, quàm apud nos ære empta mancipia tolerant atrociora. Noſtrum

Cõmiſeratio.

Ionum ſeruitus ſub Perſis, qualis Chriſtianorum ſub Turcis.

enim nemo famulos ſuos ita flagellat, vt in homines ingenuos illi animaduertunt. Illud autem ſummum malum eſt, cum, ad hanc ipſam ſeruitutem ſtabiliendam, vnà militare, & contra eos arma ferre coguntur, à quibus in libertatem aſſeruntur, eaq́ pericula ſubire, in quibus, et, ſi vincantur, ſtatim ſint perituri; et, ſi vicerint, duriùs in poſterum

Accuſatio Lacedæmoniorum.

ſeruituri. Quæ quibus imputanda ſunt niſi Lacedæmonijs: qui tanta prædití potentia, non mouentur ſociorum dudum ſuorum calamitatibus, Græcorumq́ viribus imperium ſuum firmare Barbarum patiuntur? Ac olim

Lacedæmoniorum mutatio.

quidem illi & tyrannos eijciebant, & libertatem defendebant. Nunc autem vſq adeò mutati ſunt, vt cum Rebuſpub. bella gerant, Monarchijs conſtituendis ſint adiutores. Mantinenſium certè vrbem, pace iam facta, euerterunt: Cadmeam Thebanorum occuparunt: etiam Olynthios & Phliaſios bello petunt. Amyntæ autem Macedonum regi, & Dionyſio Siciliæ tyranno, & Barbaro Aſiæ dominanti nauant operam, vt illi quàm maxima imperia conſequan-

ſequantur. Quid verò abſurdius eſt, quàm Græciæ præſides vni viro tot hominum, quorum inire numerum haud facile ſit, tradere dominatum: maximas autem vrbes ne ſui quidem iuris eſſe pati, ſed uel cogere ſeruire, uel maximis afficere cladibus? Iam illud omnium acerbiſſimum eſt, eos qui principatum ſibi vendicant, tantùm non ſingulis diebus bella inferre Græcis: cum Barbaris autem æternam ſocietatem coiiſſe? Neque verò me quiſquam iratum putet, quòd aſperiùs horum feci mentionem: initiò præfatus, me de reconciliatione acturum eſſe. Nec enim hæc eò pertinent, vt apud alios Lacedæmoniorum vrbem in odiũ adducam, ſed ut (quantũ oratione conſequi licet) ab iſto inſtituto abducam. Fieri autem nequit, vt à peccãdo deterreas, & ad alias cogitationes impellas, niſi delinquẽtes acriter obiurgaris. Nã accuſare putandi ſunt, qui lędendi cauſa conuicia dicunt: admonere, qui propter audiẽtium vtilitatem ịdem faciunt. Nec enim de eadem oratione ſentiendũ eſt idem, ſi animo non eodem dicatur.

Tyrannis. *Seruitus.*

Occupatio.

Accuſare. *Admonere.*

Priuatæ rei ſtudioſi publicæ negligentes.

Nam illud etiã eis obijcere poſſumus, quòd finitimos ſuæ ciuitati ſeruire cogunt, ſociorum autem Reipublicæ nihil eiuſmodi conferunt, quo fiat, vt cõtrouerſijs noſtri abolitis, Barbari vniuerſi totius Græciæ ſerui efficiantur. Enimuerò decet eos, qui natura, & non fortuna magnis animis ſunt, huiuſmodi facinora ſuſcipere potiùs, quàm exactionibus vexare inſulares: quorum miſereri erat æquius, nempe quos videant agri penuria coactos, montes ex colere, cùm Aſiani ob regionis amplitudinem, maximam partem incultam negligant: ex illa autem, quam colunt, tantis affluant diuitijs. Equidem ſi qui aliunde profecti, harum rerum ſpectatores eſſent, ab ijs vtroſque noſtrùm maximæ inſaniæ reos actum iri arbitror, qui ob res adeò minutas, periculoſè dimicemus, cum ſecurè tenere multa poſſemus: & noſtrum agrum ipſi populemur, Aſia, qua frui liceret, neglecta.

II. Orationis pars: Bellum regi Perſarũ eſſe inferendum.

Perſarum inſidiæ.

Regi certè Perſarum nihil perinde curæ eſt, atque illud, quonam pacto efficiat, vt inteſtinis bellis inter nos conflictari nunquam deſinamus. Nos verò tan-

tum

tum abeſt, vt vllas eius res conturbe- *Græcorum*
mus, aut ſeditionem in regno illius ex- *ſtulticia.*
citemus, vt etiam fortuitò coortos tu-
multus ſopire ſtudeamus: qui exerci-
tuum Cypriorum, altero cum vti, alte- *Exercitus*
rum obſidere ſinamus, cum vterq; ſit è *Cyprij.*
Græcia collectus. Nam & qui defece-
runt amicitia nobiſcum ſunt coniuncti,
& fidei Lacedæmoniorum ſe commit-
tunt: & Tiribazi milites,& præſtantiſ-
ſimi quiq; peditum,ex his locis illuc ve-
nerunt,& claſſis maxima pars ex Ionia *Iones.*
ſecuta eſt: qui quidem coniunctis viri-
bus Aſiã vaſtare longè mallent, quàm
inter ſeſe ob res exiguas belligerari.
Quorum nos nullam rationem habe-
mus: ſed dum de Cycladibus inſulis ri-
xamur, adeò temerè Barbaro tantam
triremium multitudinem tradidimus,
& tam ingentes exercitus. Itaq; ille alia *Res à Barba-*
tenet,alijs imminet,alijs inſidiatur,no- *ro perfecta.*
bis omnibus iurè contemptis. Id enim
aſſecutus eſt, quod maiorum eius ne-
mo vnquam. Nam & nos & Lacedæ-
monij Aſiam regis eſſe confeſſi ſumus:
qui quidem Græcas vrbes ſic in pote-
ſtatem ſuſcepit, vt alias demoliatur, in

aliјs arces extruat. Atque hæc omnia facta ſunt noſtra amentia, non eius potentia. Etſi autem quidam regiarum opum magnitudinem admirantur, & bellum cum eo fore difficilimum dictitant, atque recenſent, quantas inter Græcos mutationes effecerit: ego tamen iſtos non tam impedire, quàm accelerare expeditionem arbitror. Nam ſi nobis omnibus conſentientibus, ipſe turbis agitatus, non facilè oppugnari poterit: illud haud dubiè tempus valdè metuendum erit, cùm res Barbarorum pacatæ, concordeſq; ipſi fuerint: nos verò, vti nunc, hoſtilibus inter nos animis fuerimus. Etſi autem meam illi ſententiam confirmant: tamen ne ſic quidem rectè illiùs potentiam æſtimant. Nam ſi demonſtrarent, eum antehac aliquando vrbem ſimul vtranque ſuperaſſe: non iniuria nunc etiam terrere nos conarentur. Si verò nunquàm id factum eſt, ſed dum nos & Lacedæmoniј digladiamur, cum alterutris coniunctus, opes eorum florentiores reddidit: nullum hoc ſignum eſt potentiæ illius.

Occupatio: Regem Perſarum non eſſe inuictū.

Inuerſio per conceßionem, & à minori.

Inficiatio cauſæ.

Sæpè

Sæpè enim huiuſmodi temporibus exiguæ vires multum momenti habuerunt. Nam & de Chijs poſſim dicere, cum vtris illi fecerint, eos in mari fuiſſe potentiores. Verùm non ex eo ſpectandæ regis opes ſunt, quando cum alterutris ſe coniunxit: ſed inde, cùm ipſe per ſe bellum geſſit. Ac primùm AEgyptus cum defeciſſet, quid contra illos effecit, qui eam tenebant? An non bellum maximæ inter Perſas autoritatis viris, Acrocomę et Tithrauſtæ, & Pharnabazo mandauit? Hi verò bello in tertium annum ducto, pluribus cladibus acceptis, quàm illatis, adeò turpiter diſceſſerunt, vt qui defecerant, non iam contenti libertate, finitimos etiam inuaderent. Poſt hæc bello contra Euagoram moto, vnius vrbis Cypriæ dominum, & in fœdere deditum: qui, cum inſulam incolat, & mari priùs cladem acceperit, & pro ſuæ regionis defenſione tria millia cetratorum duntaxat habeat: tamen copias adeò tenues rex bello ſuperare nequit, ſed et iam in eo ſex annos contriuit:

Chij.

AEgypti defectio.

Euagoræ defectio.

&

& (ſi coniectura futurorum è præteritis capi debet) ſperandum eſt, fore vt alius quiſpiam prius deficiat, quàm hic in deditionem redigatur: adeò lentè ac ſegniter actiones regis procedere ſolent. In bello autem ad Cnidum geſto, cum Lacedæmoniorum ſocios ob gubernationum ſæuitiam, benè cupientes haberet, noſtriſq; remigijs vteretur, Conone illi ducente exercitum, omniũ imperatorũ & diligentiſſimo et fideliſſimo Græcis, & peritiſſimo rei militaris: quanquã talem nactus adiutorẽ, tamen Aſianam claſſem tantùm à centũ triremibus paſſus eſt obſideri, et XV. menſiũ ſtipẽdio militem fraudauit. Itaq;, quod ad illum quidem attinebat, ſæpè dilapſi fuiſſent: ſed propter imminens periculum, & ſocietatem ad Corinthum conſtitutam, vix tandem nauali prælio vicerunt. Hæc ſunt eius maximè regia ſplendidiſſimaq; facinora, quæ iactare verbis nunquam deſiſtunt, amplificandæ Barbaricæ potentiæ ſtudioſi. Itaq; nemo dicere poteſt, me non ijs exemplis vti, quibus decet, aut paruis commemorandis immorari, maximis rebus præter-

Bellum Cnidium.

Tranſitio à maioribus ad minora.

prætermiſſis. Nam quò crimen hoc declinarem, clariſſima eius facta recenſui: nō quin illa etiam meminiſſem: Dercyllidam mille armatis AEolidem occupaſſe: Draconem Atarneo capto, & tribus millibus cetratorum collectis, Myſium campum vaſtaſſe: Thimbronem paulò pluribus traiectis, totam Lydiam eſſe populatum: Ageſilaum Cyri vſum exercitu prouincijs propè omnibus, quæ intra Halym amnem ſitæ ſunt, eſſe potitum. Neq; verò vel exercitus, qui regi perpetuò præſtò eſt, vel fortitudo Perſarum extimeſcenda eſt. Nam qui cum Cyro in Perſiam aſcenderunt, nihilo præſtantiores eos eſſe, quàm maris accolas, apertè oſtenderunt. Vt enim cætera prælia quibus victi ſunt, prætercam, & eos, in diſſenſione contra fratrem Regis ſtrenuè pugnare noluiſſe, cōcedam: at Cyro mortuo, cum omnes qui Aſiam incolunt, conueniſſent, illis temporibus bellum adeò turpiter geſſerunt, vt nihil, quod dicant, ijs reliqui fecerint, qui Perſarū fortitudinem prædicare conſueuerunt. Quum enim in ſex millia Græcorum incidiſſent,

Dercyllidas. *Draco:* *Thimbro.* *Ageſilaus.* *Extenuatio Perſicorum militum.* *Cyrus.* *Clearchi milites.*

incidiſſent, qui quidem non ex optimis delecti, ſed homines ita perditi fuerunt, ut in ſuis ciuitatibus viuere non poſſent: ignari regionis, deſtituti à ſocijs à comitibus proditi, duce quē ſecuti fuerant, amiſſo: tanto tamen his inferiores fuerunt, vt rex animi dubius, quid agendum eſſet, ſuis copijs contemptis, principes Græcorum contrà fidem datam, comprehendere non dubitaret: tanquam violata iuriſiurandi religione conturbaturus exercitū, & in Deos impius eſſe mallet, quàm aperto Marte cum eis dimicare. Cùm autem hæc inſidiæ non proceſſiſſent, conatusq́ is fuiſſet irritus, & milites ea calamitate non conſternati, vnà manſiſſent: in eos abeuntes Tiſſaphernem cum equitibus immiſit: à quibus in toto itinere inſidijs appetiti, perinde perrexerunt, ac ſi officij cauſa deducerentur, nihil ita metuentes, vt loca deſerta: idq́ ſummum bonum exiſtimantes, ſi in hoſtes quàm confertiſſimos incidiſſent. Illud autem caput eſt eorum, quæ diximus, quòd, cùm neque prædas abegiſſent, neque villam occupaſſent,

paſſent, ſed infeſtis armis ipſum regem petijſſent: minore cũ periculo deſcenderunt, quàm qui expetendæ Perſarũ amicitiæ cauſa legationes obierunt. Itaqꝫ vbiqꝫ terrarum mihi vidẽtur perſpicuè molliciem ſuam demonſtraſſe. Nam & in maritimis Aſiæ locis multis prælijs victi ſunt: & in Europam tranſgreſſi, pœnas dederunt (alij enim eorum malè perierunt, alij turpiter euaſerunt) denique ad ipſam regiam ſe deridendos præbuerunt. Neque horum quicquam temerè factum eſt, ſed omnia iure meritoqꝫ euenerunt. Nec enim fieri poteſt, vt qui ſic educantur, & ad hũc modum res ſuas adminiſtrant, vel vlla virtute præditi ſint, vel de victis hoſtibus triumphent. Quo enim pacto inter eos, his moribus, vel egregius imperator, vel miles ſtrenuus poſſit exiſtere: quorum pars maxima eſt turba incompoſita, & militiæ rudis: vt bello gerendo diſſoluta, ſic ad ſeruitutẽ famulis noſtris meliùs erudita. Celeberrimi autem & honoratiſſimi quiqꝫ eorũ, nunquam æquabiliter aut populariter ciuiliterue vixerunt:

In contemptum adducit Perſas, eorũ inſtitutione criminanda.

Turba.

Proceres.

vixerunt: ſed omnem ætatem ita exegerunt, ut aliĳs inſultarent, aliĳs inſeruirent, quippe homines corruptiſſimis ingeniĳs. Ac corpora illi quidem propter diuitias exornant, animis autem propter Monarchiam humilibus & cōſternatis præditi trepidant, vt qui ad ipſam regiam præſtolentur, & procumbant, & omnibus modis abiecto eſſe animo meditentur: cum quidem hominem mortalem adorent, & Deum appellent, Deos autem magis, quàm homines contemnant. Proinde iſti qui ad mare deſcendunt, quos Satrapas vocant, non dedecori ſunt Perſicæ diſciplinæ, ſed eadem tenent inſtituta: amicis fidem non ſeruantes, contra inimicos effœminati: partim abiectè, partim ſuperbè viuentes: cum ſocios deſpiciant, hoſtes colunt. Ageſilai certè quidem exercitum ſuis ſumptibus octo menſes aluerunt: qui verò pro eis in acie ſteterãt, eos bis totidem menſium ſtipendio fraudarunt. Ac ĳs quidem, qui Ciſthenen occuparant, centum talenta ſunt largiti: eos autem, qui cum ipſis in Cypro militarant, contumelioſiùs,

Satrapæ

Odium concitare Barbaris conatur.

ſiùs, quàm captiuos tractarunt. Et vt in pauca rem conferam, neq; ſingula conſecter, ſed in genere dicam: quis aut bellum cum eis geſſit, quin locupletatus receſſerit? aut in eorum poteſtatem cecidit, quin per cruciatum interierit? Nonne Cononem, qui, cum pro Aſia duceret exercitum, Lacedæmonijs imperium eripuerat, comprehenſum interficere ſunt auſi? Themiſtoclem verò, qui pro Græciæ defenſione prælio nauali eos vicerat, ingentibus præmijs affecerunt? Quis igitur illorum amicitiam expetendam ducat, qui & benè meritos ſupplicijs coercent, & hoſtibus tam inſigniter adulantur? Quos verò noſtrum non violant? quo tempore inſidiari Græcis deſtiterunt? Quid rerum omnium habemus, in quod iſti non animo ſint hoſtili? qui & ſimulachra Deorum immortalium & templa ſpoliare priore bello, & comburere nō dubitarunt? Quare laudandi ſunt Iones, quòd diris eos execrationibus deuouerunt, qui templa cremata inſtaurarent, aut in iiſdem fundamentis exædificarent, non quòd deeſſet vnde ea

Conon.

Themiſtocles

Ionum execratio.

reficerent, ſed vt monimēta poſteris eſſent Barbarorum impietatis: & nemo fidem ijs haberet, qui ad eum modum in templa Deorum immortalium graſſari non dubitaſſent: ſed eos & cauerent, & formidarent omnes, quos non tantùm corporibus noſtris cernerent, ſed etiam religioni bellum intuliſſe.

Athenienſiū odium in Barbaros.

Poſſum & de ciuibus noſtris multa huius generis referre. Nam, cum cæteris, contra quos bella geſſerunt, ſimul ac in gratiam creditum eſt, inimicitiarum veterum obliuiſcuntur: Aſianis autem ne pro acceptis quidem beneficijs gratiam habent. Adeò immortalem in eos iram gerunt. Nam & patres noſtri, multos capitis damnarunt, quòd Medis ſtudere viderentur: & in concilijs etiam hodiè, antequam publicè quicquam aliud decernatur, ſi quis ciuium, Perſarum pacem aut amicitiam expetat, eum deuotionibus obſtringunt.

Eumolpidæ. Præcones. Fabulæ.

Eumolpidæ autem & præcones in feſto Initiorum, cæteris quoque Barbaris, horum odio, tanquam homicidis ſacra interdicunt. Natura porrò ſic eos odimus, ut nullis fabulis

perinde

perinde gaudeamus, ac Troianis & Perſicis, è quibus clades eorum cognoſcere liceat. Illud etiam reperias, de bellis Barbaricis hymnos, de Græcis nænias extitiſſe nobis, ac illos quidem in feſtis cani, harum autem in calamitatibus nos meminiſſe. Atq; etiam Homeri poëſin propterea in maiore eſſe precio arbitror, quòd eos, qui Barbaros oppugnarunt, præclaris laudibus extulit: noſtrosq; maiores, artem eius propterea honoratam eſſe voluiſſe, tùm in certaminibus Muſicis, tùm in educatione puerorum: vt ſæpe carmina illa audientes, inimicitias, quæ nobis cùm Barbaris intercederent, ediſceremus, & virtutem noſtrorum, qui ad Troiam militarunt, admirantes, eorundem facinorum gloriam adamaremus. Itaque mihi quidem nimis eſſe multa videntur, quæ nos incitent ad bellum eis inferendum, inprimis autem occaſio: quæ tam præclara cum ſit, non eſt amittenda. Etenim turpe fuerit, ea, dum adeſt non vti, elapſam deſiderare. Quid enim Regi bellum illaturi

Hymni.
Næniæ.
Homeri poëſis.
Ab occaſione.

optabimus ampliùs, quàm ea quę nunc
AEgyptus. ſuppetunt? Nō AEgyptus & Cyprus
Cyprus. ab eo defecerunt? non Phœnicia & Sy-
Phœnicia. ria bello vaſtatæ ſunt? non Tyrus, quę
Syria. animos illi fecit, ab hoſtibus eius occu-
Tyrus. pata eſt? non Ciliciæ ciuitates pleraſque
Cilicia. hi tenent, qui nobiſcum faciunt, reli-
Lycia. quæ facilè ſubigentur? Lycia verò Per-
Hecatomnus ſarum nemo vnquam potitus eſt. Iam
Cnidus. Hecatomnus Cariæ præſes re uera iam
Sinope. olim defecit: ſed id præ ſe feret vbi nos
voluerimus. A Cnido Sinopen vſque
Gręci Aſiam accolunt, quibus nō per-
ſuadendū, ſed obſtandum nō eſt, vt bel-
lum gerant. Cùm igitur tantas opor-
Diuinatio de tunitates habeamus, tantumque bellum
euentu. Aſiam circundaturum ſit: quorſum at-
tinet euentura quæ ſint, prædicere ac-
A minore. curatiùs? Qui enim á paruis partibus
vincuntur: quomodo totius Græciæ
vires ſuſtinebunt? Res autem ita ſe ha-
Conceßio, et bet: ſi quidem Barbarus maritimas ci-
fictio, quæ uitates firmaret, maioribus quàm nunc
urgendam præſidijs impoſitis: fortaſſis etiam In-
eſſe occaſio- ſulæ Aſiæ vicinę, vt Rhodus, & Chios,
nem monet. & Samus, ad illius fortunas inclinaret.
Si verò nos priores eas occupauerí-
mus:

mus: etiam Lydos & Phryges, & cæteros qui ſupra illos incolunt, in eorum poteſtate fore probabile eſt, qui hinc bellum mouerint. Quare feſtinandum eſt, & nulla mora interponenda, ne idem quod noſtris patribus, nobis accidat: qui, cum Barbaris ſegniores, quoſdam è ſocijs deſeruiſſent, pauci cũ multis pugnare ſunt coacti, cùm, ſi priores in Aſiam traieciſſent, totius Græciæ viribus, ſingulas gentes per vices ſubigere licuiſſet. Nam cũ bello petẽdi ſunt homines, qui multis è locis colligũtur: res ipſa declarat, non expectandum eſſe dum conuenerint, ſed diſperſos adhuc eſſe inuadendos. Illi igitur cum in hoc principiò peccaſſent, omnia hæc correxêre, periculoſiſſimis prælijs commiſſis. Nos autem, ſi ſapimus, ſtatim initiò cauebimus, operamq; dabimus, vt exercitu circa Lydiam & Ioniam collocato, anteuertamus. Scimus enim etiam Regem Aſianis imperare non volentibus, ſed quia ſemper maiores copias ſecum habet, quàm ſinguli illorum. Quibus ſi nos robuſtiorem exercitum traiecerimus (id quod, velimus modò, facile

Ab exemplo maiorum.

Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis.

Modus rei gerendæ, ab exemplo hoſtium.

faciſe fiet) ſecurè vniuerſa Aſia fruemur. Multò autem præclarius eſt, cum illo de regno pugnare, quàm inter nosmetipſos contendere de principatu.

Per collationem.

AEquum et illud eſt, expeditionem hac ſuſcipi ętate, vt qui calamitatũ ſocij fuerunt, ijdem rerum ſecundarum etiã fructum capiant, neq; omnem ætatem in calamitatibus exigant. Satis enim longum fuit ſuperius tempus, quo, quæ acerbitates non acciderunt? Cùm enim natura humana per ſe multis malis obnoxia ſit, nos ipſi plura etiam neceſſarijs excogitauimus, bellis & ſeditionibus inter nos excitatis. Vnde alij in ſuis vrbibus per iniuriã occidũtur; alij peregrè cum vxoribus & liberis oberrant; multi apud hoſtes ſtipendia facere, inopia coacti, dũ contra amicos pugnant, pro inimicis mortẽ oppetunt. Hæc nemini vnquã indignationem mouerunt. Calamitates quidem à Poëtis confictæ, lachrimas eis excutiunt: ſed vera mala multa & peracerba, quæ bellũ peperit, intuẽtes, adeò miſericordia non cõmouẽtur, vt alij aliorũ malis plus gaudeãt, ꝗ ſuis bonis. Fortaſſis autẽ ſimplicitatem

Commiſeratione mouet.

Inſania & miſeria humana.

A minori & abſurdo.

Congeries.

tem meã deridebunt multi, qui calamitates hominũ his tẽporibus deplorem, quibus & Italia deuaſtata eſt, & Sicilia ſeruitute oppreſſa, & tot vrbes cõceſſæ Barbaris, cęterǫ́ꝗ Gręcię partes in maximis periculis verſantur. Ego verò miror, quomodo principes ciuitatũ ſibi ſuperbiendũ cenſeant, ſi nihil vnquã tantis de rebus, neꝗ dicere, neꝗ cogitare potuerũt. Decuerat eos, ſi, qua florent autoritate, ea digni eſſent, relictis rebus omnibus, cõſilij de bello Barbaris inferẽdo ſe duces autoreſꝗ profiteri. Fortaſſis enim aliquid profeciſſent. Et vt priùs diẽ ſuũ obirent: at orationes ſuas poſteris tanquã oracula relinquerent. Nũc iſti, quorũ ſumma eſt autoritas, minuta quædã tractant: nobis autem, qui negocia Reipub. non attingimus, rerũ tantarum deliberationem reliquerunt. Enimuerò quãtò puſilliores animi ſunt principũ noſtrorum: tantò accuratiùs alijs prouidendum eſt, qua ratione has inimicitias deponamus. Nam nũc quidẽ fruſtrà pactiones de pace fiunt. Nec enim bella cõponimus, ſed differimus: & illud tempus expectamus, quo alios

Reprehenſio ignauiæ principum.

Sophiſtæ magis de Republica ſoliciti, quàm principes.

A neceſſario: pacem niſi ex bello Barbarico nullam ſperandam.

alij peſſundare poſſimus. Sunt autẽ, repudiatis prorſus huiuſmodi ✻ inſidijs, ea ſuſcipienda, per quæ & noſtras vrbes ſecuriùs teneamus, & maiore beneuolentia coniugamur. Quibus de rebus ſimplex & facilis eſt oratio. Nec enim firma pace fruemur, niſi communiter bellum Barbaris intulerimus: neque Græci conſentient, priuſquam & amicitias propter eoſdem, & bella contra eoſdem parauerimus. His autem perfectis, & egeſtate propulſata, quę & ſocietates dirimit, & iura neceſſitudinũ inimicitijs impetit, & omnes homines bellis ac ſeditionibus inuoluit: fieri non poterit, quin & in concordiam redigamur, & vera omnes beneuolentia coniungamur. Quibus de cauſis, occupati hac vna re eſſe debemus, vt primo quoq; tempore bello hinc in Aſiam tranſlato, hoc ſaltem boni ex inteſtinis bellis conſequamur, vt rei militaris peritia hic parta, contra Barbaros nobis abutendum eſſe videatur. At propter fœdus fortaſſe cunctandum eſt, & non feſtinandum, neq; temerè bellum ſuſcipiendum? Quidni verò? propter quod fœdus

✻ conſilijs aut conatibus.

Ab effectis, Inopia.

Confutatio. Fœdus non obſtare bello.

fœdus, et ciuitates in libertatem aſſertę regi gratiam habent, tanquam eo beneficio ab illo affectæ, & deditæ Barbaris, potiſſimùm quidem Lacedęmonios accuſant, ſed tamen cæteros etiam, qui pacis conditiones acceperunt, tāquam ſeruire propter illos coactæ. Illud'ne fœdus ratum eſt habendum, quod talis opinio conſecuta eſt, Barbarū & Græciæ gerere curam, & pacis eſſe cuſtodem: noſtrûm verò quoſdam extitiſſe, qui eam vexarent, & infeſtarent? Iam illud maximè ridiculum eſt, quòd in conditionibus eas religioſiſſimè ſeruamus, quæ deterrimæ ſunt. Nam quæ tùm Inſulis, tùm vrbibus Europæis libertatem reſtituunt, iam olim abrogatæ ſunt, & fruſtra pilis inſcriptæ. Quæ verò & nobis dedecori ſunt, & multos è ſocijs Barbaro dediderunt: eæ demum immotæ manent: illa omnia comprobamus, quæ tollenda ſunt, nec vnum diem toleranda, cum putanda ſint iuſſa, non pactiones. Quis enim neſcit, eas eſſe pactiones, cum par & æquum ius vtriſq; tribuitur: iuſſa verò, cùm alteri præter ius & æquum dete-

Quia turpe.

Quia uiolatum.

Iuſſa.

Pacta.

riore ſunt conditione? Quare legatos et huius pacis interpretes iure culpamus, quòd miſſi à Græcis, fœdus pro Barbaris fecerunt. Eos enim decuiſſet, ſeu uiſum fuiſſet, ſingulis ſua tenenda: ſiue etiam in bello captos ius habendum: ſiue ea retinenda eſſe, quæ pacis tempore habuiſſemus: vnum aliquid ex illis definiſſe, ac iure in medium propoſito, ſic in literas ea retuliſſe. Nunc vrbi noſtræ, ac Lacedæmoniorum nihil honoris tribuerunt: Barbarum autem totius Aſiæ dominum conſtituerunt, quaſi nos pro eo bellum geſſiſſemus: aut Perſarum imperium antiquũ eſſet, nos recens in his vrbibus conſediſſemus: & non illi nuper hoc honore potiti eſſent, nos autem ab omni æuo principatum Græciæ teneremus? Arbitror autem, quàm contumelioſè nobiſcum actum, & quantò Rex melio re conditione ſit, ſic fore dilucidius. Nam cùm terra vniuerſa, quæ cœli circumflexu tegitur, in duas ſit diuiſa partes, quarum hæc Europa, Aſia illa dicitur: ſemiſſem accepit ex pacto, quaſi non cum hominibus iungeret fœdus,

Digreßio in accuſationẽ pacis interpretum.

Quia iniquũ.

ſed cum Ioue imperium partiretur. Et hæc coëgit nos lapideis inſcripta columnis, in publicis templis conſecrare: id quod multò pulchrius trophæum eſt, quàm ea quæ in prælijs ſtatuuntur. Illa enim ob parua quædam opera, & vnum euentum: hæc verò de toto bello, & contra totam Græciam ponuntur. Quapropter & iraſcendum eſt, & ineunda ratio aliqua, vt & ſuperioris temporis iniurias vlciſcamur, & ne quid in poſterum Græcia detrimenti capiat, proſpiciamus. Nam cùm Barbaris priuatim ſeruis vtendum cenſeamus: tantam ſociorum multitudinem per ſocordiam noſtram, illorum dominatu premi turpe fuerit. Cùm Troiani belli tempore maiores noſtri vnius muliereulæ raptum ita vindicandum cenſuerint, vt finem belli antè nõ fecerint, quàm vrbs eius, à quo orta fuerat iniuria, euerteretur: nos cum tota Græcia violetur, de vltione publica non cogitabimus? præſertim cum ea perficere liceat, quibus nec optari meliora poſſint.

Exaggeratio per collationem.

Trophæa. Bellorum. Conſiliorum.

A contrario & minori.

ſint. Solum enim hoc bellum paci
Ab utili & facili. præſtat, ſpectaculo potiùs, quàm expeditioni ſimile, & vtriſque vtile; tàm quietis amantibus, quàm belli appetentibus. Nam illi quidem ſecurè frui ſuis opibus poterunt: hi magnas aliorum opes occupabunt. Quòd ſi quis in omnes partes verſet animum: has actiones maximè nobis expedire
Per oratio per enumerationem. deprehendet. Age verò ſi nihil iniqui petas, ſed ipſam tantùm ęquitatem ſpectes, quibus tandem bellum eſt inferendum? An non ijs, qui & olim Græciam afflixerunt, & nunc inſidiantur, & hoc erga nos eſſe animo nunquam deſtiterunt? Quibus verò inuidere par eſt, homines non prorſus effœminatos, ſed ea re moderatè vtentes? nonne illis, qui diuina propè potentia præditi, nequiores ſunt hominibus apud nos calamitoſis? Quibus verò bellum potiùs inferre debent viri & pietatis ſtudioſi, & ſuæ vtilitatis haud negligentes? Nonne & natura hoſtibus, & paternis inimicis, & ijs, qui maximas opes habent, cum ad eas defendendas minimè ſint parati? Atqui hæc in illos conueniunt omnia.

Præte-

Præterea ciuitatibus, deligendo ex eis milite, non erimus moleſti: quam rem in his inteſtinis bellis grauiſſimè, & iniquiſſimis animis patiuntur. Multò enim opinor pauciores erunt, qui manere velint, quàm qui expeditionis hnius comites eſſe cupiant. Quis enim ſiue iuuenis ſiue ſenex, ita ignauus eſt, vt ei militiæ intereſſe nolit, cuius duces ſint Athenienſes atq; Lacedæmonij? quæ pro ſociorum libertate ſuſcipiatur? quæ conſenſu totius Græciæ mittatur? quæ ad vlciſcendos Barbaros proficiſcatur? Quantam verò famam, quantam memoriam & gloriam cenſendum eſt aut viuentes habituros, aut poſt obitum relicturos eſſe eos, qui in his operibus præ alijs præclarè ſe geſſerint? Cum enim ij, qui aduerſus Alexandrum militarunt, vna vrbe expugnata, tantis laudibus celebrentur: quid ijs fore credendum eſt, qui tota Aſia potientur? Quis enim, ſiue poëta ſiue orator, non laborabit & meditabitur, vt & ſui ingenij & virtutis illorum, æternum relinquat monimentum? Ego certè quidem non ita nunc ſentio, vt

Delectus militum nemini moleſtus.

Cauſæ adhortantes.

A glorioſo per collationem.

Fingit ſe deſtitui uiribus, ad excitandas auditorũ cogitationes.

orationis initio. Tum enim me pro dignitate rerũ poſſe dicere putabã: nunc verò magnitudinẽ earum nõ aſſequor: multaq́; mihi eorũ quę dicere inſtituerã, exciderunt. Vobis igitur ipſis reputandũ eſt cũ animis veſtris, quantam felicitatem adipiſci liceat, ſi bellũ, quod modò nos vrget, in Aſianos cõuerterimus, & Aſianorũ opes in Europam tranſtulerimus. Neq; verò his auditis dũtaxat abeundum eſt: ſed &, qui in rebus gerẽdis verſantur, alij alios cohortãdo operam dabunt, vt noſtram & Lacedæmoniorũ rempublicã reconcilient, & eloquentiæ ſtudioſi ſcribere aduerſus depoſitum deſinent: cæteriſq́; nugis omnibus omiſſis, quibus nunc ſtudent, in hoc argumento inter ſeſe certabunt, operamq́; dabunt, vt his de rebus meliùs, quàm ego, dicant. Satis enim intelligitur, eos non decere, vt magna profeſſi, paruis rebus occupentur, eaúe dicant, per quæ ij, quibus perſuaſerint, nihilò futuri ſint feliciores. In illis potiùs eſt elaborandum, quibus perfectis, & ipſi inopia iſta liberentur, & de alijs præclarè meriti eſſe videantur.

Oratorum et actorum munus.

ARGVMENTVM
Philippicæ orationis.

SCiendum eſt, orationem hanc ab Iſocrate ad Philippum ſcriptam eſſe, poſt pacẽ illam ab AEſchine & Demoſthene factam. Quare data ei eſt occaſio ad Philippum, vt amicum Athenienſis populi, ſcribendi. Hortatur autem eum ſpecie laudationis, vt reconciliatis præcipuis Græciæ ciuitatibus, quæ quaſi ciuile bellum inter ſeſe gerebant, expeditionem aduerſus Perſas ſuſcipiat. Hoc enim te facere decet, inquit, cũ ſis & ex Herculis familia oriundus, & tanta potentia præditus. Ac Philippus quidem accepta, lectaq́ oratione, nõ paruit Iſocratis cõſilio, ſed rẽ diſtulit. Pòſt autẽ filius eius Alexander, eadem oratione lecta incitatus, bello Dariũ poſteriorẽ, q Ochus dicebatur, petijt. Nam verũ eius nomẽ Ochus fuit, ſed Darij cognomẽtũ à Perſis per aſſentationẽ ei tribuebatur,

quaſi

quaſi à maioribus id accepiſſet. Delibe-
ratiui generis eſt oratio, ab Iſocrate iam
ſene ſcripta, paulò ante & ipſius &
Philippi obitum, Hermippo autore.

ALIVD ARGVMEN-
tum ex Dionyſio.

QVis vir magnus, &
iuſti exercitus impe-
rator, ea non magni-
faciat, quæ ad Phi-
lippum Macedonem
ſcripſit? cùm Impe-
ratoris, præſertim tam potentis, offi-
cium eſſe dicit, vrbes diſſidentes recon-
ciliare, & nō inter ſe collidere: & Græ-
ciam è parua magnam reddere, deſpe-
ctoq; minutarum rerum ſtudio, ea faci-
nora ſuſcipere, quæ &, ſi feliciter pere-
gerit, omnium ducum clariſſimus futu-
rus ſit: &, ſi impegerit, ſaltem Græ-
corum beneuolentiam conſecuturus:
cuius compotes, longè lateq; præcla-
riores habeantur ijs, qui magnas vrbes
& multas prouincias euertant. Præte-
rea hor-

rea hortatur, vt Herculis inſtitutum, ac cęterorum principum, qui cum Gręcis aduerſus Barbaros militarunt, imitetur. Eos enim, qui præſtent reliquis, ſuſcipere debere magnas res, easq́ ſtrenuè perficere: cogitantes, nos, cùm mortale corpus habeamus, fieri virtute immortales: ac eos, qui aliorum bonorum inſatiabili cupiditate teneantur, inuiſos eſſe: contrà, honoris ſubinde augendi ſtudioſos commendari. Et quibus rebus pleriq́ gaudeant, vt opibus, vt imperio, vt potentia, ijs ſæpenumerò etiam hoſtes potiri: virtutis autem & popularis beneuolentiæ, domeſticos cuiuſq́ hæredes eſſe. Omnino enim neceſſe eſt, principes qui hæc legunt, & maiores animos concipere, & vehementiore ſtudio virtutis inflammari.

ALIVD ARGVMENtum Hieronymi VVolfij.

DVę partes ſunt huius orationis præcipuæ, vna de Græcis vrbibus inter ſeſe reconciliandis : altera de Barbaris oppugnandis. Nam quæ tertia numerari poſſet Philippi laudatio, non eſt προηγούμενον, vt Græci Rhetores loquuntur, ſed παρεμπίπτον, partim ad probandam facultatem, partim ad excitandam Philippi voluntatem adhibita. Capita ſeu argumenta præcipua ſunt. Honeſtum ſeu iuſtum, vtile & neceſſarium, iucundum & glorioſum. Cum his omnibus coniungitur τὸ δυνατὸν καὶ ῥᾴδιον. Niſi enim res ſine ſummis difficultatibus & periculis confici poſſit: omnis ferè deliberatio tollitur. Exordium occupatione & inſinuatione conſtat, atque artificioſa & diſſimulata laudatione Philippi, eoque pacto & attentio & beneuolentia captatur.

tatur. Quia enim reges & principes, ne ſuorum quidem conſilia, rebus præſertim benè geſtis, ſuæ ſapientiæ perſuaſione elati, æquis animis audire ſolent: Iſocrati verendum fuit, ne ſuum ſcriptum repudiaretur. Itaq; perquàm ingenioſè fingit, ſe ab amicis ſuis, qui res geſtas Philippi prædicent, eſſe reprehenſum: & quicquid Philippo in mentem venire potuit, quod ad Iſocratem refutandum pertineret, illis attribuit, quos abſq; Philippi offenſa refutare poſſet. Exordij locum tenet etiam epiſtola noſtri autoris prima, quę de hac oratione ſcripta eſt ad Philippum.

ORATIO ISOCRATIS AD PHILIPPVM.

ORATIO II.

Occupatio & attentio.

NE mireris Philippe, cur non ab ea oratione, quæ tibi recitabitur, et nunc oſtẽdetur, ſed ab ea, quæ ſcripta eſt de Amphipoli, dicendi capiam exordium: hac de re pauca præfabor, vt & tibi & alijs oſtendam, me neq; per amentiam, neq; hoc languore meo deceptum, hæc ſcribere ad te, inſtituiſſe, ſed iuſtis cauſis & paulatim fuiſſe adductum. Nam cum bellum à te et ciuitate noſtra de Amphipoli geſtum, multorum malorum eſſe cauſam viderem: & de vrbe & regione iſta, non eodem modo, quo aut amici tui, aut noſtri oratores ſolent, dicere ſum aggreſſus, ſed ſic, vt quàm longiſſimè ab illorum opinione recederem. Nam illi quidem, dum veſtris cupiditatibus ſubſeruiebant: oratione ſua vos ad bellum incitabant. Ego verò de ipſis con-

Cõmemoratione ſtudij et integritatis ſuæ beneuolentiam captat.

controuerſijs nihil pronũcians, id orationis genus eligebam, quod ad pacem conciliandam aptiſſimum fore mihi videbatur: vtrorumq; errorem reprehendens, quòd & tu bellum pro noſtris cõmodis gereres, & nos potentiam tuam ſtabiliremus. Nam agri iſtius poſſeſſionem tibi quidem eſſe vtilem: noſtræ autem vrbi eiuſdẽ occupationem nullo modo expedire. Et hæc ita explicare uidebar audientibus, vt nemo ipſam orationem, aut dictionem, tanquam elaboratam & puram (ut ſolent quidam) laudarent, ſed rerum veritatem omnes admirarentur: & hanc unam eſſe rationem conſtituendæ inter vos concordiæ putarent, ſi & tibi perſuaderetur, pluris eſſe Athenienſium amicitiam, quàm reditus Amphipolitanos: & noſtra ciuitas intelligeret, eas colonias fugiendas eſſe, quæ colonos ſuos quater aut quinquies perdidiſſent: illaq; potiùs quærenda eſſe loca, quæ procul abeſſent ab ijs, qui imperare poſſent: vicina autem ijs, qui ſeruire conſueuiſſent. Cuiuſmodi in locum Lacedemonij Cyrenæos colonos miſerunt. Adhæc, ſi tu

Pro hoſtium commodis pugnare.

Auditorum aſſenſio.

Coloniæ.

Cyrenæ.

animaduerteres, te, ſi nobis verbo iſtam regionem tradidiſſes, ipſum reuera eſſe retenturum, atq; etiam beneuolentiam noſtram tibi conciliaturum (tot enim noſtræ amicitiæ obſides accepturum, quot in regnum tuum colonos mitteremus) noſtrum autem populum, ſi quis doceret, nobis, ſi Amphipolim teneremus, neceſſe fore, non minùs tuis conſultum velle rebus, ob ciues noſtros, qui in tuo imperio conſediſſent, quàm veteris illius * Hamadoci, propter eos, qui in Cherſoneſo prædia habebant. Cum igitur ea quæ ciuitati noſtræ dicerentur, eiuſmodi nobis eſſent: ſperauere quicunq; audierant, edita hac oratione, bellum nos compoſituros, & periculoſis conſilijs abiectis, de cõmuni aliquo noſtro bono deliberaturos. Siue igitur prudenter, ſiue temerè ita iudicarint: id ipſis ſcilicet imputandum eſt. Verùm cùm ego in hoc argumento verſarer, vos prudenti omninò conſilio pacem feciſtis, priuſquam oratio abſolueretur. Nam quocunq; modo nobis pacem eſſe præſtabat, quàm conflictari malis

* Medoci.

Approbatio factæ pacis.

malis illis, quæ bellum adferebat. Cum autem decreto pacis delectarer, eamq; non nobis ſolùm, ſed & tibi & cæteris Græcis omnibus profuturam exiſtimarem; facere non potui, quin ea, quæ reſtabant, pertexerem, ſtatimq; cogitandum eſſe duxi, qua ratione ea, quæ tranſacta eſſent, rata haberentur: veritus, ne noſtra ciuitas, poſt temporis exiguum ſpacium, alia bella deſideraret. Quæ cùm ſingula mecum ipſe reputarem, nullo alio modo quieturam eſſe reperiebam, niſi maximæ ciuitates, pace inter ſe facta, bellum in Aſiam transferendum: & emolumenta, quæ nunc à Græcis extorquerent, è manubijs Barbarorum petenda eſſe cenſerent. Id quod & in Panegyrica oratione conſului. Quę cùm animo agitarem, nec argumentum vel honeſtius, vel magnificentius, vel nobis vtilius vnquam ne excogitari quidem poſſe perſuaſum haberē, ad id de integro tractandum ſum incitatus, etſi rerum mearum nihil ignoro, & ſatis intelligo, negociū hoc non meæ ſenectuti eſſe aptum:

Ratio firmãdæ pacis, quæ et propoſitio huius orationis cõtinetur.

Attentio à præſtãtia rei. Beneuolentiã captat excuſatione ætatis et uoluntatis ſuæ cõmendatione, itemq; Philippi laudatione.

ſed virum poſtulare florentis ætatis, & alijs ingenio multum excellẽtem. Atq; illud etiam uideo, quàm difficile ſit, binas de eâdem re tolerabiles habere orationes, præſertim ſi ea, quæ priũs edita eſt, ſic ſcripta ſit, ut eam uel inuidi noſtri imitentur, & magis admirentur, quàm ij, qui ſummis laudibus extollunt. Verùm ego omnibus hiſce difficultatibus neglectis, in ſenectute adeò ſum factus acer, ut per ea, quę tibi dico, meis etiam diſcipulis demonſtrare, planumq; facere ſtuduerim, conuentibus ingerere ſeſe, & ad omnes eos, qui ibi concurrunt, verba facere, perinde eſſe, ac ſi nemini loquerentur: (nam huiuſmodi orationes non minus eſſe irritas, quàm leges & Reſpub. à Sophiſtis ſcriptas) oportere autem eos, qui non fruſtra nugari, ſed aliquod operæ precium facere vellent, quiq; ſibi aliquid vtile Reipub. reperiſſe uiderentur, omiſſis celebritatibus, eorum quæ facienda cenſerent, ducem atq; autorem aliquem ex ijs eligere, qui & dicendo & rebus gerendis valerent: magnaq; præditi autoritate, attentè eos audituri eſſent. Quibus

Turba. *Princeps.* *Reſpublicæ pphioſophorum.* *Eloquentia.* *Fortitudo.* *Autoritas.*

Quibus ogo perſpectis, tecum diſſere- *Philippus o-*
re conſtitui, nec ea delegi, quæ auditu *mnibus præ-*
iucunda eſſent. Etſi enim, me iucunda *fertur.*
tibi poſſe dicere, inprimis vellem: ta- *Diſsimulat*
men id mihi propoſitum non fuit. Nam *adulationem.*
alios quidem præſtantes viros, rebuſ-
publicis & legibus ſubiectos, videbam
non audere facere quicquam, niſi quod
iuberentur: neq; etiam vlla ex parte
pares eſſe magnitudini rerum, de qui-
bus dicendum eſt: tibi autem ſoli ma-
gnam poteſtatem à fortuna datam eſſe, *Suaſio.*
& legatos mittendi quò uelles, & exci- *Coactio.*
piendi à quibus videretur, & dicendi
quod vtile iudicares. Præterea tantas
copias & diuitias ſuppetere, quantas
in Græcia nemini: quæ res ſolæ per-
ſuadendi & cogendi vi ſunt præditæ:
hisq; ad ea, quæ dicenda ſunt, opus fore
puto. Suaſurus enim tibi ſum, ut & cō-
cordiā inter Græcos conſtituas, & bel-
lum contra Barbaros ſuſcipias. Eſt au-
tem ſuadere bellum tibi priuatim hono- *Summa ora-*
rificum: bellum uerò gerendum cum *tionis.*
Barbaris, publicè vtile. Summa igitur
totius orationis hæc eſt. Sed quibus mi- *Ficta narra-*
hi rebus quidam familiarium moleſti *tione de ſui*
reprehēſionē

 fuerint,

& Philippi laudibus, beneuolentiam & attentionem captat.

fuerint, indicare tibi non dubitabo. Id enim fore puto operæ precium. Nam cum me orationem ad te miſſurum eſſe, illis narraſſem, quæ non ad oſtentationem comparata eſſet, aut bellicas tuas laudes celebraret (id enim alios eſſe facturos) ſed qua te ad res conuenientiores, & pulchriores, & vtiliores ijs, ad quas nunc animum adieciſſes, exhortari conarer: vſq; adeò veriti ſunt, ne ſenio delirarem, vt, quod prius facere nõ conſueuerant, obiurgare me auderent: cum dicerent, me abſurda, & prorſus inepta moliri, qui Philippo ſuaſionem miſſurus eſſem.

Cauſæ dehortantes.

I. Qui, vt hactenus ab vllo prudẽtia ſuperari ſe cenſuiſſet, nunc ob ſucceſſuum magnitudinem fieri non

II. poſſe, quin ſe prudẽtiùs alij s deliberare poſſe exiſtimaret. Præterea Macedonũ integerrimos quoſq; familiares illi eſſe, quos conſentaneum eſſet, vt cæterarũ

III. rerũ imperiti eſſent, quid ei expediret, melius me intelligere. Adhæc Græcorum etiam multos illic habitare, viros nec obſcuros, nec hebetes, quorum ille conſilij s vſus, non minuiſſet imperium, ſed ea geſſiſſet, quibus ne optari quidẽ meliora poſſent. Quid enim prætermi-

Fingit Philippum facere, quod poſtulare non audet.

Res geſtæ Philippi.

ſit? Nonne Theſſalorum animos, qui pridem regnum Macedonicum affectarunt, ita ſibi cōciliauit, vt eorum nemo non plus ei, quàm ſuis ciuibus fidat? Nonne vrbium in vicinia illa, beneficijs alias ſocietate ſibi deuinxit, alias, quæ ſe pertinacius oppoſuerant, funditus euertit? Non Magnetes & Perrhebœos & Pœones ſubegit, & omnes in ditionem redegit? Non maximæ partis Illyriorum, ijs, qui Adriam accolunt, exceptis, victor ac dominus euaſit? Nō vniuerſæ Thraciæ, quos voluit, dominos fecit? Talem igitur virum, tantis rebus geſtis, non maxima ſtulticia occæcatum eſſe, iudicaturum illum cenſes, qui libellum iſtum miſerit: quòd is & eloquentiæ vim, & ipſius ingenium prorſus ignoret? His ego auditis, non dicam, neq; vt primùm perculſus fuerim: neq;, cū recepiſſem animum, quid ad ſingula dicta reſponderim, ne quibus ipſe mihi placere videar, de vrbana eorum confutatione. Quum autem (vt mihi quidem perſuadebam) eos, qui me reprehendere auſi fuerant, moleſtia nō mediocri affeciſſem: tandem pollicitus

Refutatio reprehenſionis & in laudationem conuerſio.

ſum,

ſum, me ſolis eis ex omnibus ciuibus orationem oſtenſurum: nec quicquam aliud de ea ſtatuere velle, niſi quod ipſis uideretur. His illi auditis, abierũt: quo animo, neſcio. Sed non multis diebus pòſt, abſoluta oratione, & eis oſtenſa, ita mutati ſunt, vt eos eorum, quæ audacius dixerant, puderet, & omnium, quæ locuti fuerant, pœniteret: vtq; faterentur, ſe nulla unquam tanta in re ita fuiſſe deceptos: mihiq; autores eſſent, quàm primùm mittendę tibi huius orationis. Aiebant enim, ſperare ſe, nõ te ſolùm & Rempublicam noſtram habituros mihi gratiam de his, quæ dicta eſſent, ſed & Græcos vniuerſos. Hæc eò tibi commemoraui, vt, ſi quid initiò tibi aut non credibile, aut non poſſe fieri, aut tibi factu indecorum eſſe videbitur, non indignabundus abijcias reliqua, neq; idem, quod mei familiares, facias, ſed tranquillo animo iudicium differas, dũ ad finem vſq; rem omnem audieris. Arbitror enim aliquid me dicturum, quod et opportunum ſit, et tibi expediat. Neq; uerò me latet, quantum ad perſuadendum interſit inter orationes,

Accõmodatio commenti ad cauſam.

Occupatio, rem potius ſpectandam, quàm uerba.

nes, quæ ab ipſo oratore pronunciantur, & eas, quæ recitantur: neq; ignoro, omnes exiſtimare, illas de rebus grauibus & neceſſarijs haberi: has autem, oſtentationis aut lucelli alicuius gratia ſcriptas eſſe. Ac in his quidem non malè iudicant. Nam ſi oratoris & autoritate & uoce, & actionis varietate, in eloquentiæ ſtudijs vſitata, deſtituatur oratio, atq; etiam occaſionibus & ſtudio gerendæ rei, nihilq; ſit, quod vires augeat, & ad perſuadendum adiuuet, ſed cùm his omnibus careat, tùm verò ineptè nulloq; cum affectu ab aliquo recitetur, qui verba quodammodo numeret: eam contemni ab auditoribus, quis miretur? Quæ res & hanc orationem, quæ tibi nunc offertur, maximè lædere poterunt, atq; efficere, vt deterior eſſe uideatur. Neq; enim compoſitionis aut reliquorum ornamentorum rationem habuimus, quæ & ipſe, dum eſſem iunior, vſurpaui, & alijs demonſtraui, vt in promptu haberent, quibus rebus orationes & ſuauiores & probabiliores redderentur. Quæ omnia huic ætati meæ deſunt, cui id vnum ſatis fuerit, ſi res

Actionis uis & lectionis incommoda.

ſi res ipſas ſimpliciter exponere potue-
ro. Arbitror autem te quoq; decere, neglectis cæteris omnibus, ad has ſolas animum intendere. Nam ita demum euidētiſſimè & pulcherrimè cognoſces, quod ſit pondus noſtræ orationis, ſi Rhetoricas difficultates, quæ legendis orationibus obijciuntur, amoueris, & vnumquodq; ſingulatim animo complexus, expenderis, non quidem obiter aut ſegniter, ſed ſummo ſtudio & cogitatione adhibita, quæ erudito homine (in quo te quoq; numero eſſe ferunt) digna eſt. Quòd ſi hac potius ratione vſus fueris, quàm populari opinione, rectiùs de rebus omnibus ſtatues. Ac quæ præfari apud te volui, hæc ſunt: nunc ad res ipſas explicandas aggrediar. Sic igitur ſentio, tibi tuarum quidem rerum nullam eſſe negligendam: ſed in eo laborandum, vt inter Argiuos & Lacedæmonios & Thebanos, & noſtram ciuitatem, pacem facias: quas vrbes ſi reconciliaris, non vtiq; difficile erit etiam cæteras in concordiam reducere. Omnes enim his obnoxiæ ſunt, & ad aliquam harum, quò caſus tulerit,

Ratio legendæ huius orationis.

Prima pars orationis: quatuor primarias Græciæ urbes reconciliandas eſſe inter ſeſe

quum timent, confugiunt, opemq́ inde petunt. Itaq; ſi conſilijs tuis quatuor duntaxat vrbes ad ſanam mentem reuocaris, etiam reliquas multis malis liberabis. Nullam autem harum tibi eſſe negligendam, ita cognoſces, ſi res geſtas illarum ad tuos maiores retuleris. In qualibet enim, amicitiam erga vos ſingularem, & magna beneficia extare comperies. Nam & Argos patria tua eſt, nec minori cura tuendum, quàm parentes tui: & Thebani principem generis veſtri ſupplicationibus & ſacrificijs præter cæteros Deos venerantur: Et Lacedæmonij poſteris eius regnum & imperium in omne tempus dederunt. Noſtram autem ciuitatem illi, quibus de memoria vetuſtatis credimus, Herculi immortalitatis (quod quomodo factum ſit, tibi aliàs cognitu facile, mihi nunc commemoratu intempeſtiuum eſt) liberis autem eius ſalutis autorem fuiſſe, perhibent. Sola enim eos, ſuſceptis maximis periculis, aduerſus Euryſthei potentiam defendit: & illius ferocia repreſſa, metu ſemper imminente liberauit. Quibus de rebus non eos tan-

Confirmatio à grati animi officio.

Argos.

Thebæ.

Sparta.

Athenæ.

Modeſta querela & adhortatio. tantum, qui tum ſeruati ſunt, æquum erat nobis gratiam habere: ſed etiam hos, qui hodie ſuperſunt. Noſtra enim opera viuunt, & ſuis bonis fruuntur. Niſi enim illi manſiſſent incolumes, hi prorſus ne naſci quidem potuiſſent. Quum igitur hæ vrbes ita ſe gesserint: par ſanè fuerat, nullum tibi vnquam cũ vlla earum fuiſſe diſſidium. Verum „ ita natura comparatum eſt, vt omnes „ ſæpius peccemus, quàm officio fungamur. Quæ igitur antehac facta ſunt, fragilitati humanæ iurè tribuuntur: in poſterum verò proſpiciendum eſt, ne quid tale vſu veniat, & in id incumbendum, vt beneficium aliquod, & te, & illarum *Ab occaſione & utili.* meritis dignum, in eas conferas, cuius rei iam datur occaſio. Nam dum gratiã pro acceptis beneficijs referes, ob tantum ſpacium temporis interiectum, te conferre in ſe, non reddere beneficium putabunt. Præterea, ſi quibus illarum, vt nonnihil moleſtus eſſes, accidit: ea omnia obliterabis. Huius enim temporis beneficia, ſuperiores offenſas vtrinq; obliuione tegent. Iam illud etiã notum eſt, omnes eorum beneficiorum,

quæ

quæ in calamitatibus acceperint, maximè ſolere meminiſſe. Quibus autem malis propter bella cōflictentur, vides, & vt ijs ſint ſimiles, qui priuatim pugnant: quos gliſcente iracundia reconciliare queat nemo: ſed vbi alteri alteros malè mulctarint, nemine dirimente vltrò diſcedunt. Id quod etiam has vrbes credo facturas, niſi tu priùs curam earum ſuſceperis. At enim forſitan refragari aliquis his, quæ dicta ſunt, audeat, eáq; me tibi ſuadere dicat, quæ fieri non poſſint. Neq; enim Argiuos vnquam Lacedæmonijs amicos fore, neq; Lacedæmonios Thebanis: Deniq; nūquam fore, vt ij, qui omni tempore plus vendicare ſibi conſueuerint, in pari æquoq; iure acquieſcant. Ego verò ſi noſtra ciuitas in Græcia dominaretur, aut Lacedæmonij, ne tentandum quidem tale quicquam, in ſpe perficiendi, cenſerem. Vtraq; enim huiuſmodi cōnatus facilè interturbaret. Nunc cùm videā omnes vrbes calamitatibus quaſi exæquatas eſſe, aliter ſentio. Quare has ciuitates commoda concordiæ longè prælaturas ſuperiorum actionum

Bella defatigati tandem deponunt.

Poſſe reconciliari urbes.

Conceſſio per fictionē.

Inficiatio.

A persona Philippi. lucellis exiſtimo. Deinde à cæterorum mortalium nemine in concordiam eas poſſe reduci, aſſentior. Tibi autem nihil eiuſmodi difficile eſt, quem multa perfeciſſe videam, quæ aliјs deſperanda & admirabilia viderentur. Quare mirum non erit, ſi tu ſolus etiam hæc poteris conſequi. Magni autem & excellentis animi eſt, non ea ſuſcipere, quæ præſtare quiuis è populo poſſit: ſed illa, quæ nemo alius conari audeat, niſi & ingenio tibi par, & potentia. Demiror *Ab exemplis.* equidem, ſi qui horum aliquid perfici poſſe negant, nec vel ipſi ſciunt, vel ex aliјs audiuerunt, multa & atrocia bella exarſiſſe: quæ qui depoſuerunt, maximis vltrò citroq́ ſe beneficiјs affecerũt. Quicquam ne ad magnitudinem odiј *Xerxes.* Gręcorum in Xerxem accedere potuiſſet? At huius amicitia vniuerſi ſciunt, & nos & Lacedæmonios magis eſſe delectatos, quàm eorum, qui vtriſq; noſtrum conſtituendi imperiј adiutores fuerant. Quorſum autem vetera illa & *Athenienſes.* Barbarica referre attinet? Nam ſi quis *Lacedæmoniј.* clades aliorum intueatur & conſideret, *Thebani.* ne minima quidem pars eorum malorum

rum

rum eſſe videantur, quæ Lacedæmonij nobis Thebaniq́; attulerunt. Tamen cum Lacedæmonij contra Thebanos exercitum ducerent, ac Bœotiam vaſtare, & vrbes diſſipare vellent: nos opem tulimus, & compreſſimus eorum cupiditates. Rurſus, cum, mutata fortuna, Thebani & Peloponnenſes omnes Spartam è medio tollere cõniterentur, nos ſoli omniũ Græcorum, Lacedæmonios, inita cũ eis ſocietate, conſeruauimus. Væcordem igitur omnino eũ eſſe neceſſe eſt, qui cũ tantas mutationes fieri uideat, & ciuitates neq; inimicitiarũ, neq; iuriſiurãdi, neq; vllius rei alterius rationem ducere, niſi ſi quid ſibi profuturum putent: idq; ſolum amplecti, in eoq; adipiſcẽdo & cõſeruando nihil nõ facere: etiã nunc eodem animo eas fore non putabit: te præſertim autore pacificationis, & vtilitate alliciente, et malis iſtis adigentibus. Ego quidem harũ rerum adiumento fretus, omnia rectè fore mihi perſuadeo. Puto autẽ te ſic facillè animaduerſurum, vtrum iſtæ vrbes mutuò uel paci, vel bello paratæ ſint, ſi neq; ſimpliciter prorſus, neq; accuratè

Hem tibi religionem & pietatẽ Græcorum.

A tẽporibus ciuitatum.

nimis, ſed maxima quæque de hoc earum
1. Lacedæmoniorum difficultates. ſtatu percenſuerimus. Ac primum res
Lacedæmoniorum conſideremus, qui,
cum non ita olim terra marique inter
Græcos dominarentur: tantam muta-
1. tionem poſt cladem Leutricam acce-
ptam experti ſunt, vt & principatu
2. Greciæ priuarentur: & eos viros amit-
terent, qui ſe potius mori preoptarunt,
3. quàm viuere, victos ab ijs quibus im-
perarant. Adhæc à Peloponnenſibus
omnibus, qui prius cum ipſis contra
alios militabant, nunc Thebanis addi-
cti ſunt, agros ſuos incurſari uiderunt:
cum quibus non in agro de frugibus,
ſed in media vrbe ad ipſa Prætoria de
vxoribus & liberis dimicare, & tale di-
ſcrimen ſubire coacti ſunt: quo ſi impe-
giſſent, mox funditus perijſſent: victo-
riam verò adepti, malis nihilo quàm an-
tè minoribus conflictantur. Nam & à
finitimis bello infeſtantur, & Pelopon-
nenſibus omnibus ſuſpecti, & Græcis
pleriſque omnibus inuiſi ſunt: & à ſuis
ſeruis noctu & interdiu direptionibus
vexantur: denique nullo tempore non
aut aliquos oppugnant, aut prælia cõ-
mit-

mittunt,aut ſuis pereuntibus opitulantur, & , quod malorum omnium maximum eſt,perpetuò timent, ne à Thebanis, pactione cum Phocenſibus facta, reuerſis,maioribus cladibus,quàm antehac vnquam, afficiantur. Nonne autem conſentaneum eſt,eos,cum quibus ita agitur, libentiſſimè viſuros virum, magna præditum autoritate, & ita paratum, vt bella eos vrgentia depellere poſſit, qui ſe pacis autorem profiteatur? Argiuos autem partim eàdem qua Spartanos, partim etiam deteriore fortuna vti videas. Belligerantur enim,ex quo vrbem tenuerunt,cum finitimis,vt & Lacedæmonij: ſed illud intereſt, quòd his cum imbecillioribus res eſt, illis cum potentioribus: quod omnes maximum malum eſſe fateantur. Bellum autem tam infeliciter gerunt,vt ſingulis ferè annis agrum ſuum diripi, vaſtariq́ patiantur, &, quod acerbiſſimũ eſt, à bellicis cladibus feriati, nobiliſſimos & opulentiſſimos ciues interficiunt: eaq́ re ita lætantur, ut nulli alij cæſis hoſtibus. Tam perturbatæ autem vitæ nulla alia cauſa eſt, niſi bellum: quo

II. Argiuorũ calamitates.

Bellum diſciplinæ inimicũ

quo ſopito, non hís tantùm calamitatibus eos liberabis, ſed vt cæteris quoq; rebus aliquantò rectius conſulant, efficies. Thebanorum porrò quæ ratio ſit, ne te quidem præterit. Etenim pulcherrimam victoriã conſecuti, & maximã inde gloriã adepti, ſucceſſibus malè vtendo effecerunt, vt nihilo cum eis melius agatur, q̃ cum victis, & aduerſam fortunam expertis. Quum primum enim hoſtes viciſſent, neglectis rebus omnibus, moleſti fuerunt ciuitatibus Peloponneſi, & Theſſaliæ ſeruitutem afferre auſi, & Megarenſibus vicinis ſuis minitati ſunt, & noſtræ vrbi agri partem eripuerunt, & Eubœam vaſtarunt, & Byzantium triremes ablegarunt, tanquã terra mariq; dominaturi. Poſtremò Phocenſibus bellum intulerũt, vt & vrbes breui in poteſtatem redacturi, & locum illum circumquaq; occupaturi, & priuatis ſumptibus Delphicas pecunias ſuperaturi: quorũ nihil factum eſt. Tantum enim abeſt, vt Phocenſes ciuitates cæperint, vt ſuas ipſi perdiderint. Quòd ſi in hoſtilem agrum impreſſionem faciunt, nõ tot mala dant hoſtibus, quot

Thebanorum tumultus.

Victoria utẽdi inſcitia.

quot ipſi, priuſquàm abeunt, ſuſtinent. Nam in Phocide mercenarios aliquot milites, quibus mori magis expedit, quàm viuere, occidunt. Recedentes autem, nobiliſſimos ciues, & ad mortem pro patria oppetendam maximè paratos, perdunt: eoq; res eorum rediere, vt, cùm ſe totius Græciæ potituros imperio, ſperarent, nunc ſpem ſalutis ſuæ in te collocent. Quare hos etiam alacriter exiſtimo, quicquid iuſſeris eſſe facturos. Reliquum iam nobis eſſet, de vrbe noſtra verba facere, ni ſapienti cōſilio ante cæteras pacem feciſſet: nunc etiam adiutricem fore puto ijs rebus, quæ à te agentur: præſertim ſi perſpicere potuerit, hæc tibi curæ fore, antequã expeditionem contra Barbaros ſuſcipias. Ac fieri quidẽ poſſe, vt vrbes has in gratiã reducas, ex his quę dicta ſunt, planum tibi fore exiſtimo. Facilè autem iſthæc eadem fieri per te poſſe, me tibi multis exemplis oſtenſurum arbitror. Nam ſi declaratum fuerit, alios quoſdam veterum, non quidem pulchrioribus aut ſanctioribus rebus animũ adfeciſſe, quàm hæ ſunt, quarum nos tibi

4. Athenienſium prudentia.

A loco facultatis τοῦ δυνατοῦ, tranſitio ad locum à facili, eaq; occaſione Philippum laudat per collationem.

autores ſumus, ſed maiora tamen &
perplexiora perfeciſſe: quid reliquum
erit aduerſarijs, quò minus te celerius
hęc, quàm illos difficiliora cõfecturum
eſſe fateantur? Alcibiadem inprimis
uide: qui cum à nobis in exilium actus,
alios ante ſe, illa calamitate accepta, trepidaſſe
videret, vrbis magnitudine perterritos:
non eodem animo fuit, ſed vi
reditum in patriam ſibi patefaciendum
eſſe ratus, bellum aduerſus eam ſuſcepit.
Verùm ſingula quę tum facta ſunt,
neq; dicere quiſquam conari auſit, neq;
perſpicuè exponere poſſit: & in pręſentia
moleſtus fortaſſe fuerit. Ita autem
perturbatam reddidit non vrbem modò
noſtram, ſed & Lacedæmonios & cæteros
Græcos, vt tum ea nobis acciderent,
quæ omnes norunt: tum alij tantis
malis affligerentur, vt ne nunc quidem
obliteratæ ſint in vrbibus illius
belli calamitates: tum Lacedæmonij,
qui eo tempore florere uidebantur, in
hæc mala per Alcibiadem coniecti ſint.
Cùm enim maris imperium eius impulſu,
concupiſſent, terrę etiam imperium
amiſerunt. Quarę qui dixerit,
tunc

1. Ab exemplo Alcibiadis.

Lacedæmõios maris imperium perdidit.

tunc eis extitiſſe malorum principium, cum maris accepêre principatum, mendacij non arguetur. Is igitur tantis motibus excitatis, in vrbem ab exilio rediјt: magnam ille quidem gloriam adeptus, non tamen probatam omnibus. Non multis annis pòſt Conon ſimilia *2. Conon.* his perfecit. Cum enim nauali bello circa Helleſpontum, non eius, ſed collegarum culpa, malè pugnatum eſſet, redire domum erubuit, Cyprumq́ꝫ profectus, ad tempus ſuarum rerum cura occupatus fuit. Vbi cum Ageſilaum magnis *Ageſilaus* copijs in Aſiam traiectis, agros popu- *Aſiam uaſtat.* lari ſenſiſſet; tanta fuit animi magnitudine, vt omni alia ope deſtitutus, excepto corpore & ingenio, ſperarit ſe Lacedæmonios bello ſuperaturum, qui cæteris Græcis terra mariq́ꝫ imperabant. Et hæc miſſis ad regis duces literis ſe confecturum pollicetur. Et quid pluribus opus eſt? Claſſe circa Gni- *Gnidia naumachia.* dum coacta, & Lacedæmonijs, nauali prælio uictor, ademit imperium, & cæteros Græcos in libertatem aſſeruit. Neq́ꝫ verò mœnia patriæ ſolùm erexit, ſed & ciuitatem in eundem dignitatis

locum, vnde exciderat, reſtituit. Enimuerò quis expectaſſet, à viro tã abiecto, ſtatum Græciæ mutandum eſſe: & ex Græcis vrbibus alias depreſſum iri, alias emerſuras? Iam Dionyſius (volo enim multis exemplis adductis perſuaderi tibi, facilẽ eſſe rem, ad quã te adhortor) cũ vnus è multis eſſet Syracuſanorum & genere & gloria, & cæteris rebus, & monarchiam ſine omni ratione, perq; furorem concupiſſet: quia tentare omnia, quæ ad eam rem facerent, audebat: Syracuſas occupauit, & vniuerſas Siciliæ vrbes, quæ quidem Græcæ eſſent, cæpit: tãtasq; copias, tum pedeſtres, tũ nauales cõparauit, quantas vir nemo ante illũ. Præterea Cyrus (vt etiã Barbarorum mentionem faciamus) à matre quidem abiectus in viã, à Perſica verò muliere ſublatus, tantas fortunæ viciſſitudines ſubijt, vt Aſiæ totius dominatu potiretur. Cùm igitur Alcibiades exul, Conon clade accepta, Dionyſius obſcurus, Cyrus ex tam humili natiuitatis primordio, eò vſq; ſint progreſſi, tantasq; res geſſerint: tu his natalibus oriundus, & Macedoniæ rex,

3. Dioniſius tyrannus.

4. Cyrus, Perſa.

Concluſio exemplorũ.

&

& tot hominum dominus, nō facilè hęc perficies? Iam conſidera, talia ſuſcipere quàm ſit operæprecium: quæ, ſi ex ſententia geſſeris, non minorem quàm celeberrimi quiq; gloriam conſequêris. Sin expectationi euentus non reſponderit, ſaltem Græcorum beneuolentiam contrahes: quàm paraſſe glorioſius eſt, quàm multas Græcas vrbes vi cæpiſſe. Nam iſtiuſmodi res nec inuidia carent, nec odijs, neq; multis maledictis: cum eo autem conſilio, quod nos tibi damus, nihil horum eſt coniunctum. Atq; adeò ſi quis tibi Deus optionem daret, quibus ſtudijs & exercitationibus ætatem exigere uelles: nullam aliam huic rationi, me quidē autore, anteponeres. Neq; enim alij tantùm te mirabuntur, ſed & tu ipſe beatū te iudicabis. Nam quid ad magnitudinem felicitatis illius queat accedere, ſi ex maximis vrbibus ſpectatiſſimi quiq; viri, legati in tuum regnum venerint, cū quibus ita tu de ſalute communi deliberes, vt ea præterea nemini tantæ curæ fuiſſe videatur? Si Græciā ſenſeris vniuerſam erectam atq; alacrem à te duce pēdere? ſi nemo

A præſtantia rei, & tuto, per complexionem.

Beneuolentia præſtat violentiæ.

Amplificatio fructuum huius conſilij

tia dicunt, eam augeri non ad erigendam Græciam, ſed ad eandem opprimendam; teq́ iam longo tempore nihil aliud, niſi nobis vniuerſis inſidiari, ac profiteri quidem, te Meſſenijs opem laturum; reuera autem id machinari, vt Phocenſibus rebus conſtitutis, Peloponneſum ſubigas. Ac Theſſalos quidem & Thebanos, & omnes Amphictyoniæ participes, te ducem libenter ſecuturos: Argiuos autem & Meſſenios & Megalopolitas, aliosq́ multos belli tibi fore ſocios, ad delendos Lacedæmonios: quibus rebus confectis, facilè te etiam reliquos Grecos ſuperaturum. Hæc illi dum nugantur, & ſatis ſcire ſe dictitant, et verbis omnia celeriter euertunt: multis fidem faciunt, his præſertim, qui eorundem malorum cum nugatoribus illis cupidi ſunt: deinde ijs, qui de ſtatu Reipublicæ nihil ipſi prudenter cogitant, ſed planè ſtupent, magnamq́ gratiam illis habent, qui ſe ſolicitos eſſe, ac eis timere ſimulant. Huc & illi accedunt, qui proniores ſunt ad ſuſpicandum, te inſidiari Græcis, crimenq́ illud cupiditate non indignum

putant:

putant: qui tantum abſunt à ſapientia, ut ignorent, vna eademq; ratiocinatione alios lædi, alios ornari: quod hic quoq; vſu venit. Si quis enim dicat, Aſiæ regem Græcis inſidiari, & apparare bellum cõtra nos: nihil de eo mali dixerit: ſed id effecerit, vt ille fortior & præſtantior haberetur. Si cui verò ex poſteris Herculis, qui totam Græciam beneficijs affecit, tale crimen inferret: eum maxima ignominia afficeret. Quis enim non indignetur, & ægrè ferat, ſi quis ijs inſidiari putetur, pro quibus autor generis eius ſuſcipere pericula voluit: neque beneuolentiam, quam ille poſteris ſuis reliquit, conſeruare conetur: ſed his neglectis, res probroſas & prauas expetat? Quibus conſideratis, non tibi committendum eſt, ut talem de te ſuboriri famam patiaris, qualem inimici de te ſpargi ſtudent: amicorum autem nemo eſt, quin reclamare & refutare audeat. Quid autem tibi expediat, ex horum vtrorumq; ſententijs, maximè veriſſimeq; perſpicies. Fortaſſis autem exiſtimes puſilli animi eſſe, maledicorum & nugatorum, & eorum,

Ab inhonesto, & discrimine Græci & Barbari.

Fama nõ cõtemnenda.

eorum, qui illis aures præbent, ullam rationem habere: præſertim ſi tibi ſis nullius delicti conſcius. Verùm contemnenda multitudo non eſt: neq; omnium approbatio parui æſtimanda. Nam ea demum vera gloria eſt, & magna, cùm te, tum tuis maioribus digna, rebusq; geſtis: ſi effeceris, vt Græci eodem ſint erga te animo, quo Lacedæmonij in reges ſuos, atq; in te amici tui ſunt affecti. Hæc verò non eſt difficilè conſequi: modò velis: primum, ſi eundem te præbere volueris erga omnes: & alijs ciuitatibus coniunctus, ab alijs alienus eſſe deſieris, deinde ſi ea ſuſceperis, propter quæ Græci tibi fidant, Barbari perterreſiant. Neq; verò mireris, id quod etiam ad Dionyſium ſcripſi, tyrannide potitum, me, qui neq; dux, neq; orator ſim, aut alioqui potens, liberius quàm alij ſolent, egiſſe tecum. Nam ad gerendam quidem Rempub. omnium ciuium ſum ineptiſſimus. Neque enim uocem habeo ſatis magnam, neq; audaciam agendi cum populo & conflictandi, atq; conuicia audiendi ab ijs, qui in concionibus volutan-

Omnium beneuolentiæ parandæ ratio.

Occupatio, qua ſibi autoritatem adiungit.

uolutantur. Rectè autem ſentiendi, & honeſtæ inſtitutionis (tametſi hoc alicui dictum videbitur arrogantius) in contentionem ſi deſcendendum ſit, nõ in poſtremis, ſed in principibus potius me numerarim. Quare ſic conſilium dare conor, vt natura & vires meæ ferunt, tum patriæ, tum alijs Græcis, & illuſtriſſimis quibuſque viris. Ac de meipſo, & ijs, quæ tibi facienda cenſeam erga Græcos, ferè audiuiſti. De expeditione autem Aſiatica, vrbibus quas à te dixi in concordiam reducendas, tûm videor de bello Barbaris inferendo cõſulturus, cum eas conſentire uiderimus. Nunc ad te mea ſe conuertet oratio. Neque verò ita nunc animo ſum affectus, vt illa ætate, qua idem hoc argumentum tractaui. Tum enim hortabar auditores, vt me & deriderent & contemnerent, niſi pro dignitate rerum, & exiſtimatione mea, & tempore quod eloquentiæ ſtudijs impendiſſem, dicere viderer. Nunc autem vereor, ne multò tenuius diſſeruerim, quàm ea, quæ dixi, omnia poſtulabant. Nam præter alia, Panegyrica oratio, quæ alios ſtudijs

Occupatio, & excuſatio etatis ſuæ, qua tacitè ad legendum Panegyricũ adhortatur.

dijs deditos, copioſiores reddidit, me valdè inopem fecit. Neq; enim eadem, quæ illic ſcripta ſunt, inculcare denuò volo, nec exquirere noua poſſum. Nõ tamen ab incepto deſiſtendum eſt, ſed de propoſito argumento dicendum, quicquid inciderit, & conducibile fuerit ad perſuadendum, vt hæc agas. Etſi enim alicubi me vires defecerint, quò minus eodem modo ſcribere poſſim, quo prius editæ orationes confectæ ſunt: at non ineleganter, neq; ineptè primas quaſi lineas me ducturum opinor, ut alij poſtea, qui eam facultatem habent, ornamenta, viuoſq; colores adhibeant. Et quidem principium totius orationis tale me ſumpſiſſe puto, quale deceat eum, qui bellum Aſiæ inferẽdum eſſe ſuadeat. Nihil enim prius agendum eſt, quàm ut Græci aut adiutores ſint, aut rebus gerendis maximè faueant. Quæ Ageſilaus, cum Lacedæmoniorum prudentiſſimus haberetur, neglexit: non ille quidem ex improbitate, ſed ex ambitione. Habebat enim duas ille cupiditates, præclarã vtranq;, ſed non inter ſe conſentientes; nec eius

Epilogus primæ partis, de Græcorũ recõciliatione & beneuolentia.

Ageſilai erratum.

generis, quæ ſimul confieri poſſent. Cũ enim & regi bellum inferre, & amicos ab exilio in patriam quenq; ſuam reſtituere, ac ſummæ rerum pręficere decreuiſſet: fiebat ex illo conatu de amicis, vt & Gręci in malis ac periculis verſarentur; & ipſe propter tumultum hîc excitatum, pugnandi contra Barbaros ocium & facultatem non haberet. Quare ex his, quæ illo tempore ignorata ſunt, facilè intelligitur, eum qui rectè rebus conſultum velit, non priùs Regi bellum inferre debere, quàm Græcos reconciliarit, illorumq; hunc furorem compeſcuerit. Quod nos & tibi conſuluimus. Et hæc quidem nemo prudens negare audebit. Arbitror autem, ſi quibus alijs viſum fuerit, ſuadere, vt bellum in Aſiam transferatur, ad hanc adhortationem deuenturos, vt dicant, quicunq; bellum contra regem ſuſceperint, ijs omnibus vſu veniſſe, vt ex obſcuris illuſtres fierent, è pauperibus diuites, ex humilibus amplæ regionis & vrbium domini. Ego uerò his locis ad te adhortandum non vtar, ſed eorum exempla proferam, qui malè geſſiſſe

Altera pars orationis, qua Philippũ ad oppugnã dos Barbaros incitat.

Exemplis bellum & facile et fructuoſum eſſe docet

ſiſſe rem putantur. Eos autem dico, qui cum Cyro & Clearcho militarunt. Illos enim fatentur, pugnando viciſſe vniuerſas regis copias, vſq; adeò, quaſi cum eorum mulieribus conflixiſſent. Quum autem iam adepti victoriam viderentur, ob Cyri temeritatem impegiſſe, lætitia exultantis: qui cum longè ante alios eueheretur, in medios hoſtes illatus, interierit. Quamuis igitur rex tanta hac fortuna vteretur, tamen ſuas copias tantoperè contempſit, vt Clearcho & alijs ducibus ad colloquium euocatis, tum illis ingentia munera daturum, tum reliquos milites integro ſtipendio perſoluto ſe dimiſſurum ſit pollicitus: quos cum talibus promiſſis, fide data, quæ apud illos maxima habetur, pellexiſſet, comprehenſos interfecit: ac in deos impius eſſe, quàm cum militibus ita deſtitutis, armis decertare maluit. Quæ verò adhortatio pulchrior eſſe hac, & plus ad perſuadendum ualere queat? Nam omninò illi, ſi abſq; Cyro fuiſſet, Perſico regno potiri potuiſſent. Tibi autem & calamitatem, quæ tum accidit, ca-

Cyri & Clearchi milites.

uere non difficile eſt: & exercitum eo longè firmiorem, à quo regis copiæ victæ ſunt, facilè comparabis. Quæ vtraque ſi preſtò fuerint, an non de expeditione hac optimè ſperandum erit? Neque verò quiſquam exiſtimet, diſſimulare uelle, me horum quædam eodem modo expoſuiſſe, quo priùs. Neque enim ad oſtentationem, quo in genere rerum earundem iteratio diligenter cauenda eſt, hæc ſcripſimus: ſed ut tibi cōſilium daremus. Quare deſiperem, ſi compoſitioni dictionis diutius immorarer, quàm rebus ipſis. Præterea, cum alios meis ſententijs vti videam: cur ego ſolus ijs, quæ ante à me dicta eſſent, abſtinerem? Proprijs igitur forſitan vtar, ſicubi res valdè poſtularit, neque dedecuerit: alieni verò nihil aſciſcam, id quod etiam antehac vitaui. Sed his omiſſis, iam deinceps mihi de apparatu differendum videtur, tum hoc quo tu inſtructus es, tum eo, quem illi habuerunt. Tu igitur, quod maximum eſt, Græcos beneuolos habebis, ſiquidem ea, quæ ſuprà dicta ſunt, ſeruare volueris: illi autem ob decuriones à Lacedæmonijs

Occupatio, de genere orationis.

1.

2.

Redit ad locū facultatis.

1. Beneuolētia Græcorū.

monijs conſtitutos, eoſdem inimiciſſimos habuerunt. Exiſtimabant enim, ſi Cyrus & Clearchus viciſſent, ſe duriorem ſeruitutem ſeruituros. Sin rex ſuperior euaſiſſet: vrgentia mala depulſuros: id quod accidit. Præterea tibi in expedito erit, conſcribere milites, quot volueris. Nam hic Græciæ ſtatus eſt, vt facilius ſit exercitum maiorem & robuſtiorem ex erronibus conſcribere, quàm è ciuibus. Illis verò temporibus peregrinus miles nullus erat: vnde quū è ciuitatibus colligere copias neceſſe eſſet, largitiones in Græcos inſumptæ, pluris illis ferè conſtabant, quàm ſtipendia militum. Enimuerò ſi conſiderare voluerimus, & comparationem facere inter te, qui nunc exercitum duces, & de omnibus rebus deliberabis: & inter Clearchum, qui tum ſummæ rerum præfuit: illum reperiemus prius nunquam vllas copias, ſiue nauales, ſiue pedeſtres, in poteſtate habuiſſe, ſed ex Aſiana calamitate nobilitatum: te autem tot tantasq; res geſſiſſe, de quibus ſi apud alios uerba facerem, nō incommode dici potuiſſet: cùm autem tecum

2. Delectus militum.

3. Philippi rei militaris peritia.

agam, iurè ut demens, & in re ſuperuacanea occupatus, deriderer, ſi omnia tua facta commemorarem. Operæ precium porrò fuerit, regum etiam meminiſſe, tum huius, contra quem tibi bellum ſuſcipiendum ſuademus, tum illius, quem Clearchus inuaſit, vt & vires & animum vtriuſque cognoſcas. Eius igitur pater & noſtram vrbem, & Lacedæmoniorum item debellauit. Hic nullum vnquam exercitum, ditionem eius populantem, ſuperauit. Deinde ille Aſiam vniuerſam ex pacto à Græcis accepit. Hic tantum abeſt, vt Græcis imperet, vt ne illarum quidem vrbium ſit dominus, quæ ſunt ipſi traditæ. Quare nemo eſt, quin dubitet, vtrum exiſtimandum ſit, hunc eas amiſiſſe vltrò ob ignauiam: an illas deſpexiſſe et contempſiſſe Barbaricum domi natum? Quis autem eſt, qui vbi audierit, quomodo in imperio eius agatur, non inflammetur ad bellum ei inferendum? Nam AEgyptus etiam illo tempore defecerat: ſed metuebant tamen, ne quando Rex ipſe ſuſcepta expeditione, Nili tranſitu & reliquo apparatu omni

4. Hoſtis ignauus.

Artaxerxes Mnemon.

Darius Ochus.

Regni Perſici tumultus.

AEgyptiorū defectio.

omni potiretur. Nunc autem hic illis metum illum ademit. Comparato enim exercitu, quanto maximo potuit, belloq́ꝫ contra illos moto, non ſolùm victus inde receſſit, ſed etiam deriſus, eò quòd neq́ꝫ regia, neq́ꝫ imperatoria virtute prǽditus eſſe videretur. Iam Cyprus & Phœnicia & Cilicia, finitimaq́ꝫ loca, vnde claſſem inſtruere ſolebant, tunc erant cum rege, nunc alia defecerunt, alia bello & ĳs malis conflictantur, vt nullæ harum gentium ei ſint vtiles: tibi verò, ſi bellum aduerſus eum gerere volueris, opportunæ futuræ ſunt. Idrieum porrò opulentiſſimum Aſiæ ſatrapen, aut infeſtiorem eſſe regi, quàm eos, qui palàm bellum gerunt: aut omnium hominum abiectiſſimum eſſe neceſſe eſt, ſi hoc imperium corruere nolet, quod fratrem eius excruciauit, quod bellum contra ipſum geſſit, quod perpetuò inſidias ſtruxit, vt & corpore & opibus eius potiretur. Quarum rerum metu perterritus, nunc regem colere, & quotannis magnam pecuniæ vim mittere cogitur: ſed te, ſi in Aſiam traieceris, non ille

Cyprus. *Phœnicia.* *Cilicia.* *Idrieus.*

Libertatis nomen. modò libens viderit, adiutorem ſibi aduenire exiſtimãs, ſed & aliorum ſatraparum multos ad defectionem impelles, oſtenſa ſpe libertatis: iſtoq́ nomine in Aſia diuulgato, quod cum in Græcia percrebuiſſet, & nobis & Lacedæmonijs eripuit imperium. Plura dicerem, *Belli gerendi rationẽ prudenter Phi-lippo relinquit.* qua ratione bello adminiſtrando, regis potentiam facilimè vinceres: niſi vererer quorundam reprehenſionem, ſi ego, qui nunquam bellum uiderim, tibi poſt plurima & præclariſſima belli facinora edita, præſcribere ſtuderem. Quare de *Exemplis maiorum uoluntatem Phi-lippi excitare ſtudet.* his quidem, pluribus verbis opus eſſe non puto. Quod autem ad reliqua attinet, exemplo ſatis eſſe tibi arbitror, & patrem tuum, & eum qui regnum vobis peperit, & veſtri generis autorem: qui, ſi huic voluntas, illis facultas dicendi data eſſet, eadem haud dubiè quæ *Amyntas.* ego, tibi conſulerent. Cuius rei coniecturam ex rebus illorum geſtis capio. Nam & pater tuus ciuitatibus his omnibus, quarum amicitiam expetendam *Caranus.* tibi cenſeo, amicus fuit: & is qui regnum conſtituit, & altiores quàm ſui ciues ſpiritus habuit, regnandi cupiditate in-

te incitatus, non eadem quæ alij, in honorum talium appetitione, conſilia ſecutus eſt. Nam illi quidem excitatis in ſuis vrbibus ſeditionibus, & cædibus & tumultibus, eum honorem arripuerunt. Is verò Græcorum ditionem vniuerſam reliquit, & regnum Macedonicum occupare ſtuduit. Norat enim, nec Grecos ferre monarchiam conſueuiſſe, & cæteros ſine hac imperij forma, non poſſe vitam ſuam gubernare. Quod cũ ſapienter animaduertiſſet: etiam regnũ ab alijs longè diuerſum extitit. Nam ſolus Græcorum peregrinæ gentis imperium adeptus, ſolus etiam pericula, quæ monarchijs imminẽt, effugit. Nam qui inter Græcos tale aliquid confecerunt, eos non ipſos tantùm perijſſe, ſed & genus eorum funditus extirpatum eſſe inueniemus: ille autem, & ipſe feliciter æuum egit, & imperium, quod tenuerat, ſuis per manus tradidit. De Hercule autem, alij quidem fortitudinem eius diuinis laudibus celebrare, & certamina enumerare non deſiſtunt: aliorum verò, quæ animo inſunt bonorum, nemo vel poëtarum vel ſcripto-

Tyrannorũ in Græcia internecio.

Digreßio in laudes Herculis.

rum mentionem feciſſe reperietur. Ego verò locum peculiarem video, & inelaboratum, nō paruum, neq; ſterilem, ſed multis laudibus & honeſtis actionibus refertum: eius generis tamen, qui virum deſideret non parua eloquentia præditum. In quem ſi iunior incidiſſem, veſtræ familiæ autorem & prudentia, & literis, & iuſticia, plus antecelluiſſe, ſuperiorum temporum hominibus omnibus, quàm robore corporis, facilè demonſtraſſem. Nunc ubi ad illum acceſſi, & quàm multa dicendo explicanda inſint, uidi: cùm ingenij facultatem, quæ hoc tempore mihi eſt, imparem eſſe argumenti grauitati intelligo, tum orationem duplo fore longiorem animaduerto. Cæteris igitur omnibus, his de cauſis, prætẽritis, vnam inde actionem delegi, quæ quidem cognata, & conueniens his eſt, quæ dicta ſunt: et neq; breuior, neq; prolixior, quàm ea, quæ dicenda reſtant, poſtulent. Nam is cùm vidiſſet Græciam feruere bellis & ſeditionibus: ſopitis illis malis, & pace inter vrbes facta, demōſtrauit poſteris, quibus ſocijs aſcitis, contra quos bella

geren-

gerenda eſſent. Nec enim ocio & lãguori ſe dedidit, ſed expeditione aduerſus Troiam ſuſcepta, quę tũ in Aſia potentiſſima erat, tantò dux præſtantior fuit ĳs, qui pòſt eandem oppugnarunt, vt, quam illi, totius Gręcię viribus contractis, vix anno decimo expugnarunt: hic paucioribus diebus, q̃ illi annis, quum paucos omnino milites haberet, facilè p̱ vim cæperit: & deinde reges gentiũ in vtraq; Aſiæ ora accolentes, vniuerſos occiderit: quos nũquàm perempturus fuit, niſi & copias illorum viciſſet. His rebus geſtis, columnas illas, quas Herculeas vocant, conſtituit, vt & trophęum Barbarorum eſſent, & monumentum virtutis ſuæ ac præliorum, & ditionis Græcorum limites. Hæc ea de cauſa tibi commemoraui, vt non alias res ſuadere tibi orationem meam intelligeres, quàm quas maiores tui factis ipſis declararunt, ſe cæteris omnibus ſumma cum laude antepoſuiſſe. Itaq; cùm reliquos omnes decet, in optimum exemplar intuentes, conari id exprimere: tum verò te vel inprimis. Nam cùm exemplis tibi non alienis vtendum ſit, ſed do-

Accõmodatio ad exhortationem, cũ diſtinctione, et cõmoratio in loco de beneuolentia Græcorum.

ſed domeſticum in promptu habeas: an non illud te excitabit, vt ſumma contentione par eſſe Herculi, tui generis conditori ſtudeas? Neq; verò te omnia Herculis facta imitari poſſe dico (nam id vel Deorum quidam nequirent) ſed ſi tantùm mores eius facilimos, & humanitatem & beneuolentiam in Græcos ſecutus fueris, ad conſiliorum illius ſimilitudinem acceſſeris. Quòd ſi mihi parueris, eam gloriam, quam ipſe uoles, adipiſcêris. Facilius enim eſt, iſto rerum tuarum ſtatu parare pulcherrimam, quàm ijs rebus, quæ initiò tibi contigerunt, eam, qua nunc frueris, conſequi. Illud conſidera, me non, vt cum Barbaris contra eos ducas exercitum, quos oppugnari nefas eſt, hortari: ſed vt cum Græcis aduerſus eos bellum ſuſcipias, quos ab Herculis poſteris oppugnari decet. Neq; verò mireris, cur te per totam orationem ad demerẽdos Gręcos, & ad manſuetudinem, & humanitatem adhorter. Nam difficiles mores moleſtos eſſe video, tum ijs, penes quos ſunt, tum his, qui eorum conſuetudine vtuntur; manſuetudinem verò non in animanti-

Sæuitiæ & clementiæ collatio.

mantibus ſolùm & hominibus & cæteris rebus omnibus, ſed in dijs quoq; celebrari. Nam qui nobis benefaciunt, cœlites dicuntur: qui verò calamitatibus & pœnis præſunt, atrociora etiam nomina habent. Ac illi quidem & priuatim, & publicè templis ariſq; honorantur: hos autem, neq; precibus, neq; ſacrificijs coli, ſed nobis eſſe deteſtabiles conſtat. Hæc igitur conſiderans, aſſuefacere te, ac meditari debes, vt mortales omnes magis etiã quàm nunc, talem de te concipiant opinionem. Qui autem eximiam gloriam expetunt, eos animo complecti decet, res non quidem eas, quæ fieri nequeant, ſed quæ voti ſimiles ſint: & ita in illis ſtudioſè elaborare, vt rerum tulerint occaſiones. Multis autem è rebus cognoſces ita eſſe faciendum, ſed in primis ex Iaſonis euentis. Qui cum nihil tale, quale tu, præſtitiſſet, maximam gloriam non ex ijs, quę geſſit, ſed ex ijs, quæ dixit, eſt adeptus. Ita enim verba faciebat, vt qui in Aſiã tranſiturus, & regi Perſarum bellum facturus eſſet. Si igitur Iaſon verbis tantùm ita res ſuas auxit: quam de te opinionem

Etiam dij ob beneficentiã honorantur.

Ab exemplo Iaſonis Pheræi.

Attingit modũ rei gerẽdæ

opinionem fore cenſes, ſi re ipſa iſta
1, perfeceris, conatusq; fueris maximè
2, quidem vniuerſum regnum capere: ſin
minus, plurimas inde prouincias auel-
lere, nouosq; limites Aſiæ conſtituere:
quam quidam aiunt à * Cilicia ad Si-
3. nopen vſq; pertinere. Præterea con-
dendæ vrbes erunt in loco illo, atq; in
eas collocandi, qui nunc ob rerum ne-
ceſſariarũ penuriam oberrant, & obuia
quæq; infeſtant: quibus niſi obſtiteri-
mus, ne in poſterum congregentur, vi-
ctu illis affatim ſuppeditato: paulatim
tanta eorum futura eſt multitudo, ut
nihilominus Græcis quàm Barbaris
ſint metuendi. At nos nihil illos cura-
mus: neq; animaduertimus, nos com-
munem metum & periculum nobis o-
mnibus alere. Eſt igitur viri magnani-
mi, & Græcorum ſtudioſi, & longè
præ cæteris in poſterum proſpicientis,
vt abuſus talibus hominibus aduerſus
Barbaros, tantum terræ illis adimat,
quantum paulò antè diximus: & mer-
cenarios milites malis liberet, tum ijs,
quæ ipſi ferunt, tum quæ alijs inferunt:
& ciuitates ex eis conſtituat, quæ Græ-

Mercenariorũ militum multitudine aduerſus Barbaros abutendum.

ciam

ciam muniant, & quaſi vallum pro nobis omnibus obijciantur. Nã eo pacto, non illos ſolùm felices, ſed nos etiam omnes ſecuros reddes. Vt autem hęc tibi non cõtingant: at illud facilè cõſequêris, ut vrbes Aſiaticas in libertatẽ vindices. 4. Quodcunq; autem horũ perfeceris, aut tantũ conatus fueris: alijs vtiq; gloria & laudibus antecelles: idq; optimo iure, vt qui & ipſe talia aggrediaris, & Græcos ad eadẽ cohorteris. Nã quæ hactenus quidem facta ſunt, quis non iurè miretur, noſq; deſpiciat? Cum apud Barbaros, quos molles putabamus, & bellicæ rei imperitos, luxuq; perditos, viri nati ſint, qui ſe Græciæ dignos imperio cenſuerunt: Græcorum neminem ea eſſe animi magnitudine, vt vel conetur nos Aſiæ dominos facere: ſed vſq; adeò ab eis vinci nos, ut cum illi non dubitarint nos vltrò laceſſere inimicitijs, ne de vindicanda quidem iniuria cogitemus? Cũ in omnibus illi bellis oſtendant, ſe neq; milites habere, neq; duces, neq; quicquam aliud bellis gerendis aptum, et ea omnia à nobis accerſant: in eam venimus cupiditatem,

Ab exemplo Barbarorum.

malefa-

malefactis inter nos certandi, vt quamuis illorum opibus ſecurè frui liceret, ipſi de minutis quibuſdam rebus belligeremur: & ijs, qui à regis imperio defecerunt, ſub iugum reducendis, nauemus operam: neq; ſentiamus, nos patrijs hoſtibus nonnunquam præſtò eſſe ad gentiles & populares noſtros euertendos. Quare tibi conducere puto, in tanta aliorum ignauia, vt te ducem belli Barbarici profitearis. Nam alios quidem ab Hercule ortos, qui Reipublicæ legumq; uinculis quaſi aſtricti tenentur, ea vrbe, in qua habitant, contentos eſſe decet. Te autem tanquam emancipatum, totam Græciam patria charitate complecti, ut is fecit, qui vos genuit: & non minora illius cauſa pericula adire, quàm propter ea, quæ antiquiſſima tibi ſunt. Erunt fortaſſe, qui me reprehendere auſint: ijq; potiſſimùm, qui hoc vnum didicerunt, quòd, cum te & ad oppugnandos Barbaros, et ad tuendos Græcos, voluerim adhortari, de mea vrbe nihil dixerim. Ego verò, ſi cum vllis alijs priùs inſtituiſſem his de rebus agere, quàm cum patria, quæ ter Græciæ li-

Philippum alijs Heraclidis præfert.

Rectè ſe prætermiſſe Athenienſes oſtendit.

Laus Athenarum.

ciæ libertatem reſtituit, bis profligatis Barbaris, ſemel iugo Lacedæmoniorum excuſſo: faterer me deliquiſſe. Nunc me illam primùm ad hæc adhortatum eſſe, maximò quo potuerim ſtudio, conſtat. Quam cum minus ea, quæ à me dicerentur, curare viderem, quàm eorum verba, qui pro ſuggeſtu inſaniunt: illam quidem miſſam feci, à meo autem inſtituto non receſſi. Quare iurè laudarer ab omnibus, quòd ijs copijs, quas habeo, nunquam deſtiti bellum cum Barbaris gerere: et partim eos accuſaui, qui non ita, vt ego, ſentirent: partim eos, quos videbam & Græcis poſſe benefacere, & Barbaris ſuas opes eripere, ſedulò ſum hortatus. Qua de cauſa nunc etiam apud te verba facio, non ignarus, fore multos, qui meæ orationi inuideant: ijs autem, quæ à te agentur, congratulaturos eſſe omnes. Nam in eorum quidem, quæ dicta ſunt, nemo ſocietatem venit: vtilitatum verò, quæ inde parabuntur, nemo eſt, quin ſe quoq; fructum percepturum eſſe putet. Cogita porrò, quàm turpe ſit committere, vt Aſia floreat, afflicta Eu-

Iſocratis præclara uoluntas.

Barbaris inuidiã conſtat.

ropa: & Barbari ſint opulētiores Græcis: & ij, qui ad Cyrum genus referunt, quem mater in viam abiecit, ampliſſimum imperium habeant, ac reges magni appellentur: Herculis autem poſteri, quem pater ob virtutē inter deos retulit, humilioribus nominibus ſalutentur. Atqui horum nihil ita relinquēdum eſt, ſed hæc omnia commouenda & inuertenda ſunt. Omninò autem ſtatuere debes, me nihil huiuſmodi tibi ſuaſurum fuiſſe, ſi imperium duntaxat, & diuitias inde vidiſſem parandas. Arbitror enim te iam antea omnibus copijs harum rerum circumfluere: eumq́ prorſus inexplebilem eſſe, qui ſubire periculum non recuſet, quò aut ijs potiatur, aut vita priuetur. Ego verò non ita hæc dico, vt poſſeſſiones eorum ſpectem: ſed quod ex his te putem maximum clariſſimumq́ triumphum conſecuturū. Cogites velim, mortale corpus omnes nos habere; ſed gloria, laudibus, famæ perpetuitate fieri compotes immortalitatis: cuius cupiditate omnes vires exerendæ, nulli labores, nulla pericula recuſanda ſunt. Nā priuatorum homi-

Rurſus per correctionē ad glorioſum deuoluitur.

hominum aliquos cernas, & eos quidē optimos: qui, cū uitæ charitatem nulla re alia permutatam velint, adipiſcendi honeſti nominis gratia, in bellis occumbere nō dubitent. Deniq; eos, qui ſemper tenentur augēdæ gloriæ ſtudio, laudari ab omnibus: qui aūt aliquid cæterarum rerum, quæ à vulgo hominum ſtultè amantur, nimis arctè complectuntur: hos & incontinentiores & nequiores haberi. Et quod maximum eſt, opum atq; imperiorum ſæpè accidere, vt hoſtes potiantur: ſed beneuolentiæ ciuium, & ceterorum quæ diximus, nō alios hæredes relinqui, quàm liberos è nobis procreatos. Quare niſi propter hęc tibi cōſuluiſſem, militiam hāc ſuſcipiendā eſſe, & bellum gerendum, & dimicandū, erubeſcerem. Sic autem his de rebus rectiſſimè ſtatues, ſi cogitabis, non ſolū hanc orationē eſſe, quæ te hortetur: ſed accedere maiores quoq; tuos, & atauorum fortitudinem, & eos etiam qui celeberrimi facti ſunt, & ſemidei habiti, ob expeditionē cōtra Barbaros ſuſceptam. In primis aūt excitare te debet occaſio, cū & tu tantis opibus & copijs polleas,

Ab exemplis priuatorum hominum.

Gloria firmior diuitijs poſſeßio.

Rurſus malorum commonefacit.

Occaſio & facultas.

polleas, quantis eorum nemo, qui in Europa habitarunt: & is, contra quem bellum geres, in tanto ſit odio & contemptu omnium, in quanto nemo regum vnquam fuit. Vehementer autem velim me poſſe colligere, ac vno veluti faſce cōplecti ea, quæ de his rebus dixi omnia. Magis enim ſic huius argumēti tractatio nomine aliquo digna videretur. Verùm te quoque decet conſiderare ex omnibus ea, quæ huc pertinent, & ad bellum hoc adhortantur. Neque verò ignoro, Græcorum multos in ea opinione eſſe, vt regem Perſarum inexpugnabilem putent: quos ſanè mirari æquum eſt, ſi id imperium, quod eſt ab homine Barbaro & malè inſtituto conſtitutum, & ad ſeruitutem congregatum, à viro Græco, & bellicis in rebus multùm exercitato, non putant, ſpe recuperandæ libertatis propoſita, diſſolutum iri? Præſertim cum ſciant, conſtituere omnia quàm ſit difficile, quàm facilè verò diſſoluere. Cogita porrò, in quanta admiratione ſint apud omnes, quanto honore afficiantur, qui vtrunque poſſunt, & domi Rempublicam gerere, & foris

Epilogi uice Philippi cō-ſideratio.

Perſarum regem non eſſe inuictum.

Idem REX SAPIENS *et* DVX INVICTVS *in armis.*

& foris bello tueri. Quòd ſi eos, qui in vna vrbe tali ſunt ingenio præditi, maximè celebrari vides: cuiuſmodi fore laudes cenſendum eſt, quæ de te prædicabuntur, ſi & beneficijs inter omnes Græcos te geſſiſſe Rempublicam, & te imperatore Barbaros expugnatos eſſe viderint? Equidem nihil accedere poſſe credo, neq; vllo tempore maiora poſſe ab vllo geri. Neq; enim in Græcia ullum tantum facinus editum eſt, quantum fuerit, nos omnes è tãtis bellis perduxiſſe ad concordiam: neq; veriſimile eſt, vnquam in poſterum inter Barbaros tantam potentiam conſtitutum iri, ſi eam, quæ nunc eſt, diſſiparis. Quare nemo poſterorum, etiamſi excellenti præter cæteros natura ſit, quicquam tale facere poterit. *Reditus ad laudes Philippi.* Nam veterum res geſtas ſuperare poſſumus his ipſis, quæ iam à te geſta ſunt, non * turpiter, ſed verè. Nam cùm tot gentes ſubegeris, quot vrbes nemo Græcorum cœpit: nonne ſi te cum ſingulis eorum conferrem, facilè demonſtrarem, te maiora quàm illos deſignaſſe? Verùm hac orationis forma duabus de cauſis abſtine

reſtatui: tum quia plerique parum tempeſtiuè ea vtuntur: tum quia per me nolo, his, qui nunc viuunt, eos, qui ſemidei vſurpantur, minores exiſtimari. Cogita etiam, vt & vetera proferamus, Tantali opes, & Pelopis imperium, et Euryſthei potentiam, à nemine laudari, vel oratore, vel poëta: ſed poſt Herculis excellentiam, Theſeique virtutem, tum eos, qui ad Troiam militarunt, tum qui ſimiles illis extiterunt, ab omnibus celebrari. Ac maximè quidem inſignes illorũ & præſtantiſſimos quoſque ſcimus paruis oppidulis & inſulis imperaſſe: tamẽ propè diuinam et latiſſimè patentem ſui nominis gloriam reliquerunt. Omnes enim amant, non eos, qui ſibi maxima imperia pepererunt, ſed qui plurima in Græcos beneficia cõtulerunt: neque erga hos tantùm eo animo ſunt, ſed æque in omnes. Nam noſtrã Rempublicam nemo eo nomine laudauerit, vel quòd maris imperium tenuit, vel, quòd tantam pecuniam, exactam à ſocijs, in arcem retulit: Ac ne ob illud quidem, quòd in eius poteſtate fuit, è multis vrbibus alias euertere, alias amplificare, alias ſuo guber-

Denuò beneficentia, non uiolentia parari beneuolentiam, exemplis docet.

Athenæ.

gubernare arbitratu (hęc enim ei licuerunt omnia) verùm ob hæc in crimen ſæpè venit. Sed cùm ob Marathoniam pugnam, & nauale ad Salaminem prælium: tum eò potiſſimũ, quòd pro ſalute Græciæ ſuam vrbem noſtri ciues reliquerũt, vniuerſi eã celebrant. Neq; ali- *Sparta.*
ter etiam de Lacedæmonijs ſentiunt. Nã et illorũ cladẽ, in Thermopylis acceptam, magis admirantur, q̃ alias eorum victorias. Ac trophæum contra illos à Barbaris erectum amant & ſpectant: Lacedæmoniorum autem trophæa contra alios collocata non laudant, inuitiq; vident. Nam illud qui- *Ætati ſuæ*
dem virtuti, hæc auariciæ tribuuntur. *ueniam petit,*
Hæc igitur omnia perpendenda, & ſe- *& ſuum cõ-*
orſum tibi excutienda ſunt: &, ſi quid *ſilium mirifi-*
molliùs, aut minùs accuratè dictũ fuerit *cè ad diuinam*
ętatis meæ rationem habebis, cui meri- *autoritatem*
tò veniam dabunt omnes. Sin ijs ſimi- *transfert.*
lia, quæ ſuperioribus temporibus à me edita ſunt, videbũtur: exiſtimandũ erit, ea nõ ſenectuti meę accepta referenda, ſed dei alicuius beneuolẽtiæ, q nõ de me ſit ſolicitus, ſed Græcię ſalutem cura ſua complectatur: quiq; ſtudeat cũ vr-

gentibus cã malis liberare, tũ tibi reſeruare gloriam, ea, quam nunc habes, longè maiorem. Arbitror autem te non ignorare, quo pacto dij res humanas adminiſtrent. Non enim ipſi coràm uel proſperis vel aduerſis in rebus, hominibus ſe conſpiciendos præbent, aut contrectandos manibus: ſed eam mentem dant ſingulis, vt vel cladibus vltrò citroq; ſe afficiant, vel communes vtilitates in medium afferant, mutatione officiorum. Ad hunc modum fieri poteſt, ut nobis orationem tribuerint, te verò gerendis rebus præfecerint: exiſtimantes, & te pulcherrimè iſta obiturum, & orationem meam audientibus minimè grauem & moleſtam futuram. Ac ne ſuperiorum quidem temporum res geſtas tantas fuiſſe futuras exiſtimo, niſi deorum aliquem propicium, & adiutorem habuiſſes: non profectò, vt Barbaros Europæos bellis perpetuis infeſtares, ſed ut illis quaſi velitationibus exercitatus, partaq; peritia, & nobilitata virtute tua, hæc, quæ ego nunc tibi ſuadeo, expeteres, ad eaq; capeſſenda animum extolleres. Turpe igitur fuerit, fortunam rectè præeuntem non ala-

Homines dei inſtrumenta.

Iſocrates orator, Philippus imperator.

Diuinũ conſilium conſiderandum.

criter ſequi, neq; vltro ad maiora vocanti obtemperare. AEquum autem eſſe cenſeo, vt cùm omnibus iis honorem habeas, qui res à te geſtas prædicant: tum eorum veriſſimis te celebrari laudibus exiſtimes, qui naturam tuam maioribus negocijs parem eſſe cenſent, tantisq; rebus animo & ſententia ſua te præficiunt, quantas ego nunc expoſui. Neq; enim hi ſoli magnifaciendi ſunt, qui auribus in præſentia blandiuntur: ſed qui efficient, vt apud poſteros in tanta ſis admiratione, in quanta nemo vnquam fuit. In hanc ſententiam plura quidem cupio diſſerere: ſed quam ob cauſam id facere nequeam, plus ſatis eſt dictum. Reſtat igitur, vt in ſummam omnia cogam, vt quàm pauciſſimis perſpicias totius cõſilij caput. Aio igitur & Græcos beneficijs tibi adiungendos eſſe, & imperium in Macedones exercendum, & Barbaris quàm plurimis imperandum. Quæ ſi feceris, omnes tibi gratiam habebunt, Græci ob accepta beneficia, Macedones ob regiam & non tyrannicam

Veriſſimi cõſiliarij ſunt optimi laudatores.

Epilogus breui enumeratione conſtans.

Fiducia cauſa.

cam ſui gubernationem: reliquæ nationes, quòd Barbarico dominatu liberatæ, Græcorum dexteritati ac fidei ſalutem ſuam commendatam uiderint. Hęc quàm temporibus aptè, quáue diligentia ſcripta ſint, è uobis, qui audieritis, cognoſcendum erit. Sed meliora his, & ad hunc rerum ſtatum magis accommodata, tibi ſuaſurũ eſſe neminem, ſatis mihi ſcire uideor.

ARGV-

ARGVMENTVM ARCHIDAMI.

POſt pugnam Leuctricam, Thebani Lacedæmonem incurſabant, & multis cladibus afficiebant; adeò, vt Lacedæmonijs ſubinde fugientibus, vxores tādem occurrentes, dicerent: Nunquid denuò vos in vteros recipere poſſumus? Itaq; conuerſi, ad Mantineam vicerunt, ab equitatu Athenienſium ſtrenuè adiuti. Poſt res ad Mantineam geſtas, per legatos à Thebanis pacem petiere, qui ſe illam daturos ea conditionē promiſerunt, ſi Meſſenam inſtaurarēt, & liberam eſſe paterentur. Quod cū alij non recuſandum cenſerent, Archidamus iunior aduerſatur. Hoc autem minoris Archidami genus eſt: Zeuxidamus, Archidamus, Agis, Ageſilaus, è quo natus eſt hic Archidamus. Sunt qui dicant, Archidamum Athenis hanc orationem ab Iſocrate accerſiuiſſe: alij ſentiunt, ſcriptā eſſe ab Iſocrate,

exercendi ingenij gratia: vt oſtenderet, quidnam ab Archidamo in ſenatu Lacedæmoniorum dicendum videretur. Et argumentum quidem orationis hoc eſt. Pertinet autem ad genus deliberatiuum, & loco vtilitatis præcipuè nititur.

ALIVD ARGVMENTVM IN ARCHIDAMVM, è Dionyſio Halicarnaſſeo.

QVIS vel rempublicam vel homines priuatos faciliùs in ſuã adducat ſententiam, hoc oratore: cùm multis alijs in locis, tum in Laconica oratione, quæ Archidamus inſcripta, illud argumentum continet: neq; Meſſenam Bœotijs tradendam, neq; hoſtium imperata eſſe facienda. Nam aduerſo Marte pugnarant Lacedæmonij & ad Leuctra, & deinde in multis alijs prælijs: ac The-

banorum quidem opes florebant, & ad imperij magnitudinem proceſſerant; Spartanorum autem res afflictæ erant, & longè à dignitate veteris principatus degenerarant. Tandem igitur Spartani, vt pacem impetrarent, deliberabant, eſſet'ne agro Meſſenio cedendum; nam hæc eis neceſſitas à Bœotijs imponebatur. Quum igitur videret Iſocrates eos indigna ſuis maioribus eſſe facturos Archidamo, qui quidem adoleſcens, nec dum regno potitus erat, ſed magnā tamen ſpem habebat eius honoris adipiſcendi, hanc orationem compoſuit: in qua commemorat, primùm, iurè tenere Meſſenam Lacedæmonios, tum à Creſphontæ liberis regno pulſis traditam, tum Delphico oraculo confirmatam, quo iuſſi fuerint, & vrbem accipere, & affectis iniuria opitulari: tum bello conſtabilita poſſeſſione, & temporis diuturnitate. Docet etiam, non Meſſenijs, qui nulli iam eſſent, ſed ſeruis & mancipijs, quos Helotas vocant, id oppidum, vt portum & confugium, tradituros. Enumerat & pericula, quæ maiores eorum imperij cauſa adierint:

&

& qua ſint apud Grecos exiſtimatione cõmonefacit: hortaturq́ ne fracti rebus aduerſis, animos abijciãt, ſed potius ſpe fortunę melioris cõfirmati cogitẽt, multos Thebanis potẽtiores, ab imbecillioribus eſſe victos: multos cinctos obſidionibus, & grauioribus malis, q̃ Spartanos, cõflictantes, eos, à quibus oppugnarẽtur, deleuiſſe. Adducit exemplum ciuitatis Athenienſiũ: quæ cũ maximè floreret, euerſa, extrema quæq́ perpeſſa fuerit, ne audiẽs eſſet dicto Barbarorũ Monet, vt pręſentia perferãt, & de futuris benè ſperent: cũ tales calamitates à ciuitatibus emẽdari ſciant prudenti cõſtitutione reipub. et peritia rei militaris, quibus Sparta reliquas vrbes ſuperabat. Cenſet, ijs potius, cũ quibus benè agatur, q̃ ipſis, rebus ſuis aduerſis, pacem expetendã: cum noua molientibus ſpes fortunę melioris propoſita ſit. Nam ſi diſcrimen ſubeant, partas opes ab eis poſſe cõſeruari. Præterea multis alijs præclaris operibus cõmemoratis, quæ clariſſimi ciues publicè priuatimq́ in bellis ediderint, colligit, quantum dedecus ſuſcepturi, & in quantum apud Græcos

Græcos crimen venturi ſint. Sin arma ceperint, aſſerit eis ab omni parte auxilia præſtò eſſe futura, à dijs immortalibus, á ſocijs, ab vniuerſis hominibus, qui Thebanæ potẽtiæ incremẽtis inuideant. Deniq; oſtenſa cõfuſione & tumultibus, quibus vrbes Græcæ, Bæotijs rerũ potientibus, agitentur: vt nihil horũ eueniat, nec vlla ſpes incolumitatis alia relinquatur: vrbem eos deſerere iubet, docetq;, vxores & liberos, cæteramq; turbã in Siciliam et Italiam, et reliqua loca eis amica mitti; ipſos verò caſtello aliquo munitiſſimo occupato, & ad gerendũ bellũ opportuniſſimo, hoſtes ſummis viribus terra mariq; perſequi oportere. Nullũ enim exercitũ auſurũ eſſe, collatis ſignis, cũ viris Græciæ bellicoſiſſimis, qui vitã uiliſſimam cenſeant, & quibus iuſta ira & cauſa honeſtiſſima eã neceſſitatem impoſuerit, dimicare. Hæc ego non tam Lacedæmonijs, quàm alijs quoq; Grecis, atq; adeò hominibus vniuerſis eum ſuadere dixerim longè meliùs, quàm omnes philoſophos, qui ſummum vitæ bonum in virtute & honeſtate ponunt.

ALIVD ARGVMENTVM HIERONYMI VVOLFII.

DIS ſuadet Archidamus hac oratione Lacedæmonijs, ne Meſſenam ex mandato Thebanorum, vel inſtaurent, vel liberam eſſe patiantur: tribus nitens argumentis, iniuſto, noxio, & turpi. Nam & iniuſtum eſt, inquit, eam nobis vrbem eripi, quam noſtri maiores tot ſeculis iuſto titulo poſſeſſam, nobis reliquerunt. Deinde reſpublica noſtra plurimum detrimenti capiet, ſi potentem & infeſtam vrbem vicinam habuerimus. Deniq; nota turpiſſima nomini Spartano inuretur, ſi neglecta maiorum gloria, imperata hoſtium, iniuſta præſertim, fecerimus. Contra has rationes pacis ſuaſores dicunt, ciuitatem exhauſtam & afflictam, florentiſſimis hoſtium opibus reſiſtere nō poſſe. quod ita refutatur: Primùm neq; hoſtes extra omne periculum poſitos, vſq; adeò

flo.cre,

florere, neq; Spartanos extrema neceſſitate circumuentos, aut ſpe omni deſtitutos eſſe. Deinde, tametſi paruerint hoſti, nihilo meliùs cum eis actum iri, & pacem æquè infirmam atq; incertam fore. Poſtremò, extrema potiùs omnia perpetienda eſſe, quàm cum dedecore & ignominia de iure quicquam concedendum, quoad tuendæ libertatis vlla ſpes ſuperſit. Exordium ab occupatione ducitur, qua beneuolentiam ab anteactæ vitæ modeſtia, & huius orationis habendæ cauſa, captat: atq; autoritatem ætati ſuæ conciliat, temeritatis & impudentiæ opinione refutata.

ISOCRATIS ARCHIDAMVS, ORATIO III. HIERONYMO Vvolfio interprete.

Occupatione beneuolentiã captat, à perſonis.

VEſtrûm aliqui fortaſſe mirantur, cur ego, qui hactenus inſtituta noſtræ vrbis, vt haud ſcio an quiſquã alius meorum æqualium, ſeruaui, tantam mutationem fecerim: vt, quibus de rebus ſeniores verba facere verentur, de ijs ego adoleſcẽs ſententiam dicere aggrediar. Ego verò, ſi quis alius eorum, qui apud vos concionari ſolent, pro dignitate reipublicę dixiſſet, tacuiſſem. Nunc, cùm videam, alios hoſtium imperatis patrocinari: alios non fortiter aduerſari, alios prorſus obmutuiſſe: ſurrexi, vt, quod hís de rebus ſentio, exponerem. Nam cũ ego vitæ meæ priuatum ordinem teneam: turpe eſſe duxi committere, vt reſpublica ſalutis rationem ſine dignitate haberet. Quòd ſi vlla de re alia decet adoleſcentes

ſcẽtes dare conſiliũ; bellũ certè vel ſuadere uel diſſuadere, ijs maximè conuenit, ad quos periculorum pars maxima redũdabit: cũ præſertim, quid facto ſit opus, videre, atq; intelligere, in medio ſit omnibus poſitum. Nam ſi exploratum eſſet, ſeniores de omnibus rebus rectiſſimè iudicare, adoleſcentes autem vbiq; falli & hallucinari: non immeritò nobis dicendæ ſententiæ ius adimeretur. Sed cùm non annorum ſpacium, ſed ingenium & diligentia in cauſa ſit, vt alios alij prudentia ſuperemus: nonne vtriuſque ætatis periculum faciendum eſt, vt ex omnibus ijs quæ dicta fuerint, vobis deligere liceat vtiliſſima? Perabſurdum autẽ eſſe iudico, ſi qui ſunt, qui cẽſeant, nos quidem terra mariq; exercitibus cũ imperio præeſſe oportere, vbi non niſi magna clade reipub. delinquitur: dicere autem quæ ſentiamus, vbi totius rei iudicium & poteſtas penes vos eſt, non oportere, vbi ſi ſcopum attigerimus, vtilitas publicè ad omnes: ſin impegerimus, infamia & dedecus priuatim ad nos pertinebit, ſine

Attentio à ſuo periculo.

A maiori.

vllo Reipublicæ detrimento. Neq; verò vel vlla dicendi cupiditate, vel priſtinæ meæ vitæ mutandæ conſilio impulſus, hęc commemoraui: ſed vos hortari volui, ne vllam ætatem improbaretis, ſed in omnibus potiùs quæreretis, ſi quis fortè exiſteret, qui de præſenti ſtatu rerum vtiliter admoneret. Nec enim ab vrbe condita, vel bellum factũ, vel periculum de tantis rebus oblatum eſt, de quantis nunc deliberamus. Nam antehac quidem de imperio in alios exercendo dimicabamus: nunc autem hoc agitur, ne ipſi imperata faciamus, quod ſignum libertatis eſt: pro cuius defenſione nullæ acerbitates, nulla pericula ſunt recuſanda, non nobis tantùm, ſed etiã alijs, qui ſe viros eſſe meminerunt, neq; virtutis laudem prorſus aſpernantur. Ego certè, ſi quid de me priuatim dicendum eſt, emori iam detrectato imperio malim, quàm ætatem longè vltra naturæ fines producere, ſi ea, quæ Thebani iubent, feciſſem. Puderet enim me, & ex Herculis familia natum, patriſq; regis filium, cui dignitatis idem gradus propoſitus eſt, com-

Occupatio.

A rei magnitudine.

Libertas.

A ſua uoluntate & propoſito.

committere, quantum in me quidem fuerit, quam prouinciam maiores noſtri nobis reliquerunt, eam ſerui noſtri vt obtinerent. Sed & vos in eadem eſſe mecum ſententia vellem, illud reputantes, nos in hunc vſq; diem, prælio Thebano aduerſiore fortuna vſos, & corporibus quidem, culpa, ducum, ſuperatos: animos autem adhuc inuictos & erectos gerere videri. Si verò metu imminentium periculorum quicquam de iure noſtro conceſſerimus: inſolentiam Thebanorum confirmabimus, et trophęum Leuctrico illo multò grauius & illuſtrius contra nos ipſos erigemus. Nam illud quidem temeritati fortunæ, hoc autem noſtræ ignauiæ tribuetur. Neminem igitur vos inducere patiamini, vt tantum dedecus publicè ſuſcipiatis. Nam ſocij, præpropere quidem illi vobis conſuluerunt, omiſſa Meſſena, pacem vt faceretis: quibus vos multò æquius & grauius iraſceremini, quàm ijs, qui initiò à vobis defecerũt. Illi enim cũ ab amicitia noſtra ſe remouiſſent, ſuas ipſi vrbes, exagitatas ſeditionibus & cædibus, mutatoq; ſtatu in

A turpi.

Perſtringit ſociorum conſilium & fidem lubricam.

tu in deterius euerterunt: hi verò vobis nocere inſtituunt, qui autores eſſe non dubitent, vt gloriam per ſeptingentos annos magnis laboribus & periculis maiorum partam, nobiſq́ per manus traditam, paulo momēto temporis abijciamus: quo neç Lacedæmoni contumelioſius, nec acerbius quicquam excogitare potuiſſent. Adeò porrò ſui compēdij cum noſtro incommodo ſtudioſi ſunt, noſq́ ita ignauos eſſe cenſent, vt quos ſæpè ad bellum pro ſuis agris gerendũ impulerunt, eoſdem nũc de Meſſena pugnare vetent: & quò ipſi ſuis opibus ſecurè fruãtur, perſuadere ſtudeant, hoſtibus de noſtro iure cedēdum eſſe: neq́ his contenti, minitentur etiã, niſi aſſentiamur, ſe pacē pro ſeſe facturos. Ego verò ſic exiſtimo, non tã fore vobis ſine iſtis belli diſcrimē grauius, q̃ honeſtius & illuſtrius, et vbiq́ gentiũ glorioſius. Nam ſi nõ aliorũ ope freti, ſed noſtris ſubnixi viribus eſſe incolumes victoreſq́ hoſtium ſtudeamus, id alijs noſtræ ciuitatis facinoribus erit cõſentaneum. Etſi autem eloquentiam nunquã ſuſpexi, ſed iſtos, qui in eo ſtudij ge-

Inuerſio.

dij ge-

dij genere verſarētur,in rebus gerendis ignauiores eſſe exiſtimaui: nunc tamen nihil mihi perinde in votis eſt, q̃ vt de propoſitis rebus,ex animi mei ſentētia, verba facere poſſim.Quod ſi eſſem aſſecutus,me Reipub. plurimùm hoc tempore ſperarē profuturum. Ac primùm cōmonefaciendi eſtis,quo pacto Meſſena in veſtrā poteſtatē venerit: & quas ob cauſas in Pelopōneſo,cū Dorienſes à prima ſitis origine,cōſederitis. Altiùs aūt rem totā propterea repetā, vt intelligatis,eā prouinciam vobis eripi, quā nō deteriore iure, q̃ reliquam Lacedæmonem poſſidetis. Quū enim Hercules è rebus humanis ſublatus, immortale cū dijs æuum agere cæpiſſet,initiò liberi eius, ob inimicorum potentiā, varijs erroribus agebantur: poſt obitum aūt Euryſthei apud Dorienſes cōſederunt. Tertia demū ætate, certis de rebus oraculum petituri, Delphos ſunt profecti. Verū Apollo ad quæſtiones propoſitas nihil reſpōdit,ſed in patriam terram eos abire iuſſit.Conſiderato igitur oraculo, Argos propinquitatis iure ad ſe rediiſſe (nā extincto Euryſtheo, ſoli de

Optatio oratoria.

Narratio, qua declarat Meſſenam iure teneri à Lacedæmonijs.

Herculidis datum oraculum.

Enarratio oraculi.

Argos.

Perſei familia ſuperarãt)Lacedæmonẽ vero ſeruitute oppreſſam (Nã Tyndareus, Caſtore & Polluce extinctis, regno pulſus, & ab Hercule reſtitutus, illi regionem tradiderat, cum ob beneficium hoc, tùm ob cognationem liberorum ſuorum) Meſſenam autem, quæ vi expugnata fuiſſet, ſuam eſſe factam, repererunt. Hercules enim bobus, quos ex Erythea abegerat, à Neleo, & eius filijs (Neſtore excepto) ſpoliatus cum vrbe potitus eſſet, eos quidem à quibus erat affectus iniuria, interfecit. Neſtoris autem fidei oppidum commiſit, arbitratus, eũ cordatũ eſſe, quòd, etſi natu minimus, fraterni delicti ſocius eſſe noluiſſet. Cum igitur oraculi ſententia hæc eſſe videretur, adhibitis veſtris maioribus, exercituq́ comparato, regionem ſuam inter commilitones diſtribuerunt, & regni prærogatiuam ab illis receperunt: atq́ his conditionibus, fide data & accepta, expeditionem ſuſceperunt. Ac itineris diſcrimina, & ceteras res geſtas, quæ ad inſtitutum non pertinent, quid neceſſe eſt prolixius commemorare? Bello autem victis eorum

Lacedæmon.

Meſſena.

Expeditio Dorienſium in Peloponneſum.

Prætermiſſiones.

rum locorum, quæ diximus, incolis, regna tripartitò diuiſerunt. Et vos quidem in hunc vſq; diem pacta & iuſiurãdum, maioribus noſtris datum ſeruatis. Quapropter & ſuperiori tempore feliciores alijs fuiſtis: & in poſterum, cum tales ſitis, bona ſpes eſt, melius quàm nunc, actum iri vobiſcum. Meſſeniorum autem tanta fuit impietas, ut Creſphontem, & conditorem vrbis, & dominum regionis, & ex Herculis poſteritate, & ducem ſuum, per inſidias occiderint. Cuius liberi vitato periculo, ſupplices huic vrbi facti ſunt: traditaq; regione, petierunt, vt patris necem vlciſceremini. Vos igitur conſulto oraculo, iuſſi & accipere, quæ offerrentur, et opem ferre affectis iniuria, victis bello Meſſenijs, ſic eorum regionem in veſtram poteſtatem redegiſtis. Ac de primo quidem veſtro iure: non accuratè diſſerui (nec enim hoc tempus patitur conſectari omnia, ſed neceſſe eſt, breuitatis potius, quàm perſpicuitatis rationem habere) ex his ipſis tamen, omnibus perſpicuum eſſe arbitror, non aliam fuiſſe rationem eius regionis ac-

Tripartita regnorum diſtributio.

Creſphontis cædes.

Oraculum de Meſſena.

Concludit, iuſtam eſſe Meſſenæ poſſeßionem.

quirendæ, quã noſtram eſſe cõfitentur omnes, quàm controuerſæ. Hanc enim colimus, & ab Herculis poſteritate datam, & Delphico oraculo cõfirmatam, & incolis eius bello ſuperatis. Illam verò ab ijſdem, eodẽq; modo accepimus, & ijſdem vſi vaticinationibus. Quòd ſi hoc animo ſumus, vt nulla in re eis repugnemus, etiam ſi Spartam deſerere nos iuſſerint: ſuperuacaneum eſt, de Meſſena magnoperè laborare. Sin nemo veſtrûm eſt, qui patria ſpoliatus, viuere ſuſtineat: nõ aliter etiam de illa debetis eſſe animati. Idem enim vtrinq; ius, eadem defenſio nobis eſt. Præterea nec illud vos præterit, poſſeſſiones, ſiue priuatas, ſiue publicas, præſcriptione longi tẽporis & cõfirmari, & patrimonij loco habẽdas, perſuaſum eſſe omnibus. Nos aũt Meſſenã cæpimus, priuſquã Perſæ regno potirentur, Aſiamq; ſubigerent, & priuſquã pleræq; Græcæ vrbes conderentur. Et cũ tanta noſtræ cauſæ ſit æquitas, Thebani Barbaro Aſiam, tanq̃ patrimonium adiudicarunt, qui nondum ducentos annos rerum potitur. Nobis aũt Meſſenam, q̃ duplo longiùs

Nõ eſſe quicquam per iniuriam amittenoum.

A præſcriptione longi temporis.

longiùs tenuimus, ereptum eunt, ac Platæas quidem & Theſpias nuper admodum euerterunt: hanc autem poſt * trecentos annos inſtaurant, horum vtroque iuſiurandum & fœdera violantes. Quòd ſi germanos Meſſenios reſtituerent, iniuſtè quidem facerent, ſed minùs queri tamen de eorum iniuria poſſemus. Nunc Helotas in vicinia noſtra collocant. Quare non hoc grauiſſimum eſt, ſi præter ius & æquum noſtra poſſeſſio nobis adimetur: ſed ſi dominos illius eſſe videbimus, noſtros ſeruos. Iam ex his quæ ſequuntur, magis etiam perſpicietis, & nunc iniquè tractari nos, & tunc Meſſenam iurè tenuiſſe. Nam poſt multa prælia commiſſa, tandem pacem facere coacti ſumus: cùm quidem multò peiùs nobiſcum, quàm cũ hoſtibus ageretur. Atqui cum ijs temporibus cõditiones ferrentur, quibus fieri non poterat, vt nos meliore cõditione eſſemus: de alijs quibuſdam rebus contentiones inciderunt: ſed Meſſenam iniuſtè nos tenere, neq; rex Perſarum, neq; ciuitas Thebanorum, nobis vnquam obiecerunt.

** quingentos.*

Exaggeratio ab indignitate perſonarum.

Ab ipſorum hoſtium confeßione.

Quod

Quod autem euidentius de iure iudicium eo queat eſſe, quod & ab ipſis hoſtibus, & aduerſis noſtris rebus eſt editum? Prætereà, oraculum quod omnes & antiquiſſimum, & communiſſimum, & fide maximè dignum eſſe fatebuntur: non eo duntaxat tempore noſtram eſſe Meſſenam ſtatuit, cùm Creſphontæ liberis dantibus accipere nos eam, et oppreſſis iniuria, opem ferre iuſſit, ſed tunc etiam, cum bellum prorogaretur, & vtriq; Delphos miſiſſemus (nam illi quidem de ſalute ſua conſulebant, nos verò de expeditiſſima vrbis capiendæ ratione) illis vt iniqua petentibus nihil reſpondit: nobis verò ſignificauit, & quæ ſacra facienda, & auxilia vnde accerſenda eſſent. Quod igitur teſtimonium maius & euidentius his afferri poteſt? cum declaratum ſit, nos primùm ab ijs quorum erat, hanc prouinciam accepiſſe (quid enim vetat, eadem denuò paucis perſtringere?) deinde belli iure tenere, quomodo pleræq; vrbes, illis temporibus conſtitutæ ſunt: poſteà eos qui Herculis liberos nefario ſcelere violarant, eieciſſe: quos quidem

Iterum ab autoritate Apollinis.

Concluſio argumenti à iuſto.

dem æquum fuerat, ex vniuerſo terrarum orbe exterminari. Deniq; & longitudine temporis, & hoſtium iudicio, & Dei oraculis iurè obtinere: quorum ſingula calumnias eorum ſatis refutãt, qui crimini dare audent: nos aut nunc pacem exauaricia repudiare, aut olim alienarum rerum cupiditate inflammatos, bellum cũ Meſſenijs geſſiſſe. Ac de Meſſenæ quidem poſſeſſione, plura his dici fortaſſe queant, ſed & hæc ſufficere arbitror. Qui autem faciendæ pacis nobis autores ſunt, negant viris ſapientibus idem ſentiendum in rebus ſecundis & aduerſis: ſed è re nata prudens conſilium capiendum, & fortunam ſequendam eſſe, neq; plus animorum eſſe oportere, quam virium: neq; talibus temporibus, quid iuſtum ſit, ſed quid expediat, quærendum. Ego verò, quod ad cætera quidem attinet, non repugno: ſed iuſticiæ præferendam vlla ex parte eſſe vtilitatem, nemo vlla ratione perſuadebit. Nam & leges ideò latas eſſe video, & prẹſtantes viros hoc ſibi laudi ducere, & vrbes, quæ benè præclareq; adminiſtrantur, in hoc maximè

Confutatio: Nõ eſſe propter tempora utilitatem æquitati præponendam.

ximè

ximè ſtudere: quin & ſuperiorum temporum omnia bella eos exitus habuiſſe, nō qui à viribus, ſed quia iuſticia penderent: deniq; vitam humanam interire flagitijs, virtute conſeruari. Quare non abiectis animis eos eſſe decet, qui iuris ſui defendendi cauſa pericula ſunt adituri: illos timere ſibi decet, qui elati ſuperbia, res ſecundas moderatè ferre non poſſunt. Deinde nec illud negligendum eſt, quod de iure omnes conſentimus: de vtilitate litigamus. Propoſitis autem duabus rebus bonis, quarum altera euidens eſt, altera obſcura: nonne ridiculum fuerit, vos certam repudiare, controuerſam velle amplecti? præſertim cum in ipſa optione tantum interſit. Noſtra enim oratio huc pertinet, vt ne quid noſtrum amittamus, neq; dedecus aliquod publicè ſuſcipiamus: in ſpe bona, nos etiā ſi iuſticiæ cauſa pugnandum ſit, hoſtibus fore ſuperiores. Illi autem quid tādem dicunt, niſi iam Meſſena cedendū eſſe? cum hoc delicto in vos metipſos admiſſo, illud etiam fieri poſſit, vt & vtilitate & iuſticia, & cęteris quę expectatis

Comparat ſuam rationē cum rationibus aduerſariorum.

ctatis omnibus fruſtremini? Neq; enim hoc exploratū eſt, ſi ea quæ iubent hoſtes, fecerimus, nos firmā pacem habituros. Arbitror enim nō ignorare vos, cum ijs, qui ad vim propulſandā parati ſunt, omnes de iure diſputare: illis autem, qui nimis expeditè imperata faciunt, ſubinde plus, q̄ initiò cogitarant, oneris imponere ſolere. Vnde fit, ut ad gerendum bellum parati qui ſunt, æquiorem pacem impetrent, quàm ij, qui temerè pactiones faciunt. Ne verò in his diutius immorari videar: his omnibus omiſſis, id iam dicam, quod eſt omnium ſimpliciſſimum: ſi nulli vnquam poſt clades acceptas, reuocatis viribus, victores hoſtes ſuperarunt: ne nobis quidem bellum gerentibus victoriæ ſpes propoſita eſſe debet. Sin autem ſæpè vſu venit, vt & qui maiores copias haberent, ab imbecillioribus vincerentur: & qui vrbem circumſederant, ab obſeſſis interirent: quid miri erit, ſi etiam harum rerum ſtatus aliquātum mutabitur? Ac de noſtra quidē Republica nihil tale habeo dicere. Nam ſuperioribus tēporibus nulli, qui nobis

Poſſe fieri, ut qui cladē acceperunt, in integrum reſtituantur, exemplis oſtendit.

Sparta olim inuicta.

nobis eſſent fortiores, in noſtros agros inuaſerunt: alij quidem populi per multa nobis exempla ſuppeditant. Sed primùm videamus Athenienſes, quos apud Græcos in crimen exeo veniſſe conſtat, quòd imperarent: Quum autem ijdem iniurios vlciſcerẽtur: à mortalibus omnibus gloriam conſecutos. Quòd ſi vetera pericula, quæ in bellis aduerſus Amazones, aut Thraces, aut Pelopõnenſes geſtis, adierunt, cum Euryſtheus in eorum agrum duxiſſet exercitum, recenſuero: obſoleta fortaſſis, & nimium à præſentibus rebus remota commemorare videbor. In Perſico autem bello, quis neſcit, poſt quæ mala quam ſint felicitatem adepti? Nam ſoli eorum, qui extra Peloponneſum habitant, quum Barbarorum copias ſuſtineri non poſſe cernerent, de imperatis faciendis ſibi deliberandum eſſe non cenſuerunt: ſed vrbem euerſam, quàm ſeruitute oppreſſam videre, ſtatim maluerunt. Relicta igitur natali terra & vrbe (nam patriam illi quidem libertatem cenſebant) periculorum ſocietate nobiſcum inita, tantam mutationem effece-

Ab exemplo Athenienſiũ.

Præteritiones.

Res perſico bello geſtæ.

Libertatem patriæ loco habere.

effecerunt, vt, cum paucos dies ſuis rebus caruiſſent: per multos annos alijs imperarint. Neq; verò, quanta bona pariat vlciſcendi hoſtes audacia, huius vrbis tantùm: ſed etiam Dionyſij tyranni exemplo demonſtratur. Qui obſidione clauſus à Carthaginenſibus, cũ nulla ſpes ſalutis eſſet reliqua (nam & ab hoſtibus premebatur, & ciuibus inuiſus erat) fuga ſalutem quærere decreuerat. Cùm autem quidam è familiaribus auſus fuiſſet dicere, honeſtiſſimam ſepulturam eſſe imperium: improbato turpi fugæ conſilio, belloq; repetito, non modò ingentem hoſtium numerum cecîdit, ſed et dominationem in ciues ſuam confirmauit, & potentiã priſtinam plurimum auxit, & vitam in imperio exegit, & eoſdem honores, eandemq; poteſtatem, quibus ipſe fuerat vſus, filio reliquit. Similia his & Amyntas Macedonum rex fecit. Victus enim prelio à vicinis Barbaris, amiſſaq; tota Macedonia, primùm de regno deſerendo cogitauit, vt vitam conſeruaret. Deinde cum audiſſet à quodam illud laudari, quod Dionyſio dictum

A Dionyſij exemplo.

Honeſtiſſima ſepultura eſt imperium.

Ab exemplo Amyntæ.

fuerat: mutata, vt ille, ſententia, paruum quoddam caſtellum occupauit: & hinc accerſitis auxilijs, trimeſtri ſpacio Macedoniam vniuerſam recepit, et in regia dignitate ſenio cōfectus deceſſit. Quòd ſi in omnia talia facta inquirendum ſit: & ego dicendo, & audiendo vos defatigaremini. Nam ſi vel ea, quæ Thebano bello acciderūt, recordemur, fieri quidē non poterit, quin calamitate noſtra doleamus: ſed ijdem etiā de cætero ſpem concipiemus meliorem. Cùm enim auſi eſſent illi noſtras impreſſiones et minas ſuſtinere: ita fortuna res eorū mutauit, vt qui antè nobis paruiſſent, iam nobis imperandi poteſtatem ſibi arrogent. Qui igitur tales mutationes accidiſſe videt, in noſtris autē rebus nullas fore putat: non ſatis eſt conſideratus. Sed & præſentia æquis animis ferenda ſunt, & de futuris benè ſperandum. Conſtat enim, à ciuitatibus tales caſus, ſi domi conſilium & diſciplina, foris arma et peritia rei militaris vigeāt, emendari. Neq; verò quiſquam refragabitur, quin & ſcientia bellicæ rei preſtemus: & apud nos ſolos talis reſpublica ſit,

Ab exemplo Thebanorum hoſtium.

A cauſis efficientibus.

Reſpublica. Diſciplina militaris.

blica ſit, qualem eſſe decet. Quę cum ita ſint: fieri omnino nequit, quin feliciores futuri ſimus ijs, quibus neutrum horum magnæ curæ fuit. At quidam in bellum inuehuntur, eiuſq; perfidiam accuſant, argumētis vtentes cùm alijs, tùm ijsipſis, quæ nobis acciderunt: ſeq; mirari dictitant, quēquam eſſe, qui rei tam ſæuę ac temerarię fidem habendam cenſeat. Ego verò noui multos, qui ſibi magnam bello felicitatem pepererunt: multos item, qui eandem pace amiſerunt. Nihil enim rerum omnium per ſe omninò vel malum eſt, vel bonum: ſed vt quiſq; rebus atq; occaſionibus vtitur, ita neceſſe eſt, euentus conſimiles inde conſequi. Eſt autem felicibus expetenda pax (nam eo ſtatu parta bona diutiſſimè conſeruantur) calamitoſis ad gerendū bellum animus adijciendus. Nam tumultu bellico, & * omnia conando, afflictæ res celeriùs eriguntur. Quorum ego vereor, ne contrarium facere videamur. Nam cum delicatè nobis viuere liceret: plura quàm oportebat bella gerebamus.

Occupatio, è bello nō minus uictoriā ſperandam, quàm cladem metuendam.

Quibus bellum pace melius.

* *nouis rebus moliendis.*

Obiurgatio peruerſitatis

Nunc neceſſitate periculi ſubeundi vrgente, ocium expetimus, & de ſecuritate conſultamus. Atqui cupidis libertatis, fœdera cum mandato coniuncta, fugienda ſunt: parùm enim differunt à ſeruitute. Tum verò demum de conditionibus agendum, cùm aut hoſtium copias vicerint, aut ſuum robur illorũ viribus æquarint. Nam talem quidem omnes pacem habituri ſunt, qualem belli finem fecerint. Hæc cogitanda vobis ſunt: neq; committendum, vt temere vos in turpem pactionem conijciatis, aut peiùs de patria, quàm de alijs ſoletis, mereamini: ſed illud recordandum, ſuperiori tempore, cùm è ſocijs ciuitatibus alicui circumſeſſæ vel vnus Lacedæmonius opem tuliſſet, fuiſſe neminem, qui dubitaret, quin ea per illum conſeruata eſſet. Ac talium virorum permulti à ſenioribus commemorantur, celeberrimos autem & ego referre poſſum. Pædaretus enim Chium profectus, vrbem conſeruauit. Braſidas Amphipolim ingreſſus, & inſtructa ex paucis eorum, qui obſidebantur, acie, multos, qui obſidebant, prælio vicit. Gylip-

De pacis cõditionibus quando agẽdum.

Commonefacit Lacedæmonios ueteris gloriæ.

Pædaretus.

Braſidas.

Gylippus Syracuſanis auxiliatus, non illos ſolùm conſeruauit, ſed copias hoſtium etiam, terra mariq́ſ ſuperiores, in poteſtatem ſuam redegit vniuerſas. Quid verò dictu fœdius eſt, quàm cum olim ſinguli noſtrûm alienas ciuitates tueri potuerint: nunc vniuerſos de noſtra patria defendenda dubitare, ac ne conari quidem? Cũ bellis pro aliorum ſalute gerendis, & Aſiam & Europam trophæis repleuerimus: pro patria, quę tam inſigni non iniuria, ſed contumelia afficitur, nullum prælium aliquo nomine dignum, commiſiſſe? Cum aliæ ciuitates, noſtri tuendi imperij cauſa, extremas obſidiões tolerarint: nos ipſos, ne quid præter ius & æquum facere cogamur, eo eſſe animo, vt ne paruum quidem incommodum ferendum nobis arbitremur? Cum inſignes equos alamus etiam nunc: pacem ita facere, vt qui extrema neceſſitate conflictantur, omniumq́ſ rerum inopia laborant. Illud autẽ omnium indigniſſimum eſt, quòd qui tolerantiſſimi laborum inter omnes Græcos habiti ſumus, his de rebus ſegniùs, quã par eſt, deliberamus.

Gylippus.

A minori & turpi.

Ab exemplo ſociorum.

Extenuatio calamitatum. Quæ porrò minarum, quæ nobis ab iſtis hominibus obijciuntur, vel mentio facienda eſt: ſi ſemel victi, vnaq́; impreſſione facta, adeò effœminatè conſenſerimus, nos imperata facturos eſſe omnia? Quo pacto tales diuturnam calamitatem tolerarent? *Ab exemplo Meſſeniorũ.* Cùm Meſſenij viginti annos in hac regiõe obſeſſi fuerint: qui nos non reprehenderent, ſi tàm celeriter per pactiones ea vrbe cederemus, ne maiorum quidem memores: & quam illi multis laboribus & periculis parauerunt, eam nos adducti verbis amitteremus? Quibus omnibus nonnulli neglectis, nullaq́; multiplicis dedecoris habita ratione, conſulunt ea, quæ Reipub. noſtræ contumelioſa futura ſunt. Ac tam cupidè nos ad Meſſenam tradendam hortantur, vt & noſtræ vrbis imbecillitatem, & hoſtium potentiam commemorare non dubitarint: & aduerſarios reſpondere ſibi iubeant, quibus auxilijs freti, vobis belli ſuſcipiendi autores ſimus? *Refutatio, Lacedæmonios nec prorſus infirmos eſſe, nec adiutoribus carituros.* Ego verò in nullis socijs plus eſſe præſidij & conſtantiæ puto, quàm in iuſtis actionibus. *1. Iuſticia.* Conſentaneum enim eſt,

etiam

etiam Deorum immortalium beneuolentiam his non defuturam: ſiquidem è præteritis coniectura futurorum capienda eſt. Præter hanc quanti æſtimãda eſt Reipublicæ bona & moderata adminiſtratio, quæ ita ciues erudijt, vt in acie mortem oppetere, quàm cedere malint? vt nihil horrendum magis eſſe dicant, quàm malè audire à ſuis? Quæ omnia noſtri moris ſunt magis, quàm vllorum mortalium: quales ego malim beli ſocios habere, quàm infinitam turbam aliorum. Nam maiores quoq; noſtros hanc regionem occupaſſe ſcio, non multitudine fretos, ſed ijs, quas recenſui, virtutibus. Quare non eò hoſtes formidare, quòd multi ſunt: ſed multò magis ea re freti eſſe debemus, cùn nos ita videmus tuliſſe calamitates, vt nulli alij tulerunt vnquam, & veterem inſtituta, moremq; maiorum conſeruaſſe: cum iſti proſperam fortunam ferre non poſſint, & in maxima perturbatione verſentur, ac alij ſociorum viribus adiuti, vrbes occupent, alij illis aduerſentur, alij de finibus cum vicinis ambigant potiùs, quàm nobiſcum

2. Bona reſpublica.

3. Fortitudo.

Virtus multitudine præſtantior.

4. Errata hoſtium.

bellum gerant. Vnde mirari ſubit eos, qui maiora præſidia requirunt ijs, quæ delicta hoſtium ſuppeditant. Hæc ipſi nos iuuabunt. Quod ſi de externis etiã auxilijs dicẽdum eſt, multi futuri ſunt, qui nos ſaluos atque incolumes eſſe velint. Athenienſes enim, etiamſi non per omnia nobiſcum faciant, ſalutis tamen ſuæ cauſa omnia facturos eſſe noui. Deinde cæterarum vrbium nonnullas, non minus hoc tempore noſtris cõmodis, quàm ſuis conſulturas. Præterea neque Dionyſius tyrãnus, neque AEgyptiorum rex, neque alij Aſiæ principes, ſuis opibus & auxilijs nobis defuturi ſunt. Græcorum denique locupletiſſimi & celeberrimi, & optimarum rerũ ſtudioſiſſimi quique, etſi nobiſcum ſe nõdum coniunxerunt, at beneuolentia ſunt nobiſcum: in quibus de cætero magna ſpes nobis debet eſſe. Exiſtimo etiam turbam Peloponnenſem, & populum quem opinamur, tametſi id antè factum non ſit, nunc ſaltem aduigilaturum. Nihil enim è defectione tale ſunt conſecuti, quale expectarant. Nam dũ libertatem petunt, ſeruitute ſint oppreſſi.

5. Auxilia exterorum.

Athenienſes.

Vrbes.

Dionyſius.

AEgyptus.

Aſia.

Principes Græcorum.

Peloponnenſes.

Calamitates eorum qui à Lacedæmo-

oppreſſi. Amiſſis enim ſuorum optimis, in poteſtatem peſſimorum ciuium ceciderunt: dum ſuis legibus vti ſtudent, in multa & acerba, contraria legibus, inciderunt: quum hactenus nobiſcum alijs inferre bella conſueuerint; nunc ab alijs oppugnantur: & ſeditiones, quas priùs apud alios eſſe audiebant, nunc apud ſemetipſos ſingulis ferè diebus cooriri vident. Sic deniq; malis domiti ſunt, vt nec dijudicare poſſint, quinam ſint inter ipſos calamitoſiſſimi. Nulla enim vrbs non afflicta eſt, nulla cui à vicinis pericula non immineant. Itaq; & agri vaſtati ſunt, & ciuitates euerſæ, & priuatæ ædes deſolatæ, & inuerſæ reſpublicę, et leges abrogatæ: quibus dum vtebantur, feliciſſimi Græcorum fuerunt. Tantoperè autem alij alij diffidunt, itaq; ſunt odijs exacerbati, vt ciues ſuos magis, quàm hoſtes metuant: & cũ diuitijs noſtraq; beneuolentia floruiſſent; ſic à cõgreſſibus, omniq; humanitate abhorrent, vt & ij, qui rem habent, pecuniam in mare demergere mallent, quàm indigentibus impertiri: & tenuiores à locupletioribus

nijs defecerũt: et anarchiæ, quam uulgus falſò libertatem putat, deſcriptio.

 bus

bus eripere,quàm fortè fortuna inueni-
re magis optent. Sacris abrogatis, in
aris ſeſe mactant: & nunc plures vnius
vrbis exules ſunt, quàm antehac totius
Peloponneſi. Et cùm tot mala enume-
rata ſint, plura prætermiſimus, quàm
recenſuimus. Nihil enim duri aut acer-
bi dici poteſt, quod non ibi concurre-
rit: quorum quia iam alios cæpit, alios
breui ſatietas capiet: aliquod ijs malis
remedium inuenire ſtudebunt. Neque
enim putare debetis, fore vt in iſtis re-
bus acquieſcant. Nam quos ſecundæ
res fatigarunt, aduerſas longo tempo-
re quî tolerabunt? Quare non tantùm
ſi pugnando vicerimus, ſed etiam ſi
quieti expectauerimus,eos mutata ſen-
tentia videbitis,ſuam ſalutem in noſtra
ſocietate collocaturos. Et quæ ſperem,
hæc ſunt. Tantum autem abeſt, vt ali-
quid eorum, quæ imperantur, facere
velim: Vt ſi nihil horum fieret, neque
vlla nobis auxilia præſtò eſſent, Græ-
corumque alij nos læderent, alij negli-
gerent: ne ſic quidem de ſententia de-
cederem, ſed omnia pericula belli po-
tiùs expectarem, quàm ad tam turpes
pactiones

Hyperbole, Spartam potius deſerendam, quàm hoſtibus parendum.

pactiones deſcenderem. Nam vtriuſq; rei me puderet, ſiue maiores damnaremus, quaſi per iniuriam Meſſenijs agros ademiſſent: ſiue nos, ſi illi rectè tenuiſſent, præter ius & æquum quicquam de illis concederemus. Quorum neutrum faciendum eſt: ſed id ſpectandum, vt pro dignitate noſtra bellum adminiſtremus: neque eos qui vrbem noſtram celebrant, mendacij arguamus. Ita quidem gerere nos debemus, vt illi magnitudinem laudum noſtrarum non videantur aſſecuti. Equidem exiſtimo, grauiora his malis non eſſe metuenda: ſed hoſtes ea & deliberaturos & acturos eſſe, quibus nos erigent. Quòd ſi ſpe fruſtrati, & ab omni parte circumuenti fuerimus, ac ne vrbem quidem ampliùs tueri potuerimus: difficilia quidem ſunt quæ dicam, ſed dicam tamen, & liberè aperteq; dicam. Etenim honeſtius eſt ea prædicari apud exteros Græcos, noſtraq; virtute dignius, quàm ea, quæ nobis quidam ſuadent. Sic enim cenſeo: parentes noſtros cum vxoribus & liberis, & reliquam bello inutilem turbam, è ciui-

Dilemma.

Difficultati honeſtatem opponit.

tate

bus eripere, quàm fortè fortuna inueni-re magis optent. Sacris abrogatis, in aris ſeſe mactant: & nunc plures vnius vrbis exules ſunt, quàm antehac totius Peloponneſi. Et cùm tot mala enumerata ſint, plura prætermiſimus, quàm recenſuimus. Nihil enim duri aut acerbi dici poteſt, quod non ibi concurrerit: quorum quia iam alios cæpit, alios breui ſatietas capiet: aliquod ijs malis remedium inuenire ſtudebunt. Neq; enim putare debetis, fore vt in iſtis rebus acquieſcant. Nam quos ſecundæ res fatigarunt, aduerſas longo tempore qui tolerabunt? Quare non tantùm ſi pugnando vicerimus, ſed etiam ſi quieti expectauerimus, eos mutata ſententia videbitis, ſuam ſalutem in noſtra ſocietate collocaturos. Et quæ ſperem, hæc ſunt. Tantum autem abeſt, vt aliquid eorum, quæ imperantur, facere velim: Vt ſi nihil horum fieret, neque vlla nobis auxilia præſtò eſſent, Græcorumq; alij nos læderent, alij negligerent: ne ſic quidem de ſententia decederem, ſed omnia pericula belli potiùs expectarem, quàm ad tam turpes pactiones

Hyperbole, Spartam potius deſerendam, quàm hoſtibus parendum.

pactiones deſcenderem. Nam vtriuſq; rei me puderet, ſiue maiores damnaremus, quaſi per iniuriam Meſſenijs agros ademiſſent: ſiue nos, ſi illi rectè tenuiſſent, præter ius & æquum quicquam de illis concederemus. Quorum neutrum faciendum eſt: ſed id ſpectandum, vt pro dignitate noſtra bellum adminiſtremus: neque eos qui vrbem noſtram celebrant, mendacij arguamus. Ita quidem gerere nos debemus, vt illi magnitudinem laudum noſtrarum non videantur aſſecuti. Equidem exiſtimo, grauiora his malis non eſſe metuenda: ſed hoſtes ea & delíberaturos & acturos eſſe, quibus nos eriogent. Quòd ſi ſpe fruſtrati, & ab omni parte circumuenti fuerimus, ac ne vrbem quidem ampliùs tueri potuerimus: difficilia quidem ſunt quæ dicam, ſed dicam tamen, & liberè aperteq; dicam. Etenim honeſtius eſt ea prædicari apud exteros Græcos, noſtraq; virtute dignius, quàm ea, quæ nobis quidam ſuadent. Sic enim cenſeo: parentes noſtros cum vxoribus & liberis, & reliquam bello inutilem turbam, è ciuitate

Dilemma.

Difficultati honeſtatem opponit.

tate mittendam eſſe, & ex his alios in Siciliã, alios Cyrenen, alios in Aſiam. Quos hi omnes libenter ſuſcipient, & agro amplo aſſignando, & cæteris ad victum neceſſarijs rebus ſuppeditandis: alij, vt gratiam nobis referant, benè de ſe meritis: alij ſpe, vtile ſibi futurum, ſi qua in nos beneficia collocarint. Cęteris autem, qui pugnare & volent & poterunt, deſerenda erit & vrbs, & aliæ poſſeſſiones: ijs tantùm exceptis, quæ ipſi nobiſcum auferre poterimus. Occupandum deinde caſtellum aliquod quàm firmiſſimum erit, & ad gerendum bellum maximè opportunũ: vt terra mariq; hoſtes ſpoliemus, & infeſtemus tantiſper, dum eos pœniteat, noſtra ſibi vendicaſſe. Quæ ſi, abiecta omni cunctatione, auſi fuerimus: eos qui nũc ſuperbè imperant, vltrò nobis ſupplicantes videbitis, vt Meſſenam recipiamus, & pacis conditiones accipiamus. Quæ enim Peloponneſi ciuitas tale ſuſtinebit bellum, quale, ſi vos volueritis, futurum eſſe conſentaneum eſt? qui non exhorreſcent & expaueſcent tales copias conſtitutas, quæ quidem

11. Caſtellũ aliquod occupandum.

Expediti exercitus pictura quædam, & collatio cum perturbato.

dem & hoc modo ſe compararint: & harum rerum autoribus non iniuria iraſcantur, & mori tutum putent, & (quod ad aliarum rerum vacationem attinet, ſoliusq́ bellicæ rei occupationem) conducticijs militibus ſimiles ſint: cæterùm ſi fortitudo & inſtituta vetera ſpectentur, tales, quales ex vniuerſo humano genere colligi nequeant, prætereaq́ nullam certam ſedem teneant, ſed & ſub dio agere, & paſſim oberrare, & arma circumferre poſſint, facileq́ vicini fieri, quibus voluerint, et omnia loca bello opportuna patriam iudicent? Equidem puto, ſi ſermones hi tantùm in Græcia ſpargantur, hoſtes noſtros in maxima perturbatione futuros: multoq́ in maiore, ſi ea quæ decreta fuerint, re ipſa præſtare cogemur. Nam quo animo futuri ſunt, ſi à nobis cladibus affici poterunt, nocere nobis viciſſim non poterunt? Si ſuas quidem vrbes obſideri: noſtræ verò eam eſſe rationem videbunt, vt ab omni oppugnationis periculo ſit immunis? Præterea nobis cùm ex noſtris rebus, tùm ex manubijs victum fore facilem & expeditum:

tum: ſibi verò difficilem & impeditum, quòd alia res eſt, talem exercitum alere, atque oppidanam turbam ſuſtentare. Iam quid acerbius illis accidere poterit, quàm, ſi noſtros domeſticos audierint, non rei militaris peritia tantùm, ſed etiam opibus florere, ſuos autem quotidiè viderint fame laborare, ac ne opem quidem eis ferre poterunt? Nam ſiue agros colere inſtituerint: etiam ſementis iacturam facient. Siue terram iacêre incultam patientur: ſtatim vnde viuant, non habebunt. At enim fortaſſe coactis in vnum copijs, & communi expeditione ſuſcepta, nos perſequentur, & nocere ſibi prohibebunt? Et quid optabilius nobis eſſe queat, quàm vt congreſſi comminùs, in aciem deſcendant: & ijſdem difficultatibus circumuenti, quibus nos, caſtra locent, homines illi incompoſiti, & ex colluuione qu[illegible]am conflati, & multis vtentes imper[illegible]oribus? Nullo mediusfidius labore nob[illegible]s tota res conſtabit, ſed quā primùm eos cogemus, * non cum illis, ſed cū nobis opportunū erit, dimicare. Dies me defecerit, ſi quantò nos melio-

Occupatio & inuerſio.

re con-

re cōditione futuri ſimus, explicare aggredi-
aggrediar. Illud certè quidem conſtat, *A minori.*
nos reliquis Græcis antecellere, non
magnitudine vrbis, nec multitudine vi-
rorum, ſed eo, quòd noſtra reſpublica
exercitui ſimilis eſt benè conſtituto, &
parêre ducibus volenti. Quod ſi id re-
preſentabimus, cuius ſimulacrũ quod-
dam ita nobis profuit: quis dubitet,
quin hoſtibus ſuperiores futuri ſimus? *Ab exemplo*
Nec enim ignoramus, eos etiam, qui *maiorum.*
hanc vrbem in poteſtatem redegerunt,
exiguo in Peloponneſum ducto exerci-
tu, multa & magna obtinuiſſe. Præcla-
rum igitur fuerit, nos maiores noſtros
imitari, & ad principium regreſſos,
quoniam impegimus, dare operam, vt
priſtinam dignitatem recuperemus. O-
mnium profectò indigniſſimum nobis
fuerit, ſalutem noſtram, nõ perſuadere
nobis vrbem hanc vt relinquamus: cũ
ſciamus, Atheniẽſes pro libertate Græ-
ciæ patriam deſeruiſſe? & cùm alijs ex
empla præbere debeamus huiuſmodi *Ab exemplo*
facinorum, ne imitari quidem velle res *Atheniensiũ*
illorum geſtas? Multò magis etiam ridi- *& Phocæen-*
culum eſt, cũ Phocæenſes magni regis *ſium.*
domi-

dominationem fugientes, relicta Aſia, Maſſiliam ſe contulerint: nos tam abiectis eſſe animis, vt illis parêre velimus, quibus perpetuò imperauimus?

Occupatio, qua futura bona cũ præſentibus malis compenſanda eſſe monet.

Necꝫ verò animis noſtris illa dies obuerſari vſcꝫ adeò debet, qua chariſſimi quicꝫ ſtatim à nobis ſegregandi erunt: ſed illuc reſpicere debemus, fore tempus, quo, victis hoſtibus, atcꝫ vrbe in integrum reſtituta, & domeſticos noſtros recipiamus, & omnibus probemus, nos & nunc nullo noſtro merito fuiſſe calamitoſos, & ſuperiori tempore non immeritò principatum nobis vendicaſſe. Sic autem ſe res habet. Hęc

Mitigatio durioris cõſilij.

quæ dixi, non ſic accipienda ſunt, quaſi ea mox fieri velim, aut rebus aliter conſuli nequeat: ſed vt animos veſtros quaſi præpararem, vt ſentiretis, & has & longè acerbiores calamitates vobis potiùs ſuſtinendas eſſe, quàm ad talem de Meſſena conditionem, qualem illi præſcribunt, deſcendendum. Neque

Inuerſio, ſolo bello pacem conſtantem poſſe parari.

verò ad bellum tanto ſtudio vos hortarer, niſi proſpicerem, ex his, quæ ego dico, pacem firmiorem fore: ex illis verò, quæ alĳ ſuadent, ut cum turpitudine con-

tie coniunctam, ita minimè diuturnam. Etenim ſi auctam atq; opulentam vrbem viciniam habuerimus: quis nõn videt, nos in perpetuis tumultibus & periculis futuros eſſe? Qui igitur de ſecuritate diſputant, illi non animaduertunt, ſe paucorum dierum pacem bello perpetuo redempturos. Ego verò ex eis audire cupio, pro quibus rebus in acie putent mortem nobis oppetẽdam? nõ cùm nobis hoſtes iniuſta imperant? non cum agrum eripiunt, ſeruosq; noſtros manumittunt? Cùm in ea terra collocant, illos, quam nobis patres reliquerunt: cùm nos nõ tantùm noſtris opibus ſpoliant, ſed etiam contumelijs afficiunt? Ego verò harum rerum cauſa non bellum tantùm, ſed & exilia & mortes nobis eſſe perpetiendas arbitror. Longè enim præſtat in ea laude & gloria, qua floremus, emori: quàm cum omni viuere dedecore, ſi Thebanorum imperata feciſſemus. Quòd ſi nihil diſſimulandum eſt, planeq; dicendum quod ſentio: præſtiterit nos deleri, quã ab hoſtibus derideri. Quos enim tantis ornatos fuiſſe honoribus, animorumq;

A graui cauſa belli.

A comparatione dedecoris & incõmodorum.

A diſcrimine perſonarum.

rumq́ magnitudine conſtat: eos aut principes eſſe Grecię oportet, aut prorſus non eſſe, modò incolumi dignitate. Hęc igitur animis verſanda ſunt, abiecta nimia vitæ cupiditate: neq́ ſociorũ ſententijs temerè aſſentiendum, quorũ nòs duces antehac fuimus. Quin ipſi potius re conſiderata, non quod illis erit expeditiſſimum, ſed quod & Lacedæmone, & egregijs noſtris facinoribus dignum erit, eligamus. Nam ijſdem de rebus non eodem modo eſt deliberãdum omnibus: ſed pro eo, vt quiq́ ſuarum actionum fundamenta iecerunt Epidaurijs quidem, & Phliaſijs, & Corinthijs nemo vitio verterit, ſi nulla alia re ſolicitẽtur, niſi de vita quocunq́ modo conſeruanda, & propaganda. Lacedæmonios verò inſtituta maiorũ, ſalutis ſine dignitate rationem habere, non ſinunt. Quòd ſi honeſtè incolumes eſſe nequimus: mors potius nobis oppetẽda eſt. Nam qui virtutis ſtudio ducuntur, ijs nihil æquè prouidẽdum eſt, atq́ illud, ne quid turpe admiſiſſe videantur. *A turpi.* Ciuitatum porrò ignauia è talibus conſilijs non minus elucet, quàm è periculis

riculis bellicis: in quibus eorum, quæ fiunt, maximam fortuna ſibi partem vendicat: quæ verò hic deliberantur: ſigna & notæ ſunt ipſorum animorũ. Quare nihilo minore cura & ſolicitudine, ea, quæ hic decernuntur, animaduertenda ſunt, quàm præliorum contentiones. Equidem miror eſſe, qui cùm ad priuatos agros tuendos mori non dubitent, de communibus non eodem modo ſentiant, pro quibus nihil periculi recuſandum erat, ne quod reſpublica dedecus ſuſciperet, aut præſidiũ, in quo à parentibus locata eſt, deſereret. Cũ autem multæ res ſint, multaq́; pericula, quæ nos vrgeant atq; effugienda ſint: illud maxime cauendum eſt, ne quid molliter & effœminatè facere, aut hoſtibus de iure noſtro cedere videamur. Turpe profectò fuerit, eos imperata facientes conſpici, qui principatũ Græciæ tenuerunt: & à virtute maiorũ tantum degeneraſſe, vt cùm illi, quò alijs imperarent, mortem oppetere non recuſarint: nos ad ſeruitutem effugiendam adire pericula non audere.

A pari.

Expolitio.

A minori.

Pudere nos etiam debet & Olympiæ, & aliorum celebrium conuentuum, in quibus vnuſquiſq; noſtrûm præclarior & admirabilior eſt habitus, quàm pugiles in certaminibus victores. Quos enim noſtrûm exiſtimatis auſuros ad eas celebritates accedere, adeò non honorandos, vt contemnendi ſimus? Vt enim antè in illuſtri loco virtus noſtra ſita fuit: ita nunc ignauia conſpicua futura eſt omnibus, ſi præſertim ſeruos noſtros maiores offerre primitias & victimas ex ea regione viderimus, quam parentes nobis reliquerũt, quàm nos: taliaq; conuicia nobis illi fecerint, qualia ijs in promptu fore credibile eſt, qui, cum duriorem quàm alij ſeruierint ſeruitutem, nunc æquo iure cum dominis pacta fecerint: quibus vnumquenq; noſtrûm ita vrgebunt, ita prement, vt dicendo id mortalium conſequi nemo queat. Hiſce de rebus nunc conſultandum eſt, & nõ tum grauiter ferẽdum, cum quiritari nihil proderit: nunc potius aduigilare decet, ne querela dignũ aliquid eueniat. Quàm enim turpe eſt, cum antehac ne ingenuos

Ab opinione hominum.

nuos quidem exæquari nobiſcum paſſi fuerimus, nunc ſeruorum etiam in loquendo licentiam tolerare? Nam ſuperiorum temporum acta inſolentiæ noſtræ tribuentur: qui cùm ingenijs nihil alios excelleremus, pertinacia & faſtu non vera grauitate ſimus vſi. Ne quam igitur anſam præbeamus noſtris obtrectatoribus, ſed eorum maledicentiam factis refutemus, vt nos maiorum veſtigijs religioſè appareat inſtitiſſe: Recordamini, vt maiores noſtri aduerſus Arcades dimicarint; quos aiunt, ✱ ita inſtructa acie, ut phalanx vno viro denſior non eſſet, in fugam multa millia vertiſſe. Recordamini trecentorum illorum, qui ad Thyreas Argiuos vniuerſos ſuperarunt: & mille virorum, qui in Thermopylis cum ſepties centenis Barbarorum millibus cõgreſſi, neq; terga verterunt, neq; victi ſunt: ſed quo in gradu collocati fuerant, in eo oppetierunt: itaq; ſe geſſerunt, vt qui arte res geſtas ornare ſolent, nullas illorum virtutibus laudes æquare poſſint. Hæc igitur omnia cogitatione cõplexi, bellum fortiter adminiſtremus:

Commonefacit eos maiorum ſuorum.

neq; expectemus, dũ alij malis noſtris medicinam adhibeant. Sed quæ nobis ipſis euenêre, eadem ipſi etiam propulſare ſtudeamus. Præſtantes enim viros talibus temporibus excellere decet. Nã ſecundæ quidem res, etiam ignauorum hominum vitia contegunt: aduerſæ autem, quales quique ſint, ſtatim oſtendunt. In his igitur demonſtrandum eſt, nos alijs rectius educatos & inſtructos eſſe ad virtutem. Neq; verò deſperandum eſt, ex ijs, quæ nunc adſunt, fore, ut aliqua contingant, quę nõ adſunt. Neq; enim ignoratis, opinor, multa iã talia accidiſſe, quæ initiò quidem in malis omnes numerarent, & eorum, quibus illa vſu venerant, vicem dolerent, quum ea pôſt maximorum bonorum cauſas fuiſſe intelligerent. Et quid opus eſt exemplis longè accerſitis? quum nunc principes vrbes, Athenienſium inquam & Thebanorum, non pace ad tantam magnitudinem perueniſſe, ſed ex belli calamitatibus priſtinam dignitatem recuperaſſe videamus? Vnde altera principatum tenet: altera tanta in præſentia

A ſpe rerum meliorum.

Exemplum Athenienſiũ & Thebanorum.

tia facta eſt, quantam eam fore nemo vnquam crediditſſet. Neq; enim ignauum ocium, magnam gloriam celebritatemq; parit: ſed ingentia certamina ſuſcipienda, magna pericula illis adeunda ſunt, qui gloriæ ſplendorem expetiuerunt. Quarum rerum cupiditate, neque corporibus noſtris, neque vitæ, neque cæteris omnibus, quæ habemus, parcendum eſt. Nam ſi virtuti noſtræ fortuna fauerit, vt rempublicam in priſtinum amiſſæ dignitatis gradum reſtituamus: tùm veterum laudes ſuperabimus, tùm poſteris nihil, quo gloria nobis fortitudinis antecellant, reliqui faciemus, tùm pro dignitate rerum geſtarũ nemo nos poterit celebrare. Sed nec illud ignorare debetis, multos erectos atq; alacres expectare, quid in hoc concilio ſtatuatur. Proinde ſibi quiſq; apud animũ ſuum proponat, ſe quaſi in communi Græciæ theatro ſpecimen ingenij animiq; ſui præbiturum. Neq; verò multiplex eſt his de rebus deliberandi ratio. Nam ſi ob ius noſtrum tuendum oppetere

Ab expectatione.

mortem voluerimus: non tantùm laude & gloria, ſed etiam ſecuritate in poſterum fruemur. Sin pericula metuerimus, multis turbis ipſi nos implicabimus. Itaq; alios alij cohortati, patriæ nutricationis mercedem perſoluamus: neq; Lacedæmonem contumelioſè tractari & contemni patiamur: neq; ſpem & expectationem eorum, qui nobis benè cupiunt, fruſtremur: neq; vitæ plus æquo cupidi, gloriam celebritatemq; apud omnes homines amittamus. Cogitate quàm præclarum ſit, mortale & fragile corpus cum immortali gloria commutare: & paucis annis, qui vitæ deceſſerint, quæ ipſa per ſe breuis & incerta eſt, talem laudem & nomen comparare, quo omnis noſtra poſteritas perfruatur. Quantò enim præſtat, * arrepta hac tanta occaſione, perpetuò duraturos honores vendicare, quàm exiguo tempore in magnum dedecus prolabi? Arbitror autem, vos non alia ratione ad bellum ſuſcipiendum incendi magis & inflāmari poſſe, quàm ſi animis intueamini, tanquam aſtantes parentes liberoſq; veſtros: quorum

Peroratio.

Parentum et liberorū habenda ratio.

quorum illi hortentur, ne turpem nomini Spartano, aut legibus, in quibus educati ſumus, aut pugnis ſua ætate commiſſis, notam inuratis: hi autem prouinciam, quam maiores reliquerũt, repoſcant, & potentiam ac principatum Græcię, quem ipſi à patribus accepimus. Quid verò? num dicere poterimus, vel hos vel vel iniqua poſtulare? Quid multis opus eſt? Hoc vnum dicam: cùm noſtra ciuitas multis bellis & periculis ſit conflictata, nunquam hoſtes trophæum de nobis erexerunt, duce rege è noſtra familia. Prudentium autem virorum eſt, quibus ducibus in bellis victoria potiuntur: ijs etiam, cum bella ſuſcipienda ſuadent, potiùs quàm alijs obtemperare.

Conſilij & perſonæ ſuæ cõmendatio.

ARGVMENTVM AREOPAGITICAE ORATIOnis è Dionyſio Halicarnaſſeo.

QVIS lecta oratione Areopagitica, non modeſtior fieret? Quis inſtitutum oratoris non laudet? qui apud Athenienſes de Reipublicę forma diſputare non dubitarit, & autor eſſe, vt Democratia, quæ tùm vſitata erat, tanquam ciuitati pernicioſa, mutaretur. Qua de re magiſtratuum nemo referre inſtituebat. Videbat enim Iſocrates, eam ita eſſe prolapſam & perturbatam, vt iã nec à magiſtratibus priuati coherceri poſſent: ſed vnuſquiſq; cũ diceret, tũ faceret, quicquid collibitum eſſet: ac omnes importunam confidentiam, libertatem popularem eſſe ducerent. Suadet igitur, vt à Solone & Cliſthene cõſtituta reſpublica, veluti poſtliminio reuocetur. Cuius naturam & inſtituta recenſens, ait, illa ætate

ætate grauius exiſtimatũ eſſe, dicendo aduerſari natu maioribus, q̃ ordines deſerere. Democratiã eos iudicaſſe non in petulãtia & proteruitate, ſed in moderatione & tẽperantia cõſiſtere: libertatem poſuiſſe non in contẽptu magiſtratuum, ſed imperatis faciẽdis: poteſtatẽ improbo nemini permiſiſſe, ſed ſpectatiſſimis viris mãdaſſe magiſtrat⁹: quòd exiſtimarent, tales fore cæteros ciues, quales eſſent gubernatores ciuitatis. Tantũ verò abſuiſſe, vt peculatu rẽ familiarẽ amplificarẽt, vt ſuas opes in reipublicæ vtilitatem effunderẽt. Præterea patribus maiori curæ fuiſſe filios iã adultos, q̃ pueros: quòd adoleſcẽtiæ modeſtiã plùs prodeſſe Reipub. putarent, q̃ puerilem inſtitutionẽ: & recta ſtudia præſtare legum accuratæ cõſtitutioni. In id eos incubuiſſe, nõ vt ſupplicijs delinquentes cohercerent, ſed vt ne quid pœna dignũ ab vllo cõmitteretur: exiſtimantes, patriam quidem autoritatẽ magna florere: priuatis autem licere nihil, quod legibus interdictum eſſet, oportere: ſed eis & pericula ſubeunda, et res aduerſas infractis animis eſſe perferendas. Aliud

ALIVD ARGVMENTVM HIERONYMI VVOLFII.

RErum publicarum peſtes duæ præcipuè ſunt: Tyrannis, quãdo magiſtratus impunè in imbecilliores graſſantur, atq; ad ſuam libidinem, auariciam, ambitionemq; omnia referunt: & Anarchia, cùm populus contempta legum & magiſtratuum autoritate, omnem & loquendi & faciendi licentiam ſibi ſumit. Neutra autem perturbatio diuturna eſſe poteſt, ſed ſubinde altera alteram, velut terrigenæ illi fratres, euertit. Status inter has optimus eſt, & vera libertas, cum bonæ leges, & à magiſtratibus, & à ciuibus ſacroſanctæ habentur, & optimi ac ſapientiſſimi imperant, reliqui modeſtè parent, ac iuuentutis diſciplinæ ſumma ratio habetur. Vt autem Athenæ aliàs à tyrannis diuexatæ fuerant: ſic temporibus

huius orationis habitæ, diuerſum nomine, reipſa idem malum, ac ſæuiſſima quidem tyrannis, ferocis populi graſſatio ingruebat. Iſocrates igitur, vir ætate grauis, ſpectatæq; virtutis & ſapientiæ, referre inſtituit, de ſtatu ciuitatis emendando: idq; in ſummo conſilio Athenis, qui Areopagus, id eſt, vicus ſeu campus Martius dicebatur: Hinc Areopagiticus inſcribitur. Latinè, oratio Senatoria nominari poſſet.

ISOCRA-

ISOCRATIS AREOPAGITICA, ORATIO IIII.

Hieronymo Vvolſio interprete.

Occupatione attentionem & beneuolentiā captat.

MVltos ego veſtrûm mirari puto, quid nā in mentem mihi veniat, vt indicto conſilio prouidendū eſſe moneam, ne quid reſpublica detrimenti capiat: quaſi ea vel bellis vrgeatur, vel rebus dubijs conſlictetur: cùm & triremes amplius du-

Atheniensiū felicitas..

centas poſſideat, & agrum pacatum habeat, & maris imperium teneat, & ſocietate munita ſit, cùm multorum, qui, ſi res poſtulet, alacriter nos adiuuent: tùm longè pluriùm, qui & tributa pen-

Res ſecundas decere uitare ſuperbiā.

dant, & imperata exequantur. Quæ cum ita ſint, vos quidem dixerit aliquis, non immeritò magnis eſſe animis, vt qui longè à periculis abſitis: hoſtes autem veſtros cauſas habere timoris, ac ſaluti ſuæ conſulere oportere. Ta-

re. Tametſi autem non ignoro, vos iſta cogitantes, & denunciationem meam contemnere, & ſperare, his copijs totius Græciæ potituros: mihi tamen hæc ipſa metum incutiunt, quippe qui videam, florentiſſimas (vt ſibi perſuaſerunt) ciuitates, peſſimis vti cõſilijs: & eas quæ ſecuriſſimæ ſunt, plurimis periculis circumueniri. In cauſa illud eſt, quòd neque ſecundæ, nec aduerſæ res vllæ mortalibus ſolæ contingũt: ſed ita comparatum eſt, vt opes & potẽtiam, dementia, & cum hac, immodeſtia comitetur: inopiam autem & humilitatem, prudẽtia & moderatio. Quare difficile iudicatu eſt, vtra iſtarum partium præoptanda ſit, quam liberis quiſpiam ſuis relictam à ſe velit. Siquidem ex ea, quæ deterior habetur, res plerunque videmus incrementa ſumere felicitatis: ex altera verò, quæ præſtantior putatur, recidere ſolere in deterius. Quarum rerum plurima exempla ſuppeditant, cùm priuatæ res, frequentiſſimis obnoxiæ mutationibus: tum verò maiora, & auditoribus euidentiora, caſus noſtri & Lacedæmoniorum. Nam

Inuerſio.

Diuitias uecordia, inopiam prudẽtia comitatur.

A contingẽtibus.

Ab exemplis.

Nam & nos, euerſa vrbe à Barbaris, ob cautam & diligentem rerum adminiſtrationem, principes Græcorum euaſimus. Cùm autem nos potentia eſſe præditos inſuperabili putaremus: vrbis excidium vix euitauimus. Et Lacedæmonij, ex obſcuris olim & paruis oppidulis progreſſi, vitæ modeſtia & diſciplina militari Peloponneſum ſubegerunt. Pòſt autem faſtu & ſuperbia elati, cum terræ mariſq; imperium adepti eſſent, eadem quæ nos diſcrimina ſubierunt. Quiſquis igitur huiuſmodi mutationes non ignorat, &, cum tantas opes tam ſubitò euerſas videat, præſenti ſtatui tamen fidit, incogitans eſt, præſertim cum noſtrę vrbis res deteriore loco ſint, quàm illo tempore: cùm Græcorum odijs, tùm regis Perſarum inimicitijs renouatis, quę tum nos debellarunt. Sum equidem animi dubius, vtrum exiſtimem, nulla vos affici Reipublicæ cura: an, cùm eam curetis, non tamen animaduertere, in quantis turbis ciuitas noſtra verſetur. Nã ea rerũ veſtrarũ forma & quaſi facies eſt, vt & vrbes Thracias omnes amiſiſſe, & vltra

Athenienſium.

Lacedæmoniorum.

Inficiatio: Res Athenienſium non eſſe florentißimas.

Libera uox.

vltra mille talenta in ſtipendia militum profudiſſe, & Græcis ſuſpecti eſſe, & hoſtes facti Barbaro, & Thebanorum amicos ſeruare coacti, & veſtros ſocios perdidiſſe videamini. Ob hæc facta, bis iam, quaſi re benè geſta, ſupplicationes decreuimus: ac negligentius pro concione deliberamus, quàm hi qubus omnia ſecundiſſima acciderunt. Neque verò mirũ eſt, nos his tum actionibus, tùm caſibus implicari. Nihil enim ritè ab vllis perfici poteſt, niſi de ſumma reipublicæ rectè deliberarint. Et ſi enim nonnulla ſucceſſerint, ſeu fortuitò, ſeu virtute viri alicuius: paulò pòſt tamen in eaſdem difficultates incurrunt. Id quod è noſtris euentibus cernitur. Cũ enim vniuerſa Græcia, poſt nauale Cononis prelium, & Timothei imperium, in noſtræ ciuitatis poteſtatem cecidiſſet: res ſecundas diutius retinere non potuimus, ſed celeriter deſtruximus eas & diſſipauimus. Rempublicam enim qua quicquam rectè adminiſtretur, nec habemus, nec conſequi ſtudemus. Atqui ſcimus omnes, fecilitatem potiſſiſſimum & parare, & retinere, nõ

Cauſa erratorum, reſp. malè conſtituta.

Ab exemplo Atheníenſiũ.

eos, qui maxima & pulcherrima ſibi mœnia circundederunt, aut qui maximam hominum turbam in locum eundem conduxerunt: ſed eos, qui ſuam vrbem optimè ac modeſtiſſimè gubernant. Nec enim alia ciuitatis anima eſt, quàm forma reipublicæ: quæ vim eandem habet, quam in corpore prudentia. Siquidem hæc eſt, quæ de rebus omnibus deliberet, quæ & res ſecundas tueatur, & calamitates euitet. Ad hãc & leges & oratores & homines priuatos ſemet accommodare, & ea quoſque fortuna vti neceſſe eſt, qualem habuerint ciuitatem. Quæ cum deprauata ſit, nihil nos mouet, neq; de ea corrigenda cogitamus: ſed in iudicijs quidem ſtatum hunc accuſamus, dictitantes, in Democratia nũquam fuiſſe rempublicam æquè perturbatam: ſed ſi res ipſa, noſtriq; animi ſpectentur, magis ea delectamur, quàm illa, quæ nobis à maioribus fuit relicta. De qua ego verba faciam, proptereaq; me huc acceſſurum denunciaui. Nam hanc vnam rationem inuenio, qua & imminentia pericula declinentur, & mala vrgentia remouean-

Reſpublica felicitatis cauſa, et anima ciuitatis.

Facta dictis non conſentanea.

Docilitas.

mouëantur: ſi eam Democratiam re- uocare voluerimus, quã & Solon, quo nemo fuit populi ſtudioſior, legibus ſuis cõſtituit: & Cliſthenes, tyrannis e- iectis, populoq́; in vrbẽ reducto, in inte- grum reſtituit. Qua nec populariorem, nec reipublicę vtiliorem reperiemus. Cuius illud argumẽtum eſt maximum: quòd, qui ea vſi ſunt, rebus multis præ- clarè geſtis, & apud omnes maximam adepti gloriam, imperium à Græcis vltrò delatum acceperunt. Qui autem hanc concupiuerunt, omnibus inuiſi, & acerba multa perpeſſi, excidium & internecionem vix euitarunt. Quis verò eam politiam laudet, aut ample- ctatur, quæ & antehac tot malis cau- ſam præbuit: & nunc quotannis præ- ceps ſubinde fertur in deterius? An non metuendum eſt, ne his calamita- tum incrementis, tandem in acerbio- res clades, quàm olim, incidamus? Ne verò ſummatim tantùm hæc au- dieritis, ſed ſingulis planè cognitis, & rectiùs his de rebus iudicetis, & potiora eligatis: veſtri quidem offi- cij eſt, me dicentem attentè audire.

Sententiæ di- ctio, Solonis Democratiã eſſe reuocan- dam.

Per collatio- nem, & ab euentu.

A periculo.

Attentionem petit.

Ego verò, quàm potero breuiſſimè, conabor de harum vtraq; apud vos diſſerere. Nam qui ciuitatem illo tempore gubernabant, Rempublicam inſtituerunt, non quæ nomine quidem humaniſſimo et leniſſimo appellaretur, reipſa verò experientibus alia videretur: neq; ſic ciues erudierunt, vt in petulantia Democratiam, in legum neglectu libertatem, in confidentia æqualitatem, & in hac licentia felicitatem eſſe poſitam exiſtimarent: ſed cum tales & odiſſent & punirent, ciues vniuerſos meliores & modeſtiores effecerunt. Plurimum autem ad ſtatum felicem ciuitatis illud eis conferebat, quòd, cum duo æqualitatis putentur eſſe genera: quorum alterum idem omnibus, alterum ſingulis pro dignitate tribuit: non ignorarunt, vtra eſſet vtilior: ſed hac æqualitate, quæ nullum diſcrimen inter bonos & improbos facit, vt iniqua, repudiata, illam quę pro ſuo quenq; merito & honorat & punit, amplexi, & in gerenda Republica ſecuti ſunt. Nec promiſcuè omnes ad ſocietatem magiſtratuum admiſerunt: ſed optimum quenq;, & ſingulis

Conſilij loco veteris reip. præſtantiam enumerat, per collationem.

Duarũ æqualitatũ potior.

Magiſtratuũ electio, non ſortitio.

gulis

gulis muneribus obeũdis aptiſſimum, adhibito iudicio, prætulerunt. Nam ad eorum exemplum, penes quos ſumma rerum eſſet, etiam cæteros ſe comparaturos ſperabant. Deinde populariorem putarunt hanc rationem, ea quæ ſorte magiſtratus creat. Nam ſortitionis gubernatrix Fortuna eſt, & ſæpe magiſtratus contingunt paucorum potentiæ ſtudioſis: ſed cum integerrimi quiq; delectu habito potiores ferunt: in populi poteſtate eſt, eos eligere, qui præſentem ſtatum maximè conſeruatum volunt. Vt autem hæc multitudini placerent, nullæq; de magiſtratibus contentiones orirentur: in cauſa illud erat, quòd laboribus & frugalitati aſſueuerant, neq; ſua negligebant, alienis inhiabant: nec è publico rem priuatam ſtabiliebant, ſed de ſuo quiſq;, cùm res poſtulabat, etiam rempub. iuuabat: nec melius ſciebant quos è curia, quàm quos de ſuo reditus haberent. Quin etiam à vectigalibus ciuitatis tantoperè abſtinebant, vt illis temporibus difficilius eſſet inuenire, qui rempublicam capeſſere vellent, quàm nunc qui eius

Plebs labori & parſimoniæ aſſueta.

adminiſtratione carere poſſint. Nec enim reipublicæ curam negociationem, ſed occupationem exiſtimabant: nec à primo die computabāt, an priores magiſtratus ſordidi aliquid lucelli reliquiſſent: ſed multò magis, an aliquid neglexiſſent, quod primo quoq; tēpore cōficiendū eſſet. Deniq; ut paucis abſoluā, ita ſtatuebant, oportere populum, tanquam dominū, conſtituere magiſtratus, & punire delinquentes, & iudicare de cōtrouerſijs: ijs aūt, qui ociū agere poſſent, quiq; haberent vnde viuerent, ita curandā eſſe rempublicā, vt res maximè ſuas. Qui ſi munus ſuum rectè adminiſtraſſent, laudādos eos eſſe, illo honore cōtentos: ſin malè rē geſſiſſent: nullam eis veniā tribuendā, ſed mulctas maximas irrogādas. Enimuerò quænam aut firmior, aut iuſtior Democratia inuenietur ea, quę potētiſſimos quoſq; ſummę rerū præficit, & eorū ipſorū populū dominū cōſtituit? Ac reſpublica eorū hoc modo fuit ordinata: vnde facilè intelligitur, eos etiam in quotidianæ vitæ ratione, honeſtatis ac legum perpetuò fuiſſe ſtudioſos. Aliter enim fieri non poteſt,

Magiſtratus locupletum.

Transitio à ſumma rerū ad ſingulas partes.

poteſt, quin qui ſummæ rerũ fundamẽta ritè iecerunt, etiã ſingulas partes rectè quaſi exædificent. Ac primũ quod ad Deos immortales attinet (hinc enim ordiri mihi iurè videor) non inæqualiter, non perturbatè vel ipſos colebant, vel eorum feſta celebrabant: nec ſi quãdo viſum eis eſſet, taurorum trecentorum pompam inſtituebant, aliàs leui quapiam de cauſa etiam patria ſacra omittebant: neque feſta peregrina, quibus epulæ adhibentur, ſplendidè celebrabant, in templis autem religioſiſſimis de locationis reditibus ſacrificabant: ſed illud accuratè obſeruabant, nè à patribus acceptum quicquam vel abrogarent, vel vltra conſueta adijcerent. Nec enim magnitudine ſumptuũ religionem metiebantur: ſed eorum rituum obſeruatione, quos eis maiores tradidiſſent. Quapropter etiam Dijs mutua eorum cura fuit, ne tempeſtates temerè ac tumultuoſè errarent: ſed vt & agros colendos, & ad fruges percipiendas accommodatę eſſent. Conſimilem ad modum etiam inter ſeſe agebant. Nec enim de republica

Religio.

Fructus pietatis.

Diuitum & pauperum conſenſio.

tantùm conſentiebant, ſed in priuata quoq; vita, ſic alios alij curabant, vt cordatos viros decet, & communitate patriæ deuinctos. Nam & tenuiores ciues adeò non inuidebant ditioribus, vt æquè ſoliciti eſſent de magnis familijs, ac de ſuis: exiſtimantes, illorum diuitias ſuas eſſe copias: & locupletes, tantum aberat vt deſpicerent eos qui re minus lauta erant, vt ciuium inopiam dedecori ſibi eſſe putantes, illorum neceſſitatibus ſubuenirent, alijs agros colendos mediocri pecunia locando, alios ad negociationem ablegãdo, alijs ſortem ad alios quæſtus ſuppeditando. Nec enim metuebant, ne alterutrum ſibi vſuueniret, vt vel totius ſummæ iacturam facerent, vel magnis moleſtijs partem aliquam datæ pecuniæ recuperarent: ſed non minus tutam putabant pecuniam alijs mutuò datam, quàm domi repoſitam. Videbant enim, iudices non abuti lenitate, ſed legibus obtemperare: neq; ſibi in aliorum periculis delinquendi ſecuritatem præparare, ſed magis iraſci fraudantibus, quàm eos ipſos, quibus fiebat iniuria, & qui

Iudiciorum ſecuritas.

ſidem

fidem contractuum violarent, eos pauperibus cenſebant plus nocere, quàm opulentis. Hos enim, ſi deſinerent clientelas ſibi aſciſcere: paruis reditibus ſpoliatum iri; illos, ſi deeſſent qui opem ferrent, extrema inopia laboraturos. Itaq; cùm his animis eſſent, neq; opes ſuas cælabat quiſquam, neq; contrahere cum aliꝭs recuſabat: imo libentius videbant eos, qui mutuum petebant, quàm qui reddebãt. Vtraq; enim illis vſu veniebant, quæ prudentes homines expetenda cenſeant, vt ſimul & ciuibus prodeſſent, & ſua re familiari quæſtum facerent: &, quod ſummum eſt, ac ad ciuilem cõſuetudinem aptiſſimum, vt & poſſeſſiones in tuto eſſent ꝭs, qui eas iure tenebant, & vſus earum ex æquo communis ciuibus omnibus qui indigerent. Fortaſſis autem erunt, qui hæc quæ diximus, reprehendant, quòd actiones illorum temporum laudem: cauſas autem, propter quas & inter ſeſe tam pacatè vixerint, & vrbem tam præclarè gubernarint, non explicem. Ego vero et ſi nonnihil eius quoq; generis me dixiſſe puto: plura tamen

Per occupationem cauſas ſuprà dictorum recenſet.

& dilucidiùs his de rebus diſſerere conabor. Nã illi quidem, nõ vt puerilis inſtitutionis magnam curã habebant, ſic adultis omnem quiduis agendi licentiã dabant: ſed qui iam integra ętate erant, diligentiùs curabantur quã in pueritia. Maiores enim noſtri, modeſtiæ tantam rationem habuerunt, vt Senatum Areopagiticum cenſuræ morum præfecerint: in quem ordinem admitti nefas erat, niſi & honeſto loco natos, et virtute ac vitę modeſtia ſpectatiſſimos. Quare nõ mirum eſt, eum Senatum vniuerſis totius Grȩcię cõcilijs antecelluiſſe. Quæ autem olim eius loci ratio fuerit, ex his, quę etiam hodiè fiũt, intelligitur: cum nunc etiam deſignatos & delectos in hunc ordinem videamus, etiamſi cæteris in rebus intolerabiles ſint, vbi in Areopagum aſcenderint, non audere naturæ ſuæ indulgere, ſed illis inſtitutis potius vti, quàm prauitati ſuæ immorari. Tantum illi metum improbis inieccerunt, ac tam illuſtre ſuæ virtutis & modeſtiæ monumentum in eo loco reliquerunt. Hunc igitur talem, vt dixi, ſenatum cenſuræ morum prȩfecerunt.

Adoleſcentum cura.

Senatus Areopagiticus cenſor morũ.

Emendatio morum, conſtitutione legum curanda diligentius.

fecerunt. Et quidē inſcitiæ reos egerunt eos, qui ibi præſtantiſſimos viros fore putarent, vbi leges exquiſitiſſimæ haberetur. Quod ſi eſſet, nihil prohibere, quò minus omnes Græci æquales eſſent: cum procliue ſit, leges alios ab alijs exſcriptas mutuari. Sed non eam rem virtutis afferre incrementa, ſed quotidianæ vitæ conſuetudinem. Nam pleroſq; ijs moribus ſimiles euadere neceſſe eſſe, quibus ſinguli educati fuerint: multitudinem autem, & accuratiorem legum conſtitutionem, ſignum eſſe mali ſtatus Reipublicæ. Nam dum delicta quaſi aggeribus obiectis cohercere nitantur, neceſſariò cumulari leges. Decere autem prudentes magiſtratus, non porticus implere legibus, ſed efficere, vt ciues animis inſitum habeant iuſticiæ ſtudium. Non enim Senatusconſulta, aut plebiſcita, ſed præclara inſtituta felicem efficere ciuitatem. Nam homines malè inſtitutos, leges etiam exquiſitiſſimas negligere audere. qui autem rectè & conſtanter educati ſint, eos * demum bonis legibus velle obtēperare. Hęc illi cogitātes,

* *uel improbis legibus.*

non

non primùm ſpectabant, quibus modis immodeſtos punirent: ſed qua ratione ciues adduci poſſent, vt ne quid vellent pœna dignum admittere. Hoc enim ad ſe pertinere exiſtimabant: ſupplicijs infligendis inuigilare, hoſtium eſſe. Curabant igitur, cùm omnes ciues, tùm verò adoleſcentes inprimis. Videbant enim, eam ætatem turbulentiſſimis affectibus agitari, & plurimis redundare cupiditatibus: maximeq́ue neceſſarium eſſe, ita illam inſtitui, vt honeſtis ſtudijs & temperatis voluptate laboribus gauderet. Eos enim qui liberaliter educati, & magnitudini animorum aſſuefacti eſſent, in ſolis illis rebus perſeueraturos. Vniuerſis porrò eaſdem exercitationes præſcribere, in tanta rei familiaris inæqualitate, non potuerunt: ſed ut ſingulorum facultates ferebant, ita ſingulis præcipiebant. Nam tenuiores ad agriculturam, & negociationes deducebant: non ignari, & inopiæ cauſam eſſe pigriciam: & ad facinus inopia pleroſq́ue impelli. Quare fonte malorum ſublato, etiam cætera delicta, quæ inde velut ebullirent, cenſebant

Qualis fuerit adoleſcētiæ inſtitutio.

Pauperū exercitationes.

ſebant poſſe præcaueri. Locupletes autem animũ ad rem equeſtrem, ad gymnaſia, ad venationes, & philoſophiam adiungere cogebant. Hoc enim eam vim habere perſpiciebant, vt alij virtutibus excellerent, alij flagitijs plurimis abſtinerent: neq; contenti ſolas leges tuliſſe, de cætero negligentes erant: ſed ciuitate in tribus, regione in municipia diſtributa, vniuſcuiuſq; vitam ſpectabant, & immodeſtos in ſenatum ducebant. Is verò alios monebat, alijs minitabatur, alios, vt par erat, puniebat. Duas enim ſciebant eſſe rationes, quæ & ad iniurias incitarent, & à ſceleribus reuocarent. Nam apud quos nemo ſtudium habeat flagitia vel cauendi, vel puniendi, vbi nulla ſeuera iudicia exerceantur: ibi etiam bona ingenia corrumpi. Vbi autem delinquentes neq; facilè deliteſcant, neq; conuicti veniæ ſpem habeant: ibi demum naturæ morumq; prauitatem paulatim aboleri. Illi igitur, his cognitis, vtraq; re ciues in officio continebant, & pæna & diligentia. Tantum enim aberat, vt laterent eos hi qui deliquiſſent, vt antè animaduerterent,

Locupletum ſtudia.

Pæna et diligentia tolluntur ſcelera.

uerterēt, quoſnam veriſimile eſſet, peccaturos eſſe. Quare non in luſtris adoleſcentes aleam ludebant, nec verſabātur apud tibicinas, aut in huiuſmodi cōuentibus, in quibus nunc totos dies cōterunt: ſed ijs ſtudijs immorabantur, quibus erant deſtinati: & qui principem in illis locum tenebant, eos admirabantur & ſectabantur. Forum autem ita fugiebant, vt, ſi quando tranſire cogerentur, id magna cum verecundia & modeſtia facere viderentur. Senioribus verò aduerſari, aut maledicere, grauius eſſe putabant, quàm nunc parentes violare. Iam in caupona edere, aut bibere, nemo ne frugi quidē ſeruus audebat. Grauitati, nō ſcurrilitati ſtudebant: & homines dicaces, & ad irridendum paratos, quos nūc facetos vocāt, illi calamitoſos iudicabāt. Neque verò me quiſquam exiſtimet iratum eſſe iſti ętati. Neque enim quicquam harum rerum adoleſcentibus eſt imputandum: & plurimos eorum ſcio iſta ratione minimè delectari, qua impunè licet tam petulanter agitare. Quare iniquum fuerit, eis ſuccenſere: illi potiùs accu-

Diſciplinæ fructus.

Occupatiōis ſpecie tranſit ad corruptū ciuitatis ſtatum reprehendendum, adhibita collatione.

accuſandi ſunt, qui paulò ante nos rempublicam geſſerunt. Iſti ſunt, qui primi huic licentiæ feneſtram, fracta Senatus autoritate, patefecerunt. penes quem dum ſumma rerum eſſet, non accuſationibus, non criminationibus, non exactionibus, non paupertate, neq; bellis ciuitas redundabat: ſed ciues & inter ſe concordes & tranquilli erant, & cum alijs vniuerſis pacatè viuebant. Præbebant enim ſe & Græcis fideles, & Barbaris formidabiles. Nam illos quidem conſeruarant, hos autem ſic vlti erant, vt benè ſecum agi putarent, ſi nullis præterea malis afficerentur. Vnde etiam factum eſt, vt in magna ſecuritate degerent, & pulchriora ac ſumptuoſiora eſſent ædificia, & apparatus in agris quã intra mœnia: multiq; ciuium nec in ſolennibus feſtis in vrbẽ deſcenderent, ſed ſua re familiari, quàm publicis ſpectaculis frui mallent. Nec enim illa, quorũ gratia veniſſet aliquis, luxurioſè aut ſuperbè, ſed cordatè inſtruebant: neq; felicitatem pomparum aut ædilitiorum munerum contentionibus, aut ſimili quapiam inſolentia metie-

Quæ nunc ſunt.

Quæ olim facta ſunt.

Vita in agris

Spectacula.

Felicitas.

metiebantur: ſed quotidianæ vitæ modeſtia, et tali rerũ neceſſariarum copia, vt ne qui ciues egerent. Quibus è rebus æſtimandi ſunt verè felices, & non importunè gerentes rempublicam. Nam quis quæſo vir prudens eſt, vt nunc quidem res habet, quem hic ſtatus non magno dolore afficiat? cum viderit ciuium quoſdam, an ipſi habituri ſint ad victum neceſſaria, necne, ante prætoria ſortem ducere: & è Græcis eos qui remos agere voluerint, ali iubere? in aureis veſtimentis ſaltare: in ijs hybernare, quæ ego dicere nolo: ſicut & alia multa prætereo, quæ inter ſeſe minimè conſentiunt in hac gubernatione, ac magnum dedecus reipublicæ imprimunt. Quarum rerum, illo Senatu, nihil erat. Leuabat enim is inopia tenuiores beneficijs, & locupletum adiumentis. Iuuentutis intemperantiam honeſtis inſtitutis, & acri animaduerſione cohercebat. Magiſtratuum auariciæ frenos inijciebat ſupplicijs, & indagatione ſolerti iniuriarum. Senibus torporem excutiebat honoribus gerendorum magiſtratuum, & adoleſcentum obſeruan-

Contrarietates turpes.

Cura pauperum adoleſcentum.

Magiſtratuum.

Senum.

obſeruantia. Quæ igitur, per Deos immortales, reſpublica melius conſtitui queat ea, quæ rerum omnium curam tam diligentem ſuſcepit? Ac inſtituta quidem illius ætatis pleraque recenſuimus: ſi quæ verò prætermiſimus, illorum quoque cõſimilem fuiſſe rationem, de hiſce facite intelligitur. Non defuerunt autem, qui audita hac oratione, tum me maximis laudibus extulerint, tum maiorum noſtrorum felicitatem prædicarint, qui hanc gerendæ reipublicæ rationem ſecuti eſſent: non tamen exiſtimarint, vos eam æmulaturos, ſed fore, vt ui conſuetudinis impulſi, malitis, iſto rerum ſtatu acerba perpeti, quàm emendatione reipublicæ vitam degere feliciorem. Addebãt etiam, eſſe mihi periculũ, ne, dum optima cõſulerem, infenſus plebi, & oligarchiæ inſtituendæ cupidus viderer. Ego verò, ſi de rebus ignotis & nouis verba facerem, & ad illas conſtituendas vos indicto concilio creare conſeſſores, aut ſcribas deligere iuberem, per quo antehac popularis ſtatus abrogatus eſt: iure hoc nomine accuſarer. Nunc tale nihil

Occupatio, Rectæ rationi potius, quàm prauæ conſuetudini parendum.

Alia occupatio: non mutandæ, ſed corrigendæ reipub. ſe autorem eſſe.

dixi, ſed de gubernatione diſſerui, non occulta, ſed manifeſta: quam ſcitis omnes & patriam vobis eſſe, & cùm reipublicæ noſtræ, tùm cæteris Græcis plurimas peperiſſe vtilitates: atq; etiam ab ijs viris ſancitam & conſtitutam, quos nemo eſt, quin omnium ciuiũ maximè fuiſſe populares fateatur. Quare mecum iniquiſſimè ageretur, ſi talis reipublicæ ſuaſor, nouarum rerum cupidus exiſtimarer. Deinde vel ex eo mea mens facilè perſpicitur, quod è plerisq; meis orationibus apparet, oligarchias & iniuſtas prærogatiuas à me vituperatas: æqualitatẽ verò & democratias laudatas eſſe, non quidẽ omnes, ſed rectè ordinatas: neq; id à me factum eſſe temerè, aut fortuitò, ſed iure atque prudenter. Nam & maiores noſtros ea ratione longè alijs præſtitiſſe: & Lacedæmoniorum ob hoc maximè rempublicam ſcio florere, quòd populari ſtatu maximè vtuntur. Nam & in magiſtratuum creatione, & in quotidianæ vitæ conſuetudine, cæterisq; ſtudijs apud eos ęquitatem & ęqualitatem plus valere videmus, quàm apud cæteros: quæ

Democratiæ laus, cum diſtinctione.

Lacedæmoniorum democratia.

quæ quidem inſtituta vti ſunt Oligarchijs contraria, ſic in bonis Democratijs vſitata. Quòd ſi rem accuratè perpenderimus, claris & magnis ciuitatibus democratias vtiliores oligarchijs eſſe inuenimus. Etenim vel noſtram rēpublicã, quæ ab omnibus reprehēdi ſolet, ſi cōferatur nō cum ea, quam modò recenſui, ſed cū illa, quæ triginta tyrannorū tēporibus extitit: nemo erit, quin diuinitus eſſe factam arbitretur. Lubet autem, licèt ab inſtituto alienum videri queat, ſignificare & cōmemorare, quãtum inter hãc noſtrã & illã interſit: ne me quis exiſtimet in populi delicta quidem ſeueriùs inquirere: ſi quid aūt pręclarè magnificeq; ab eo geſtum ſit, præterire. Erit autē hæc cōmemoratio neq; prolixior, nec inutilis audientibus. Nã cùm nauibus ad Helleſpontū amiſſis, illas reſpublica clades accepiſſet: quis è natu maioribus ignorat, eos, qui populares vocabantur, quiduis perpeti pro tuēda libertate fuiſſe paratos, atq; indigniſſimum iudicaſſe, eam ciuitatē, quæ Græcis imperaſſet, aliorum imperio

Specie digreßionis, ſe præſentē ſtatum laudare ſimulans, cū veterē celebret, idq; per collationem, delinit auditores, atq; officij commonefacit.

Comparatio popularium, & paucorū potentiæ ſtudioſorum.

parêre: et hos quidem hoſtes iudicatos: paucorum autem potentiæ ſtudioſos non recuſaſſe, quò minus & mœnia diruerent, & in ſeruitutem ſe traderent: Ac tum quidem, cum ſumma rerum penes multitudinem eſſet, nos aliorum arcibus impoſuiſſe præſidia: cum autem triginta illi rempublicam gererent, ab ſtoiſtibus noſtram arcem occupatam: Illo tempore Lacedæmonios fuiſſe noſtros dominos: poſtquàm verò exules reuerſi, pro libertate pugnare auſi fuerunt, & Conon prælio nauali vicit, legatos ab eis veniſſe, qui noſtræ ciuitati maris darent imperium: Iam quis meorum æqualium non meminit, in illa Democratia vrbem ſic exornatam fuiſſe & templis & ſacrificijs, vt qui etiamnum huc adueniunt, eam eſſe dignam cenſeant, non Grciæ tantùm, ſed totius etiam orbis imperio: triginta verò tyrannos & ſacrificia neglexiſſe, & fana expilaſſe, & naualia tribus talentis deſtruenda vendidiſſe, quæ Reipublicæ non minus mille talentis conſtiterunt: Ac ne clementiam quidem illorum quiſquam laudarit magis, quam

Libertatis amor.

Imperij dignitas.

Patriæ charitas.

quàm Democratiæ. Nam illi quidem ex Senatúsconſulto ſumma rerum potiti, M. & CCCCC. ciues indicta cauſa occiderunt, in Piræeum amplius quinq; millia fugere coegerunt. Hi autem conſecuti victoriam, & armis recuperata patria, non niſi nocentiſſimis è medio ſublatis, ſuas controuerſias ea moderatione animorum & æquitate compoſuerunt, vt qui cęteros eiecerant, ęquali iure cum ijs viuerent, qui ſeſe ipſi reſtituiſſent. Illud certè maximum eſt, & pulcherrimum æquitatis & manſuetudinis populi argumentum. Nam ijs qui in vrbe remanſerant, talenta C. à Lacedæmonijs, ad eos obſidendos, qui Piræeum occuparant, mutuatis: indicta de reddenda pecunia concione, cũ multi æquum eſſe dicerent, vt Lacedæmonijs ſatisfacerent, non ij qui obſidionem toleraſſent, ſed qui mutuò ſumpſiſſent: populus, vt communiter ab omnibus ſoluto fieret, decreuit. Enimuerò cum his animis eſſent, in tantam nos concordiam redegerunt, & ſic Rępublicam auxerunt, vt Lacedæmonij, qui in Oligarchia ſingulis ferè diebus,

Obliuio iniuriarum.

AEris alieni ſolutio.

Euentus cõcordiæ.

nobis aliquid imperabāt, in Democratia ſupplices orarent, ne ſe à Thebanis funditùs excindi pateremur. Ad ſummam, vtriſq; hoc propoſitum, hoc conſtitutum ac deliberatum fuit, vt alteri ciuibus imperare, hoſtibus ſeruire vellent: alteri alijs imperare, cum ciuibus pari & æquo iure viuere ſtuderent. Hæc duabus de cauſis recenſui, primùm, vt oſtenderem, me nec oligarchiæ, nec vllius iniuſtæ prærogatiuæ ſuaſorem eſſe, ſed rempublicam iuſtam et modeſtā deſiderare. Deinde vt perſpiceretur, & malè conſtitutas democratias, pauciores gignere calamitates: et eas, quæ bene adminiſtrātur, hoc ipſo excellere, quòd & iuſtiores ſint, & humaniores, & ciuibus iucūdiores. Sed aliqui fortaſſe mirabuntur, quid in mentem mihi venerit, qui vobis autor eſſe non dubitem eius reipublicæ, quæ tanta & tam præclara fecerit, mutandæ: aliàs tantoperè democratiam laudem, alàs temerè, mutata rurſum ſententia, præſertim ſtatum increpem & reprehendam? Ego verò etiam priuatos homines, qui pauca rectè agunt, in multis delinquunt, accuſo,

Compendiū cōparationis

Cauſa interpoſitæ narrationis.

Per occupationem redit ad obiurgationē: & abiecta uulpina pelle, reſumit leoninam.

Inficiatio: paucis rectè factis multa malefacta nō excuſantur.

accuſo, & deteriores exiſtimo quàm deceat: eos item, qui ex integerrimis viris nati, hominibus nequiſſimis & improbiſſimis paulò quidem probiores ſunt, ſed à virtute parentum longè degenerarunt, vitupero: eosq; monitos velim, vt tales præbere ſe deſiſterent. Idem & de ſtatu publico ſentio: ac nullam nobis cauſam eſſe, cur ſuperbiamus, & præclarè nobiſcum agi putemus, ſi paulò maior ſit apud nos legum reuerentia, quàm apud homines illos nefarios & inſanos: indignari potiùs ac ægrè ferre debemus, nos maioribus noſtris eſſe deteriores. Nec enim cum triginta tyrannorum improbitate, ſed cum horum virtute certandum nobis eſt: præſertim cum bonitate vniuerſis mortalibus nos deceat antecellere. Ad hunc modũ, non nũc primùm, ſed ſæpè iam, et apud multo diſſerui. Nã in ſingulis alijs locis, peculiari quodam genio, fructus & arbores & animantium innaſci genera ſcio, quæ longè alijs pręſtẽt: noſtram aũt tellurem viros & educare & gignere poſſe, tùm ad artes tractandas & res gerẽdas ingenioſiſſimos,

Parua laus eſt, nequiſsimis eſſe probiorem.

Adhortatio ad ſummam laudem, ſumpta à præſtantia ingeniorum.

tûm fortitudine & virtute præſtantiſſimos. Idq́ & ex vetuſtis prælijs iudicādum eſt, quę cũ Amazonibus & Thracibus & Peloponnenſibus vniuerſis commiſerunt, & è periculis, quæ bellis Perſicis adierunt: in quibus & ſoli, & Peloponnenſibus ſocijs, tum pedeſtribus, tum naualibus pugnis, Barbaris ſuperatis, præter cæteros fortitudinis laudem, clariſſimis facinoribus editis, meruerunt. Neq; verò quicquam eiuſmodi feciſſent, niſi natura longè alijs præſtitiſſent. Cæterum nemo putet, ad nos, qui nunc vrbem tenemus, laudationem hanc pertinere. Longè aliter ſe res habet. Nam tales orationes vt ijs laudi ſunt, qui ſe dignos virtute maiorum prębuerunt, ſic ad eos accuſandos pertinent, qui nobilitati ſuæ ignauia & flagitijs labem aliquam aſperſerunt: id quod nos facimus. Nec enim diſſimulanda veritas eſt. Cum enim talis natura eſſet, eam non conſeruauimus, ſed in ignorationem incidimus & tumultum, & malarum rerũ cupiditatem. Verùm ſi dicēdo quęreſtant omnia perſequēs, ea quæ nunc geruntur, reprehendero & accu-

Digreſſiuncula, reprehenſionis aſperitatem leniens.

Maiorũ laudes, ſunt degeneris poſteritatis uituperationes

Reiectio.

& accuſaro; vereor ne longius ab inſtituto aberrem. Ac de illis quidem rebus & antè diximus, & iterum dicemus, niſi vobis perſuaſero, vt talibus delictis modum faciatis. De his autem quæ ab initio inſtitui, vbi pauca diſſeruero, locum dabo alijs, ſi qui præterea dare conſilium volent. Nos, ſi rempublicam ita geremus, vt nunc fit: aliter fieri non poterit, quin cõſimilem ad modum & cõſultemus & belligeremus, & viuamus, & ferè omnia mala tum feramus, tum faciamus, quæ & in præſentia & olim acciderunt. Sin rempublicam mutauerimus; eâdem ratione conſentaneum eſt, tales noſtras quoq; res fore, quales maiorum noſtrorum fuerunt. Ex eâdem enim gubernandi ratione actiones etiam ſemper æquales & conſimiles exiſtere, neceſſe eſt. Deliberandum itaque, maximarum rerum contentione facta, vtræ nobis ſint eligendæ: Ac primum videndum, quomodo tum Græci, tum Barbari, erga illam politiam affecti fuerint, & qui nunc illorum animi ſint erga nos: Nec enim hæc duo hominum genera minimam partem conferunt ad

Peroratio actionum, & euentum collationem repetens.

Græcorum & Barbarorum affectio erga Athenienſes.

felicitatem, ſi de nobis benè ſenſerint. Græci igitur, ſic illo tempore noſtris magiſtratibus fidebant, vt eorum plurimi vltrò noſtræ ciuitati ſe traderent. Barbari verò tantùm aberant, vt ſe rebus Græcorum admiſcerent, vt neq; longis nauibus proximè Phaſelidem accederent, neq; cũ exercitu intra Halyn amnem deſcenderent, ſed in ſummo ocio ſe continerent. Nunc eò res redierunt, vt alteri noſtram vrbem oderint, alteri nos contemnant. Ac de Græcorum quidẽ odio prætores ipſos audiuiſtis. Rex Perſarum autem, ſuum erga nos animum literis miſſis declarauit. Etiam illud addendum eſt, dùm ille præclarus ordo in republica ſeruabatur, ita ciues ad virtutem fuiſſe inſtitutos, vt inter ipſos nulli motus orirentur: ſed vt omnes eos, qui in Atticam impetum feciſſent, pugnando ſuperarent. Nos contrà, alios alij laceſſere nullum diem intermittimus: rem verò militarem ita negligimus, vt nec militiæ dare nomina audeamus, niſi accepta pecunia. Et, quod maximum eſt, eo tẽpore nemo ciuis rei familiaris penuria labora-

Ciuiũ mores.

Mendicorum multitudo.

laborabat, neq; ab obuijs ſtipe roganda vrbem probro afficiebat: nunc plures ſunt qui egeant, quàm qui rem habeant. Quibus profectò vitio verti nõ debet, ſi rempublicam nihil omninò curant, ſed ſemper in hoc vnum ſunt intenti, quibus rationibus vrgẽtem quotidiè famem depellere liceat. Ego itaq;, cùm nos putarem, ſi maiores noſtros imitaremur, & his malis liberatum iri, nec noſtræ tantùm ciuitati, ſed vniuerſis etiam Græcis fore ſaluti: ea de cauſa & huc acceſſi, & hanc orationem habui. Vos autẽ his omnibus conſideratis, ea decernitote, quæ è Republica fore maximè videantur.

IN ISOCRA-

IN ISOCRATIS ORATIONEM DE PACE ARGUMENTUM.

MIſus Chares ad Amphipolim, quę tũ libera, ſuiq; iuris erat ſubigendã, (nam & Lacedęmonios afflixerat clades Leuctrica, & Athenienſes parũ poterant) quum ſe illius vrbis quouis tempore facilè poſiturum crederet, ac veteris potentiæ Athenienſibus reſtituendæ cupidior eſſet; Chios & Rhodios, cæterosq; ſocios bello adortus, & illis reſiſtentibus, victus eſt, ita vt inops conſilij neſciret quò ſe uerteret. Nam ſi omiſſis illis, Amphipolim petijſſet: ipſi Atticam inuaſuri erant, ad vlciſcendas iniurias. His Athenienſes auditis, pacem petierunt: quam Chij & Rhodij cæteriq; ſtatim dederunt. Et hoc bellum illud eſt, quod Sociale dicitur. Cum igitur indicta concione, de bello componendo deliberaretur; Iſocrates in medium pro-

progreſſus, ſuadet, omiſſis negocijs nō neceſſarijs, ocium eſſe complectēdum. Bipertita eſt oratio. id enim agit, partim vt Chijs cæteriſq; ſocijs libertas permittatur, partim vt maris imperio abſtineatur. Contra poſteriorem hanc partem fertur Ariſtides edidiſſe orationem, qua huic orationi de pace contradicit. Hæc ſumma orationis eſt. Præcipuum argumentum ab vtili ducitur. Deliberatiui generis eſt oratio, cum pax ſuadeatur. Quòd ſi quando communi exordio vti cōgeris: tractationem tamē peculiarem, ut hic fecit Iſocrates, adhibeto. Nam illud quidem, de magnis rebus, pace nimirum & bello, deliberatur: commune eſt. Quum autem additur, tametſi omnes hoc modo exordiri ſolent: nouitas orationi elegantiſſimè conciliatur.

Aliud

ALIVD ARGVMENTVM EX DIONYSIO.

QVISnam vehementius ad colendam iuſticiam & pietatem, cùm ſingulos priuatimt,um publicè totas ciuitates adhortari queat, quàm ſcripta de Pace oratio? qua ſuadet Athenienſibus, ne aliena appetant, ſed ſuo contentos eſſe iubet, & paruis oppidis tanquam fundis ſuis parcere, ac ſocios in officio beneficijs, non ui & neceſſitate continere: è maioribus autem imitari, non eos, qui ante bellum Decelicum, propemodum ciuitatem euertiſſent, ſed illos, qui ante bellum Perſicum, perpetuum virtutis ſtudium habuerunt. Oſtendit, non multitudine triremium, aut imperio in Græcos per vim exercendo, rempublicam augeri: ſed iuſtis potius conſilijs, iniurijsq; prohibendis. Beneuolentiam Græcorum, quam ad beatè viuendum plurimum conferre exiſtimat, ciuitati ut con-

vt concilient, in primis hortatur; & ut ad bellum quidem parati ſint & inſtructi, ſed pacis ita ſtudioſi, vt neminem ullis iniurijs afficiant: quòd neq; ad parandas opes, neq; ad gloriam, neq; deniq; ad felicitatem, quicquam tantum conferat, quantum virtus & eius partes. Eos autem qui aliter ſentiunt, reprehendit, qui exiſtiment, iniuſticiam quidē eſſe callidam, & ad quotidianā vitam vtilem: iuſticiam verò incommodam, & alijs, quam his, qui ea pręditi ſint, cōducibiliorem. Equidem ignoro, an quiſquam orationes vel meliores, uel veriores, vel magis philoſophiæ conſentaneas habere queat.

Aliud

ALIVD ARGVMENTVM EX ORATIONE de Permutatione.

QVæ cum ita ſint, tamen exiſtent aliqui ex iſtis, qui cum ipſi excogitare nihil, aut dicere poſſint, quod audire ſit operæ precium: in eo ſtudio ætatem conſumunt, vt aliorum rectè dicta cauillētur & exagitent: qui ea quæ recenſuimus, eleganter & eruditè eſſe dicta ſine inuidia fateantur: longè tamen vtilius & pręſtantius eſſe dictitent, ea quę prauè nūc ac temerè agantur, reprehendere quàm res olim geſtas laudare: & de hoc Reipub. ſtatu emendando conſilium dare, quàm vetera facinora commemorare. Vt igitur illis hæc quoq; calumnia adimatur, omiſſa defenſione ſuperiorum, tantam uobis alterius orationis partem narrare conabor, quanta modò recitata eſt. Vnde conſtabit, me in his omnibus ſtudioſè laboraſſe. Agitur autē

initiò

initiò de pace faciẽda cum Chijs, Rhodijs, & Byzantijs. Cùm enim è republica eſſe oſtendiſſem, ut bellum componeretur: dominatum in Græcos vſurpatum accuſo, & maris imperium damno, ac id nihil aliud eſſe quàm monarchiam, ſiue actiones ſiue clades ſpectentur, pronuncio: quid item ex eo noſtræ ciuitati, quid Lacedæmonijs, quid alijs omnibus vſu venerit, cõmemoro. His explicatis, & Græciæ calamitates deploro, & ciues admoneo, vt malis illis remedium aliquod inuenire ſtudeant. Deniq; ad colendam iuſticiã adhortor, & errata reprehendo, & de republica in poſterum ordinanda do conſilium.

ISOCRATIS DE PACE, SIVE SOCIALIS, ORATIO V. HIERONYMO Vvolſio interprete.

Attẽtio à re per collationem.

SOlent omnes, qui ex hoc loco verba faciunt, ea dicere, de quibus ipſi cõſilium daturi ſint, maximi eſſe momenti, & Reipublicæ plurimum intereſſe. Verùm ſi vllis alijs negocijs tale conuenit exordium: eo nobis in præſentia vel in primis vtendum eſſe cenſeo. Nam in hoc conuentu, de pace & bello deliberatur: quæ duæ res maximas in vita mortalium vires habent, alijsq́ felicioſ res neceſſariò reddunt eos, à quibus prudenter adminiſtrantur. Etſi autem tanta res nunc agitur: non ſimili tamen ſtudio vos omnium orationes audire video: ſed alijs auſcultare, aliorum

Pax.

Bellum.

Libera vox.

orum ne vocem quidem tolerare. Id quod equidem nihil miror. Nam ſuperiori etiam tempore ſoliti fuiſtis cæteros omnes eijcere, præter eos, qui cupiditates veſtras defenderent. In quo certè reprehendendi eſtis. Nam cùm multas & magnas familias ab aſſentatoribus funditùs euerſas eſſe ſciatis, & priuatis in rebus, eos qui iſtis animis ſunt, oderitis: in republica non eodem modo in illos eſtis animati: ſed cum eos reprehendatis, qui iſtos admittunt, eorumque conſuetudine delectantur: vos ipſos plus illis credere, quàm reliquis ciuibus, apparet. Etenim ipſi effeciſtis, ut oratores meditentur & exquirant, non ea quæ futura ſint è Republica, ſed vt orationes habeãt vobis gratas: ob quas etiam nunc eorum multitudo cõfluxit. Omnibus enim perſpicuum eſt, vos iĳs delectari magis, qui ad bellum adhortentur, quàm his, qui pacem ſuadeant. Nam illi ſpem faciunt & poſſeſſionum *, quæ ſunt in vrbibus, recipiendarum, & veteris potentiæ recuperandæ: hi tale nihil oſtentant, ſed quieſcendum eſſe dicunt, neque res magnas per

Dehortatio ab aſſentatione, à noxio.

A pugnantibus.

Oratores auram popularem captant.

** Aſianarũ.*

Illecebræ adulatorum.

Moleſtiæ monitorum.

 iniuriam

iniuriam appetendas, ſed in ijs quæ adſunt acquieſcēdum: quo maximæ hominum parti factu nihil eſt difficilius. Sic enim è ſpe plerique pendemus, & inſatiabili cupiditate rerum, quæ aliquā vel iniuſti lucri ſpeciem habent, tenemur, ut ne locupletiſſimi quidem ſuis opibus contenti ſint, ſed in appetitione maiorum copiarum, etiam partas opes in diſcrimen adducant. Et quidem prouidendum eſt, ne in ſimilem nos quoque amentiam incidamus. Nimis enim mihi quidam ad bellum videntur incitati, non quaſi plebeius aliquis cōſuluiſſet, ſed tanquam deus quiſpiam proſperrima quæque nobis, & facilem hoſtium victoriam promiſiſſet. Eſt autem prudentium hominum, de his, quæ comperta habent, non deliberare (ſuperuacaneum enim fuerit) ſed quæ decreuerint maturare. At quibus de rebus conſultant, eas non exploratas ſibi eſſe putare, ſed coniectura vti, & in fortunæ arbitrio euentum eſſe poſitum, exiſtimare debent. Quorum vos neutrum facitis, ſed in quanta maxima fieri poteſt verſamini perturbatione.

Inexplebilis cupiditatis ſitis.

Perſtringit temeritatem bellaturientium.

Nam

Nam ita quidem conueniſtis, quaſi ex omnium ſententijs id ſit eligendum, quod ſit è Republica maximè: ſic autẽ tanquam ſatis iam noueritis, quid factũ ſit optimum, non niſi eos audire vultis, qui ad gratiam concionantur. Enimuerò decebat uos, ſi publicam vtilitatem ſpectaretis, attentius eos audire, qui volũtatibus veſtris aduerſantur, quàm illos, qui aſſentantur omnia. Nec enim ignoratis, ab his, qui ea, quæ vultis, ex hoc loco dicunt, facilè vos poſſe decipi. Nam ad voluptatem audientis inſtituta oratio, quaſi tenebras circumfundit, quò minus id, quod vtiliſſimum eſt, perſpiciatis: ab his autem, qui conſulẽdo veſtram gratiam non aucupantur, nihil eſt tale metuendum. Nullo enim modo vos à ſententia abducent, niſi quid expediat, euidentiſſimè demonſtrarint. Preterea qui fieri poteſt, vt vlli vel de præteritis rectè iudicent, uel de futuris prudenter deliberent, niſi contrarias inter ſe rationes conferant, & æquos vtriſq; auditores ſe præbeant? Miror equidem neq; ſenes adhuc meminiſſe, neq; adoleſcentes è quoquam audiuiſſe,

Reprehenſio delicatarum aurium.

Inuerſio per collationem.

Aduerſariæ rationes audiendæ.

Ab exemplis

Pax bello ſemper commodior.

audiuiſſe, per eos, qui pacem retinẽdam eſſe monuerũt, nihil vnquam nobis accidiſſe mali: eos autem, qui bella temerè ſuſceperũt, nos in multas iam et magnas clades conieciſſe. Quæ nos minimè in memoriam reuocamus: ſed cum rebus noſtris ea ratione haud conſulatur, tamen parati ſumus & claſſem in mare deducere, & tributa conferre, & auxiliari, & bella inferre quibuſuis, quaſi alienę vrbis periculo dimicemus. Huius rei cauſa hęc eſt, quòd reſpublica nõ minori curæ uobis eſſe debebat, quàm priuata: vos autem erga illam nõ eodem animo affecti eſtis. Nam cũ veſtris de rebus deliberatis, in conſiliũ adhibetis eos, qui prudentia vobis antecellunt. Cũ autem de Republica cõueniſtis, talibus quidem diffiditis & inuidetis: improbiſſimos verò eorũ qui ſuggeſtum cõſcendunt, laudatis: & populariores eſſe ducitis ebrios quàm ſobrios, & amentes quàm cordatos: & eos, qui publicã pecuniã diſtribuunt, quàm hos, qui de ſua re familiari munera vobis obeunt. Quare mirum eſt, quenquã eſſe qui ſperet, dum hi conſultores audiuntur,

Reſpublica minus curatur, quàm priuata.

diuntur, melius actum iri cum Republica. Ego verò, quàm arduum ſit aduerſari ueſtris cupiditatibus, non ignoro: &, cùm popularis reſpublica ſit, non eſſe libertatem, niſi hic ſtolidiſſimis veſtriq́ cōtemptoribus, in theatro comædiarum actoribus: idq́ omnium acerbiſſimū eſt, in maiore apud vos eos eſſe gratia, qui delicta vrbis noſtræ foràs ad alios Græcos efferunt, q̄ eos qui de vobis bene merētur: his verò qui caſtigant, aut monent, ita infenſos & iniquos eſſe vos, quaſi cōtra Rēpublicam feciſſent. Quāuis igitur hæc ita ſint: nō tamen ab inſtituto meo recedam. Non enim huc prodij gratificandi grātia, aut magiſtratus ambiendi cauſa: ſed vt ea, quæ ſentio, dicerem: primùm de his, de quibus Conſules referūt, poſtea de cæteris Reipublicæ negocijs. Nec enim vlla erit decretæ pacis vtilitas, niſi cęteris etiam rebus rectè conſuluerimus. Pacē igitur eſſe faciendam cenſeo, non modò cū Chijs & Rhodijs & Byzātijs, *, ſed cū vniuerſis hominib⁹: & pactionib⁹ vtendū, nō his quas nūc quidā ſcripſerūt, ſed illis quę cū rege Perſarum &

Beneuolētiæ captatio, per occupationē.

Comicorum licentia.

Docilitas.

Propoſitio prior, pacem eſſe faciendā.

** & Cois.*

 Lacedæ-

Lacedæmoniȷs interceſſerunt, quæ iubent Græcos eſſe liberos, & præſidia ex alienis vrbibus deduci, & ſuas ſingulos ciuitates tenere. His enim neq; iuſtiores reperiemus, neq; Reipublicæ vtiliores. Scio equidem, ſi hic dicendi finẽ fecero, me viſum iri opes & dignitatem Reipublicæ imminuere. Quis enim æquum eſſe cẽſeat, vt Thebani Theſpias & Platæas, cæteraſq; vrbes, quas contra iuſiurandum occuparunt, teneant: nos verò, nulla coacti neceſſitate, ȷis, quas habemus, cedamus? Sed ſi ab initio ad finem vſq; me differentem attentè audieritis: ſummæ amentiæ, opinor, & inſaniæ condemnabitis eos, qui iniuſticiam lucroſam eſſe putant, & alienas vrbes vi tenent: neq; conſiderant, quantæ calamitates conſequi ſoleant. Et hæc ſunt, quæ per totam orationem vobis oſtendere conabor. Primùm autẽ de pace diſputemus, ac diſpiciamus, quidnã illud ſit, quod in præſentia expetamus? Quo verè prudenterq; conſtituto, de aliȷs quoq;, in hoc negocium velut exemplar quoddam intuentes, rectiùs conſultabimus. An verò non benè agi

Occupatio, cũ attentione et docilitate.

Cõfirmatio.

Pace Athenienſes ea cõſecuturos, quibus ne optari quidem meliora poßint.

neàgi nobiſcum ſtatuemus, ſi & Res- 1.
publica noſtra in tuto collocetur: & 2.
eorum, quæ ad vitam degendam atti-
nent copijs augeamur: & inter nos ipſi 3.
conſentiamus: & apud Græcos cæte- 4.
ros gloria floreamus. Ego certè quidem
exiſtimo, ſi hæc nobis contigerint, vr-
bem noſtram denuò fore feliciſſimam.
At bellum his rebus omnibus nos ſpo-
liauit. Nam & opes noſtras minuit, &
in pericula multa nos coniecit, & apud
Græcos in odium adduxit, omnibus
deniq; modis afflixit. Si autem pace fa-
cta, ea præſtiterimus, quæ communi
fœdere præcipiuntur: & republica no-
ſtra ſine vllius periculi metu fruemur,
liberati bellis & pugnis, & inter nos
excitato nunc tumultu, & indies opes
noſtras augebimus, leuati tributis, &
trierarchijs, alijsq; belli muneribus: &
agros ſecurè colemus, & mare nauiga-
bimus, et alia negocia tractabimus, quę
nunc propter bellum neglecta iacent.
Vrbis præterea reditus conduplicari
videbimus; & mercatores, & hoſpites,
& inquilinos, qui nulli nunc adſunt,
frequentes huc confluere. Et quod ma-

Belli calamitates, & pacis cõmoda.

ximum eſt, ſocij nobis erunt omnes homines, non coacti, ſed volentes: neq; illi nos in rebus ſecundis obſeruabunt propter potentiam, in periculis deſerẽt, ſed verè et ſanctè ſocietatem atq; amicitiam colent. Adhæc, quæ nunc bello & magnis ſumptibus recuperare nõ poſſumus: ea per legatos facilimè recipiemus. Nec enim putetis vel Cerſoblep-

Cerſobleptes *Philippus.* tẽ propter Cherſoneſum, vel de Amphipoli Philippum bellum nobis facturum, ſi à rerum alienarum cupiditate nos eſſe viderint alienos. Nam nũc quidem, dum nos opibus noſtris non contentos, plura ſemper appetere cernunt: non iniuria metuunt noſtram vrbem, & ſuis regnis vicinam eſſe nolunt. Si verò, mutatis noſtris moribus, melius de nobis exiſtimare cæperint, non tantùm noſtra ſibi non vendicabunt, ſed & de ſuo nobis aliquid largientur. Eſt enim eis vtile futurum, vt florentis noſtræ ciuitatis amicitia freti, ſuis imperijs ſecurè potiantur. Quin etiam

Coloniæ Thracenſes. Thraciæ tantam partem vendicare nobis poterimus, vt non nobis tantùm victus abundè ſuppetat, ſed egentium

quoq; Græcorum neceſſitatibus, & ob paupertatem incertis ſedibus vagātium, conſulatur. Nam cùm Athenodorus et Calliſtratus, alter homo priuatus, alter etiam exul, vrbes condere potuerint: quanto nos magis, modò velimus, talia loca multa occupabimus? Longè autē glorioſius eſt, eos, qui Grçciæ principatū ſibi vendicāt, taliū operum duces & autores eſſe, quā bella cōflare, & conducticiū exercitū alere, quæ nūc nos appetimus. Ac de his quę legati pollicentur, & hęc ſufficiunt, & plura adiungi poſſunt. Sic autē cenſeo, non tantùm decreta pace è cōcione abeundū, ſed inita etiam ratione, qua eam cōſeruemus: neq; committendum, vt more noſtro, non multò pòſt iiſdem tumultibus agitemur, aut moram duntaxat aliquam his malis producamus: ſed operam eſſe dandam, vt eis omnino liberemur. Quarum rerum nihil fieri poterit, priuſquàm perſuaderi vobis patiamini, plus vtilitatis & lucri eſſe in trāquillitate, quàm in conatu ſuperuacaneo multarum rerum: & iuſticiam præſtare iniuriæ; ſuarumq; rerum

Athenodorus

Calliſtratus.

Conſtantem pacem æquitate tuendam eſſe.

curam

curam appetitioni alienarum. Quibus de rebus quum Oratorum nemo vnquam apud vos verba facere auſus fuerit: orationis meæ maxima pars in his ipſis conſumetur. Hinc enim pendere felicitatem video, non autem in ijs ſitam eſſe rebus, quas nunc agitamus. Omninò autem neceſſe eſt, eum qui à conſueta dicendi ratione receſſerit, & à ſentẽtia vos deducere ſtuduerit, multarum rerum facere mentionem, et prolixiori oratione vt: & alia uobis in memoriam redigere, alia reprehendere, quædam laudare, de nonnullis conſilium dare. Quæ ſi quis omnia præſtiterit, tamen haud illi promptum erit, vos ad meliorem mentem reuocare. Sic enim res habet, mea quidem ſententia: vniuerſi mortales vtilitatis ſuæ ſtudioſi ſunt, & in eo elaborant, ut plus poſſint alijs. Verùm quibus rationibus id aſſequantur, in eo falluntur pleriq;, & differũt inter ſe opinionibus. Nam alij rectè iudicant, & bono conſilio id deligunt, quod eſt rebus atq; temporibus maxime accommodatum: alij à ratione vtilitatis toto (quod aiunt) cœlo aberrant, id

Attentio cũ occupatione.

Prudentia.

Stulticia.

rant. id quod etiam noſtræ ciuitati vſu venit. Nam in ea ſumus opinione, ſi multis triremibus mare teneamus, & vrbes tributa pendere cogamus, atque huc mittere aſſeſſores, nos aliquod feciſſe operæpretium: in quo ſanè à veritate aberrauimus, & ſpe noſtra prorſus fruſtrati ſumus. Nam illæ ipſæ res & inimicitiarum, & bellorum, & multorum ſumptuum cauſæ nobis extiterũt. Neque verò mirum id eſt. Nam prius etiã huiuſmodi inquieta conſilia nos in extrema diſcrimina coniecerunt. Dum autem publicè iuſticiæ ſtuderemus, dũ opem ferremus oppreſſis, dum nihil alienum concupiſceremus: Græci principatum vltrò nobis detulerunt: quos nunc longo iam tempore inconſideratè nimiſque petulanter contemnimus. Quidam enim eò dementiæ venerunt, ut exiſtiment, iniuſticiam probroſam quidem eſſe, ſed afferre lucrum, & in quotidiana vita cùm primis eſſe conducibilem: iuſticiam verò etſi laudari ſoleat, nihil emolumenti parere: & alijs vtiliorem eſſe, quàm ijs, qui ea præditi ſunt. Verùm illi non intelligunt, neque ad pa-

Athenienſiũ error.

Ab euentis, per contentionem.

Pia concio, de iuſticia & iniuſticia.

ad parandas opes, neq; ad rem benè gerẽdam, nec deniq; ad felicitatem adipiſcendam, tantam eſſe vim in iniuria, quanta eſt in virtute & eius partibus. Nam his bonis, quæ animo inſunt, etiã cæteras vtilitates, quibus opus eſt, paramus. Quare qui mentem ſuam negligunt, hi non animaduertunt, ſe id negligere, vt alijs neq; rectiùs ſentiant, nec meliore fortuna vtantur. Atque adeò mirum mihi videtur, eſſe qui putent, eos, qui in propoſito & conſtantia colendæ pietatis & iuſticiæ labores ſuſcipiant, & pericula adeant, deteriore conditione fore quàm improbos, nec in maiore quàm alios tàm deorũ quàm hominum gratia futuros: Ego verò perſuaſum habeo, ſolos hos ijs rebus antecellere, quæ veras vtilitates pariãt, reliquos falſa quadam & inani ſpecie boni gloriari. Nam qui iniuſticiam pluris faciũt, & ſummum bonũ in eo ponunt, vt alienis opibus potiãtur: eos ſimiles eſſe video feris, quæ ineſcãtur, ac initio quidem his, quæ prehenderint, cum voluptate frui, ſed paulò pòſt in maximis eſſe malis. Eos autem, qui pietatem & iu-

Similitudo illuſtris.

ſticiam

ſticiam colunt, & perpetuò in tuto eſſe, & de reliquo æui ſpacio vniuerſo ſpem habere meliorem. Quæ ſi nõ in omnibus ita euenire cõſueuerunt, at plerũq; hoc modo ſiunt. Eſt autẽ cordatorũ hominum officium, quoniam quid profuturũ ſit ſemper, non perſpicimus: quod frequentius prodeſt, id amplecti. Quid autem eſt eorũ opinione abſurdius, qui cũ honeſtiorem, & Deo gratiorem exiſtiment iuſticiam iniuria: eorum qui illa vtũtur vitam fore miſeriorẽ cenſent, quàm eorum qui ſe improbitati mancipарunt? Vtinam verò tam facile eſſet, auditores amore virtutis inflammare, quàm eã facile eſt collaudare. Nunc metuo, ne fruſtra hæc à me dicãtur. Corrupti enim & deprauati ſumus iam longo tẽpore ab hominibus, quorũ omne artificium in decipiendo cõſumitur, quiq; populũ vſq; adeò contemnunt, ut cum largitionibus ipſi corrupti, bellum aliquibus inferre ſtudẽt, maiores eſſe imitandos, audeant dicere, neq; committendum, ut ludibrio ſimus alijs: aut vllis mare pateat, qui vobis pendere tributa nolint. Ego verò perquàm ex illis audire

Occupatio, rariora exempla nõ eſſe ſpectanda.

Perſtringit Tribunorum plebis impoſturas.

audire cupio, quorum ſuperioris ętatis hominum nos ſimiles eſſe iubeant? Eorumne, qui circa bellum Perſicum fuerunt? an illorum, qui ante obſidionem Decelicam, rempublicam geſſerunt? Quòd ſi hos imitari iubent: quid queſo ſuadent aliud, quàm denuò periculum excidij eſſe adeundum? Sin illorum vos ſimiles eſſe volunt, qui vel in Marathone vicerunt, vel eorum, qui ante illos fuerunt: an non ſunt omnium impudentiſſimi, cùm eos laudent, qui tum Rempublicam geſſerunt, & nunc contraria vobis facienda cenſeant, & ad ea delicta vos impellant, de quibus quid faciam, equidem dubito? Vtrum, vt in cæteris, id quòd res eſt, dicam: an metu veſtræ offenſionis illa ſilentio prætercam? Nam potiùs quidem eſſe iudico, de ijs diſſerere: ſed idem vos ijs ſolere grauius iraſci video, qui reprehendunt, quàm ijs, qui vos in calamitates coniecerunt. Verùm vtcunq; res ceciderit, turpe mihi duco, meæ famæ potius, quàm publicæ ſalutis rationem ducere. Vt igitur & meum & cæterorum qui Rempublicam curant, officiũ eſt, ea

Falſæ maiorũ imitationis euerſio per dilemmia.

Dubitatio et occupatio.

Oratorum et auditorum munus.

eſt,ea dicere, non quæ auditu iucundiſſima, ſed quæ vtiliſſima factu ſunt: ſic vos contrà ſtatuere debetis, cùm morborum corporis multæ & variæ curationes ſint à medicis inuentæ, animis ægrotis, & malarum cupiditatum plenis, unicum ſupereſſe remedium, orationem, quę liberè delicta reprehendat. Deinde quid abſurdius eſt, quàm vſtiones & ſectiones medicorum tolerare, ut pluribus cruciatibus liberemur: orationes autem, antequam planè cognitum ſit, an eam vim habeant, ut audientibus proſint, improbare? Hæc eò præfatus ſum, quòd de cæteris ſine omni diſſimulatione, & prorſus apertè apud vos dicere decreui. Quis enim obſecro eſt, qui peregrè aduenieus, & noſtri erroris expers adhuc, ſi his rebus de improuiſo interueniat, non delirare nos & inſanire arbitretur? qui quum res præclarè à maioribus geſtas laudi nobis ducamus, & Rempublicam noſtrã eo nomine celebrare poſſimus: tantum abeſt ut eos vlla ex parte imitemur, ut planè contraria faciamus. Nam illi quidem pro Græcis contra Barbaros pugnare

Veterum & recentiũ Athenienſium collatione quid expetendum, quid fugiendum ſit, demonſtrat.

gnare nõ deſtiterunt: nos verò eos, qui in Aſia victum quæritabant, huc retractos, contra Græcos duximus. Illi, dum Græcis vrbibus libertatem reſtituunt, dum opem ferunt, Græciæ principatũ acceperunt: nos, qui eaſdem ſeruitute premimus, qui planè diuerſum agimus, indignamur, eundem honorem nobis non haberi: cùm inter dicta & facta noſtra, atq; illorum, tantùm interſit, ut ipſi pro conſeruandis Græcis patriam deſerere non dubitarint, & terra mariq; Barbaros vicerint, cùm nos ne pro noſtra quidem auaricia dimicare velimus. Imperare quidem ſtudemus omnibus, ſed militare nolumus: ac nemò ferè eſt mortalium omnium, quem bello non laceſſamus: ſed rei militaris exercitationem prorſus ipſi negligimus. Et cùm hi, quorum operas conducimus, partim exules, partim transfugæ, partim omni flagitiorum genere cooperti, huc confluxerint, ſic animati, vt ſi quis plus ſtipendij numeret, eius ductu nos oppugnaturi ſint: adeò tamen eos diligimus, vt etiam ſi liberis noſtris

Peregrinus miles.

vim aut

vim aut iniuriam fecerint, pœnas eos dare nollemus. Iam, illorum rapinis, & violentiæ & auariciæ (tametſi nobis crimini dari ſoleat, quod illi commiſerint) adeò non ſuccenſemus, ut lætemur etiam, ſi quid eos eiuſmodi perpetraſſe audierimus. In eam deniq; ſtulticiam incidimus, vt ipſi annonę penuria laborantes, peregrinum alere militem ſtudeamus, & à ſocijs noſtris tributa per iniuriam extorqueamus, quò mercedem communibus omnium hoſtibus numeremus. Poſtremò tantò deteriores ſumus maioribus noſtris, non laudatis illis tantùm, ſed ijs etiam qui in odio fuerunt, ut illi, ſi quibus inferre bellum decreuiſſent, quamuis argento & auro refertum eſſet ærarium, tamen ſuis corporibus exequenda quę ſtatuerant, cenſerent: nos ad tãtam egeſtatem redacti, in tanta ciuium multitudine, perinde ut magnus rex, conducticijs exercitibus vtamur. Illi, claſſe in mare deducta, peregrinos & ſeruos nauibus agendis præficiebãt, ciues armis ornatos mittebant: nos cõducticijs militibus grauem armaturã damus, ciues

remigare cogimus. Vnde fit, vt in hoſtilem agrum egreſſi, qui ſibi imperium in Græcos arrogant, nauticum inſtrumentum geſtent: illi verò talibus ingenijs præditi, qualia paulò antè deſcripſimus, armati in acie verſentur. At verò domi Reſpublica ſic adminiſtratur, vt in eam intuenti bona ſpes fiat etiam de cæteris? Imò illud ipſum eſt, quod maximè indigneris. Nam cùm nos indigenas eſſe, atque hanc vrbem ante cæteras eſſe conditam dicamus, & nos vniuerſis exemplum præbere conueniat bonæ ordinatæque Reipublicæ: noſtram ciuitatem deterius & perturbatius adminiſtramus ijs, qui oppida modò cõdunt. Splendore porrò natalium ſuperbimus, & alijs generoſiores eſſe volumus: ſed facilius quibuſuis hanc nobilitatem impertimus, quàm Triballi aut Lucani ſuam ignobilitatem. Leges plurimas ferimus: ſed eaſdem ita contemnimus, ut, cum pœna capitis in eum ſancita ſit (ex vno enim etiam cætera iudicabitis) qui ambitus ſit conuictus, eos qui palàm id faciunt, imperatores deligamus, & quò quiſque plures

Vrbana adminiſtratio perturbata.

Donatio ciuitatis.

Contemptus legum.

ciues

ciues corruperit, eò maioribus præfi-ciatur rebus à nobis. Præterea cùm de Reipublicæ forma non minùs ſoliciti ſimus, quàm de ſalute totius ciuitatis: nec ignoremus, popularem ſtatũ tranquillis & pacatis rebus creſcere & confirmari, bellis verò iam bis ſublatum eſſe: pacis ſtudioſos quaſi, qui omnia ad paucorum arbitrium reuocare conentur, odimus: qui autem bella concitant, hos demum & populares & beneuolos eſſe putamus. Quamuis eloquentiſſimi & rerum gerendarum peritiſſimi, ea temeritate ſumus, ut eodem die de rebus ijſdem non eadem decernamus: ſed quæ domo egreſſi damnabamus, illa ipſa in concione ſuffragijs noſtris comprobemus, & paulò pòſt, domum regreſſi, quæ hic decreta ſunt, denuò cauillemur. Cùm nos Gręcorum ſapientiſſimos eſſe profiteamur, ab eorum conſilijs pendemus, quos nemo eſt qui non aſpernetur: & ſummæ rerum omnium illos ipſos præficimus, quibus nemo priuatim quicquam commiſerit. Quodq́ omnium acerbiſſimũ eſt, qui noſtrapte confeſſione omnium

Bellandi cupiditas.

Inopia conſilij.

Conſiliarij.

improbiſſimi ſunt, hos reipublicæ cuſtodes fideliſſimos arbitramur. Inquilinos quidem tales eſſe credimus, quales ſibi patronos delegerint: nos ipſos autem non exiſtimari ſimiles cenſemus gubernatoribus noſtris? Tam longè autem à more maiorum receſſimus, ut eoſdem illi & ſummæ Reipublicæ præficerent, & imperatores crearent: exiſtimantes, qui pro concione optima ſuaderet, eundem nihilò deterius etiam per ſeſe deliberaturũ. Nos contrà, quorum conſilijs grauiſſimis in rebus vtimur, illis tanquam ſtolidis imperium non deferimus: qui verò eius generis ſunt, vt nemo publicè priuatim'ue illorum conſilium expetat, hos dictatores mittimus, qui ſuo arbitratu gerant omnia: quaſi verò illic ſapientiores futuri ſint, & faciliùs deliberaturi de totius Græciæ ſtatu & bello, quàm de rebus, quæ hîc conſiderandæ proponuntur. Neq; tamen hæc æquè ad omnes pertinere volo, ſed ad eos duntaxat, qui tales ſunt, quales iam diximus. Dies me defecerit, ſi in omnia noſtrarum actionum delicta coner ſeueriùs inquirere.

Alij reipub. moderatores, alij imperatores.

Occupatio, Athenienſes non ſua prudentia, ſed hoſtium ſtulticia eſſe incolumes.

Fortaſſis

Fortaſſis autem exiſtet eorum aliquis, ad quos hæc crimina maximè pertinent, qui cum indignatione interroget, quî fiat, ſi tam malè conſulamus, vt non incolumes tantùm, ſed etiam nulla vrbe opibus & potentia inferiores ſimus? Expedita reſponſio eſt: id aduerſariorum noſtrorum conſilijs nihilò prudentioribus acceptum eſſe referendum. Nam ſi Thebani, mox victis Lacedæmonijs, Peloponneſum liberaſſent, & cæteris Græcis iure ſuo reſtituto, quieuiſſent, nos autem eadem hæc peccaſſemus: neque iſte nos hoc modo rogare poſſet: & nos intelligeremus, quantum modeſtiæ tranquillitas turbulentis & inquietis conſilijs præſtaret. Nũc res eò redijt, ut Thebani nobis, nos Thebanis viciſſim ſaluti ſimus: planè nõ aliter, quàm ſi nos eis, ipſi nobis auxilia mitterent. Quare ſi saperemus, dilargiremur mutuò pecunias ad indicẽdas cõciones. Nam vtri noſtrûm ſæpius conueniunt, hi alterorum ſucceſſus promouent. Decet autem eos, qui vel mediocri ſunt ingenio, ſpem

Thebanorũ imprudẽtia.

ὅσῳ κρεῖττον τὸ σωφρονεῖν τῶ πολυπραγμονεῖν.

ſalutis non in hoſtium erratis, ſed in recte factis conſilijsq; ſuis collocare. Nã quæ commoda ex aduerſariorum inſcitia capimus, ea fortaſſe neq; diu duratura, neq; vniuſmodi ſemper futura ſunt: quod autem à nobis ipſis proficiſcitur, ſolidi aliquid habet, & plus conſtantiæ. Ac eos quidem refutare, qui dicta noſtra temere cauillantur, difficile non eſt. Si quis autem paulò æquior, me vera quidem dicere, nec iniuria reprehendere ea, quæ fiunt, aſſentiatur: ſed æquum eſſe dicat, eos, qui ex animo conſultum alijs velint, non tantùm acta reprehendere, ſed etiam monere, quæ fugienda, quæ ſequenda ſint, ut ita ſentire, & adhunc modum delinquere deſinamus: eius oratio non id profectò efficiet, vt verè vtiliterq; reſpondere nequeam: ſed illud vereor, ut ſatis vobis placeat quod dixero. Verùm quoniam ſemel planè aperteq; dicere aggreſſus ſum, etiam de his meam interponere ſententiam non dubitabo. Quibus igitur rebus inſtructos eſſe deceat eos, qui felices futuri ſint, pietate nimirum & temperantia, & iuſticia, cæte-

Tranſitio à reprehenſione ad alterã orationis partem, de omittendo maris imperio.

cæteriſq; virtutibus: paulò antè dictũ
eſt. Quæ autem expeditiſſima ratio ſit
inſtitutionis eius, quæ tales efficiat: ve-
rè quidem omnino à me dicetur: ſed
idem fortaſſe vobis auditu graue vide-
bitur, & plurimum à reliquorum ſen-
tentijs abhorrere. Ego enim cenſeo, &
trãquilliorem Rempublicam noſtram,
& nos ipſos meliores fore, & incremẽ-
ta rerum noſtrarum omnium viſuros,
ſi maris imperium concupiſcere deſti-
terimus. Hoc enim illud eſt, quod & in
hos tumultus nos coniecit: & veterem
illam democratiam, in qua maiores no-
ſtri felicitate Græcis omnibus præſtite-
runt, euertit: & malorum ferè omnium,
quæ & ipſi ferimus, & alijs inferimus,
cauſa fuit. Equidem non ignoro, quàm Occupatio.
difficile ſit, eius orationem, qui poten-
tiam accuſet (quam omnes adamarunt,
armiſq; vindicandam cenſent) videri
tolerabilem. Veruntamen cùm ſupe-
riora, vera illa quidem, ſed odioſa ta-
men tuleritis: rogo, ut ea etiam, quæ re-
ſtant, non audire grauemini, neq; me
tanto furore percitum exiſtimetis, ut
inſtituerim de rebus tam abhorrenti-

buſ à ſenſu multitudinis, uerba facere, niſi in veritate orationis aliquid mihi præſidij eſſe ſtatuiſſem. Perſuaſum enim habeo, me planum facturũ omnibus, nos id imperium affectare, quod imperium citra iniuriam parare non liceat, quod contingere nobis non poſſit, quod nobis nõ ſit profuturum. Ac primùm, iniuſtum id eſſe, vos ijs docere poſſum rationibus, quas à vobis didici. Nam cum iſtam potentiam Lacedæmonij tenerent: quæ verba non conſumpſimus, tum eorum principatu accuſando, tum æquum eſſe, Græcos libertate frui, commemorando? Quas verò Græcas vrbes non concitauimus ad ſocietatem belli, ob hæc ſuſcepti? quoties legatos ad magnũ regem miſimus, qui docerent, neq; iuſtum eſſe, neque vtile, ciuitatem vnã dominari Gręcis? neq; prius acquieuimus, aut oppugnare Lacedæmonios terra mariq; deſtitimus, quàm conſentire in fœdera de libertate facta voluiſſent. Ac non eſſe iuſtum, ut potentiores dominentur imbecillioribus, & illis temporibus ſenſimus; & nunc Republica apud nos re-

Numero proponit.

1. Maris imperium iniuſtum.

cepta

cepta declaramus. Iam hoc imperium non poſſe vos conſtituere, quàm primũ opinor expediam. Nam quod, cùm X. millia talentûm in ærario haberemus, tueri non potuimus: quinam idem in tanta penuria & inopia recipiemus? cũ præſertim ijs inſtitutis vtamur, non quibus id parauimus, ſed quibus amiſimus. Quod ſi vltrò Reipub. noſtræ deferretur, ne ſic quidem fore accipiendum: ex eo mihi poſſe videmini quàm primùm intelligere. Sed præſtat & de his pauca præfari. Nam dum toties ad increpationes deuoluor, vereri mihi ſubit, ne qui me putent accuſationem noſtræ ciuitatis de induſtria inſtituiſſe. Ego verò ſi apud exteros hoc modo his de rebus diſſererem: eo nomine culparer haud iniuria. Cùm autem ad uos mea ſe conuertat oratio, quos nõ apud alios traducere ſtudeo, ſed iſtis factis abſtinere cupio, vti pax, de qua omnis oratio eſt, cõſtanter et à uobis et ab alijs Græcis agatur: æquum, eſt iſtam opinionem à me amoueri. Fieri certè quidem non poteſt, quin & qui monent, & qui

2. Non poſſe parari.

3. Non eſſe è repub.

Occupatio, qua accuſationem ab admonitione diſtinguit.

qui accuſant, verbis vtantur non ferè diſſimilibus, cum vis vtriuſq; orationis quàm longiſſimè diſcrepet. Quare vos non decet de his, qui eadem dicunt, eodem modo ſentire: ſed qui nocendi voluntate conuiciantur, vt qui rempublicam euerſam cupiunt, digni odio ſunt: qui autem veſtræ vtilitatis cauſa monent, laudandi, & optimi ciues iudicandi: atq; inter hos is maximè, qui euidentiſſimè poſſit malas actiones, & ortas inde calamitates, ſuis quaſi coloribus depingere. Sic enim quam primùm effecerit, vt & oderitis ea, quæ oportet, & res meliores deſideretis. Et hęc ſunt, quæ pro defenſione aſperioris orationis, tam habendæ, quàm habitæ, adferenda in medium cenſui. Nunc eò redeo, vnde ſum digreſſus. Inde igitur, inquam, rectiſſimè perſpicietis, non eſſe è republica, ut capiatis maris imperiũ: ſi conſideraueritis, quo pacto ante partam iſtam potentiam urbs conſtituta fuerit, quomodo cum eam iam teneremus? Quæ ſi apud animos veſtros inter ſe contuleritis: quantum inde malorum in vrbem inuaſerit, perſpicietis.

Redit ad rē, et collatione ueteris Reipublicæ demonſtrat cladeſ imperiũ marinum ſecutas.

Reſpu-

Reſpublica certè ſuperiore tempore tantò melior & præſtantior fuit, quàm ea quæ ſecuta eſt: quantò viri meliores fuerunt Ariſtides & Themiſtocles, & Miltiades, Hyperbolo & Cleophonte, & iſtis, qui nunc concionantur. Populus autem, qui tum Rempublicam geſſit, non ſocordiæ, non inopiæ, non inanis ſpei plenus: ſed is fuiſſe comperietur, qui & profligare poſſet omnes, qui Atticam inuaſiſſent, & in adeundis pro Græcia periculis primas ferret ob fortitudinem: tantamq́ ſibi fidem adiungeret, ut plurimæ ciuitates vltrò ſe in fidem & clientelam eius conferrent. *Veteris reipublicæ deſcriptio.*

Quæ cũ ita eſſent: dominatus iſte nos, amiſſa veteris Reipublicę apud omnes gloria, in eam intemperantiam impulit, quam mortalium nemo laudauerit: & & ſic ciues noſtros inſtituit, non dico ne vincant eos, à quibus bello petimur, ſed vt ne quidem extra mœnia in conſpectum hoſtium prodire audeamus. Cùm maiores noſtri & apud ſocios beneuolentia, & apud cæteros Græcos gloria floruiſſent: dominatus iſte tantùm nobis odium concitauit, ut parum *Nouæ reipublicæ perturbatio.*

abeſſet

abeſſet, quin vrbs excinderetur, niſi Lacedæmonios, veteres hoſtes, beneuolentiores habuiſſemus, quàm ſocios pridem noſtros. Quos iurè accuſare nō poſſumus, quòd infenſſi nobis fuerūt. Neq; enim vim inferentes, ſed propulſantes, & multa grauia q; mala perpeſſi, tales in nos animos habuerunt. Quis enim patrum noſtrorum petulantiam toleraſſet, qui congregatos ex vniuerſa Græcia ignauiſſimos quoſq;, ac omni genere flagitiorum inquinatos, triremibus imponebant, vt Græcorum odium de induſtria quęſiſſe videantur: & optimis ciuibus aliarum vrbium eiectis, illorum opes improbiſſimis Græcorum dilargiebantur. Verùm ſi auderem ea, quæ illis temporibus acta ſunt, accuratè percenſere: fortaſſis efficerem, ut vos reliquis rebus rectius conſuleretis: ſed ipſe in crimen venirem. Non enim peccatorum autores tam odiſſe ſoletis, quàm eorundem reprehenſores. Quo animo cum ſitis, verendum mihi eſt, ne dum vobis bene facere conor, de meipſo malè merear. Non tamen omninò deſiſtam ab ijs quæ inſtitui: ſed acerbiſſimis

Defenſio ſociorum per translationē.

Reiectio & occupatio.

ſimis quibuſcp, quæ qꝫ moleſtiſſima vobis eſſe queant, omiſſis, ea ſolùm commemorabo, vnde amentiã illius ætatis magiſtratuũ intelligatis. Nã tanto ſtudio exquiſiuerunt ea, propter quæ maxima hominum odia ſuſcipiuntur: vt decernerent, pecuniam, quæ tributorũ nomine coacta eſſet, in ſingula talenta diſtributam, Bacchanalibus in Orcheſtram inferendam. Theatro autem iam pleno, & hoc, quod dixi, faciebant, & liberos eorum, qui in bellis ceciderant, introducebant: vtriſcp demonſtrantes, & ſocijs æſtimationem opum ſuarum, quæ à mercenarijs inferebatur: & Græcis cæteris multitudinem pupillorum, & clades ob illam auariciam acceptas. Quæ dum facerent, cùm ipſi, tùm alij æquè amentes, vrbis felicitatem prædicabant: ex illis rebus quid futurum eſſet, minimè proſpicientes, ſed admiratione opum attoniti, quæ vrbem iniuſtè ingreſſæ, etiam eas, quæ iurè tenebantur, paruo temporis ſpacio ſecum vnà euerſuræ erant. Vſque adeò enim & ſua neglexerunt, & aliena appetiuerunt, vt cùm Lacedæmoniorum

Exactæ pecuniæ oſtentatio.

Pupillorum introductio.

exercitꝫ

exercitus in Attica verſaretur, & Decelicus murus iam ſtaret, claſſe Siciliam peterent: neq; erubeſcerent, in conſpectu ſuo patriam dilacerari & vaſtari: & contra illos exercitus mittere, à quibus nulla vnquam fuerant iniuria laceſſiti. Quin eò demētiæ proceſſerant, vt quãuis ſuburbia ſua non tenerent, tamen imperium Italiæ & Siciliæ & Carthaginis cogitarent. Tantùm deniq; mortales omnes amentia ſuperarunt, ut cũ alios calamitates erudiant, & modeſtiores reddant: eos ne hæc quidem correxerint, quamuis ab vrbe condita, plura & grauiora mala Reipublicæ noſtræ non accidiſſent. Nam ducentæ triremes in AEgyptum miſſæ, vnà cum vectoribus interierunt: circa Cyprum centum & quinquaginta: in Ponto armatorum decem millia, partim ciuium, partim ſociorum amiſerunt. At in Sicilia virorum quadraginta millia, & triremes ducentas & quadraginta, poſtremò in Helleſponto ducentas. Denas autē & quinas, & plures hoc numero amiſſas, & millenos, uel bis millenos interfectos, quiſnam enumeraret? Niſi quòd hæc

Claßis miſſa in Siciliam.

Clades Athenienſium ingentes.

hæc ita in orbem redibant, vt quotannis publicæ ſepulturæ fierent: ad quas multi è finitimis, alijq́ Græci conueniebant, non ut peremptos vnà lugerent, ſed vt noſtris cladibus inſultarent. Tãdem eò res rediere, ut paulatim ſepulchra publica ciuibus: Tribus autem, & Album ciuitatis, alienigenis implerentur. Quanta enim multitudo perierit, ex eo facilimè cernitur, quòd genera nominatiſſimorum virorum, ampliſſimæq́ familiæ, quæ & tyrannicas graſſationes, & bellum Perſicum effugerant, in eo, quod tantopere concupiſcimus, imperio, extirpatas reperiemus. Quare ſi quis cætera conſideret, & ad hoc velut exemplar referat, permutati, & alij propè facti eſſe videamur. Enimuerò ea demum & ciuitas felix eſt habenda, nõ quæ è promiſcua hominum colluuie multos ciues temerè colligit, ſed quæ antiquiſſimas & primas familias maximè conſeruat: & ij viri in præclaris numerandi ſunt, non qui vi potiuntur imperijs, aut maiores opes quã æquum eſt, poſſident: ſed qui & maximis honoribus digni ſunt, & ijs contenti

Veterum familiarium interitus.

tenti viuunt, qui populi voluntate contigerunt. Nam tali autoritate nemo, ſiue priuatus, ſiue magiſtratus, honeſtiorem aut tutiorem, aut precij maioris, aut magis expetendam obtinere queat: qualem, qui circa bella Perſica fuerunt conſecuti, non latronum more vixerũt, aliàs copia rerum abundantes, aliàs annonæ penuria laborãtes, & obſidionibus, & malis ingentibus circumuenti: ſed cum victus eis neq; deeſſet, neq; ſupereſſet; æquitatem gerendæ Reipublicæ, ſuasq; virtutes laudi ſibi ducentes, etiam vitam quàm alij ſuauiorem exegerunt. Qui autem eos proximè ſecuti ſunt, his neglectis, non principatũ obtinere, ſed tyrannidem exercere inſtituerunt: quæ cum eandem vim habere videantur, longiſſimis interuallis diſtant. Nam principum officium eſt, eos qui parent, induſtria ſua reddere feliciores: tyrannorum verò ea conſuetudo eſt, ſuas voluptates ex aliorum laboribus & cladibus comparare. Neceſſe autem eſt, eos, qui talibus rebus incumbunt, etiam in tyrannicas incidere calamitates: & quales ſe erga alios

Latronum uita.

Tyrannidis & principatus diſcrimẽ.

præ-

præbuerint, tales in ſe quoq; alios experiri: id quod & noſtræ vrbi accidit. Nam quemadmodum noſtri arces aliarum vrbium præſidijs occuparunt: ita ſuam in hoſtium eſſe poteſtate viderunt, ut liberos à parentum complexibus auulſos, obſides acceperunt: ita multi ciuium coacti ſunt, ſuos liberos in obſidione peiùs & alere, & inſtituere, quàm eis cõueniebat: ut aliena prædia coluerũt: ſic multis annis ſua ne videre quidem potuerunt. Itaq; ſi quis nos rogaret, an vellemus ob imperium tanti temporis, Rempublicam tantis cladibus affectam intueri: quisnam eã conditionem acciperet, niſi fortè quiſpiã planè deſperatus, qui neq; religionem neq; parentes, neq; liberos, neq; quicquam aliud curet, niſi vnicum vitæ ſuæ tempus? Quorum nos æmulari mentem nefas eſt, eosq; multò magis imitari decet, qui harum rerum omnium acerrimo ſtudio tenentur, neque minorem exiſtimationis Reipublicæ curam, quàm ſuæ ſuſceperunt, quiq; mediocrem uitæ ſtatum cum æquitate coniunctum, magnis opibus

Tyrannicæ Athenienſiũ calamitates.

Ne optandũ quidem maris imperiũ.

malè partis anteponunt. Etenim maiores noſtri, cum ſe tales præbuiſſent: & poſteris florentiſſimam Rempublicam tradiderunt, & immortalem virtutis ſuæ memoriam reliquerunt. Vnde vtrunque facilè perſpicitur, tùm noſtram vrbem viros alijs præſtantiores alere poſſe: tum imperium illud nomine, reuera infortunium, omnes qui cum eo cõflictantur, reddere deteriores. Cuius rei illud maximum ſignum eſt, quòd non nos ſolùm, ſed etiam Lacedæmoniorum urbem ita corrupit, ut qui virtutes eorum prædicant, iam non dicere poſſint, nos ob popularem ſtatum malè rem geſſiſſe: Lacedæmonios autem, ſi eandem poteſtatem ſuſcepiſſent, & ſemetipſos, & alios felices fuiſſe reddituros. Nam quod ſuum eſſet ingeniũ, in illis multo celerius declarauit. Quam enim Rempublicam ſeptingentorum annorum ſpacio, nemo neque bellis, neque caſibus alijs labefactatam eſſe norat, eam exiguo tempore ita concuſſit, ut parum abeſſet, quin funditùs euerteretur. Etenim more maiorum antiquato, & inſtitutis veterum abolitis, cùm priuatos

Laudatione ciuium & æmulorum uituperatione mitigat obiurgationem.

Lacedæmoniorum ex marino imperio corruptela.

Labefactatio ueteris diſciplinæ.

uatos homines iniuſticia, ignauia, iniquitate, auaricia: tùm ipſam rempublicam & contemptu ſociorum, & appetitione alienorum, & neglectu iuriſiurandi atque fœderum repleuit. Nam tantò grauius Græcos, quàm noſtri afflixerunt, vt præter cæteras iniurias, cædibus etiam & ſeditionibus turbarent ciuitates: vnde immortales inimicitiæ inter illas extiterunt. Belli certè quidem adeò cupidi et temerarij facti ſunt, vt, cùm ſuperioribus temporibus cautiores alijs fuiſſent in eiuſmodi rebus, neque ſocietatis ius, nec acceptorum beneficiorum memoria, ab inferendis armis eos deterreret. Cum enim eis rex Perſarum ad bellum cõtra nos geſtum, ampliùs quinque millia talentûm ſuppeditaſſet: cum Chij ex omnibus ſocijs illorum cauſa promptiſſimè nauali prælio dimicaſſent: cùm Thebani maxima vi peditum eis præſtò fuiſſent: cùm primùm principatum obtinuiſſent, et Thebanis inſidiati ſunt, et contra Perſarum regem Clearchum cum exercitu miſerunt, et Chiorum principes ciues in exilium egerunt, & triremes omnes è naualí-

Crudelitas.

Bellandi temeritas.

Congeries.

ualibus abſtractas ſecũ auexerunt. Nec his delictis contenti, iiſdem temporibus & Aſiam vaſtarunt, & inſulas vexarũt, & Italicas & Siculas Reſpublicas abrogarunt, & tyrannica imperia conſtituerunt, & Peloponneſum afflixerunt, & bellis ac ſeditionibus compleuerunt. Quam enim illi ciuitatem non oppugnarunt? Quos è ſocijs non iniuria læſerunt? Non Elæis agri partem ademerunt? Non Corinthiorum agrum populati ſunt? Non Mantineam in vicos redegerunt? Non Phliuntem expugnarunt? Non Argiuorum agrum incurſarunt? Vnquam ne & alios exagitare, et cladem ſibi Leuctricam præparare deſtiterunt? Quam qui malorum Spartæ fuiſſe cauſam aiunt, verum non dicunt. Nec enim ob eam ſociorum odia ſuſceperunt, ſed ob ſuperiorum temporum iniurias & tum ſuperati ſunt, & de aris ac focis dimicarunt. Neque enim cauſæ malorum in ea transferendæ ſunt, quæ poſtremò acciderunt: ſed in prima delicta, quæ conſecutis infortunijs quaſi materiam præbuerunt. Quare ſi quis dixerit, tunc eis omniũ malorũ extitiſſe princi-

Acres interrogationes.

Translatio cauſæ Leuctricæ cladis.

principum, cũ adepti ſunt maris princi-cipatum, poteſtatemq́ ſuſceperũt, nulla re illi veteri ſimilem: an non multò rectiùs, longè veriſſimeq́ dixerit? Nã et ob terreſtris imperij diſciplinã, ac laborum, qua in eo exercebantur, tolerantiam, facilè etiam maris principatũ obtinuerunt: & illud quoq; imperium, ob huius principatus inſolentiam, celeriter amiſerunt. Nec enim leges à maioribus acceptas conſeruabant, neq; inſtituta vetera retinebant: ſed quod libuiſſet, idem ſibi licere exiſtimantes, in turbas maximas inciderunt. Non enim intelligebant, quàm res intractabilis eſſet poteſtas, quam omnes exoptant: quamq́ difficilè, ſi eã concupieris, à ſtatu mentis non dimoueri: & ut idem eſſet eius, quod meretricularum, ingeniũ: quæ cùm ad ſui amorem alliciant, amatores perdunt. Atqui hanc ſuã eſſe vim & naturam, perſpicuè declarauit. Eos enim, qui plurimas poteſtates & imperia geſſerũt, in maximas incidiſſe videas ſumpto à nobis et Lacedęmonijs initio, calamitates. Nã hę duæ vrbes, cũ antè moderatione ſũma Rempub. gererent,

Diſcrimen terreſtris & marini imperij.

Poteſtas meretrici ſimilis

Similis Lacedæmoniorũ et Athenienſium euentus.

& optima exiſtimatione eſſent: quum primùm hoc imperium nactæ ſunt, eadem prorſus conditione fuerunt: & ut ij, qui ijſdem libidinibus, eodemq́ morbo conſtricti tenentur, eadem (ita vti par eſt) aggreſſæ facinora, paribusq́ delictis inuolutæ, ſimili tandem ruina proſtratæ conciderunt. Nam & nos odijs ſociorum ſuſceptis, & republica in extremum diſcrimen adducta, à Lacedæmonijs conſeruati ſumus: & illi, cum in eorum exitium omnes conſpiraſſent, ad nos confugerunt, & ſalutem à nobis acceperunt. Eſt verò laudandum id imperium, cuius ſunt tam mali exitus? An non odio dignum eſt, quod ambas vrbes, tot res ac tam acerbas vt ſuſciperent, impulerit, & tolerare coegerit. Neq; verò mirandum eſt, ſuperiori tēpore animaduertiſſe neminem, quantum malorum importaret: aut nos & Lacedęmonios armis de eo contendiſſe. Nam pleroſq; mortalium in expetendarum rerum iudicio hallucinari, & vehementiore malarum rerum quàm bonarum flagrare deſiderio, & hoſtibus melius conſulere, quā ſibimetipſis

Ignorantia & temeritas humana.

ipſis

ipſis reperietis, id quod maximis in rebus cernitur. Quid enim non ita factũ eſt? an non & nos ea ſuſcepimus agenda, quibus effectum eſt, ut Lacedæmonĳ Græciæ dominatu potirentur? non illi ſua tam infeliciter curarunt, ut nos paucis annis elapſis emergeremus, & ſalus eorũ in poteſtate noſtra ſita eſſet? Non Athenienſium improbi conatus effecerunt, vt vrbes Lacedæmoniorum partes ſequerentur? Non iniuriæ Laconum, eaſdem ſtudere Athenienſibus coegerunt? Non ob oratorum improbitatem ipſe populus Oligarchiam cõcupiuit, temporibus Quadringentorum conſtitutam? Non ob triginta tyrannorum inſaniam, popularis ſtatus cupidiores facti ſumus, quàm ĳ, qui Phylen occuparunt? Atq; adeò minoribus etiam in rebus, & quotidiana victa cernitur, multos ĳs & cibis & exercitationibus delectari, quibus & corpus & animum lædunt: contraq; ab ĳs, quibus vtraq; hæc iuuarentur, tãquam laborioſis & moleſtis abhorrere: idq; fieri cum quadam opinione conſtantię, ſi à prauo inſtituto non receſſerint. Si *Ratio victus.*

qui igitur ſunt, qui deteriora melioribus, in ijs, ſine quibus viuere nequeũt, & quæ magis curant, præferant: quid miri eſt, ſi, quale ſit maris imperium, ignorant, deq; eo inter ſe pugnant, de quo nihil vnquam cogitationis ſuſceperunt? Regna item videte, quæ in liberis ciuitatibus conſtituuntur, quàm multos habeant amatores: qui dum ea obtineant, quiduis perpeti non recuſent? quibus quid periculorum, quid ærumnarum non ineſt? An non mox dominatu ſuſcepto, tot malis implicantur, vt neceſſe habeant, cum vniuerſis ciuibus bellum gerere, & eos odiſſe, à quibus offenſi non ſunt? & amicis ſocijsq; ſuis diffidere, ac ſalutem ſuam mercenariorum militum fidei credere, quos nunquam viderunt: & cuſtodes non minus formidare, quàm inſidiatores: & ita ſuſpectos habere omnes, vt coniunctiſſimorum etiam congreſſus horreant? Nec id ſanè iniuria: cùm non ignorent, ſuperioris ætatis tyrannos omnes malè perijſſe: alios à parentibus, alios à liberis, alios à fratri-

Regni affectatio.

Tyranni plerique malè pereunt.

bus,

bus, alios ab vxoribus interfectos: & genus etiam ipſorum funditùs eſſe extirpatum. Tamen infinitas vltrò calamitates ſubeunt? Quòd ſi viri principes, & maxima præditi autoritate, tanta mala ſic adamarunt: cæteros tales res deſiderare quis miretur. Neque vero ignoro, vos, cum orationem de tyrannis approbetis, imperij diſſuaſionem iniquis animis accipere. Vſu enim vnbis euenit turpiſſimum quiddam. Nam quæ in alijs perſpicitis, ea in vobis ipſis ignoratis. Atqui prudentiæ non minimũ illud ſignum eſt, de ijſdem rebus ad eundem modũ in omnibus iudicare. Quorum vobis nihil vnquam curæ fuit. Nam imperia quidem tyrannica, & moleſta & pernicioſa, non alijs tantùm, ſed ipſis etiam tyrannis putatis; imperium verò maris, ut maximorum bonorum cauſam admiramini, cum reuera nihil à monarchijs differat, ſed eaſdem prorſus et actiones et calamitates ſecum trahat. Thebanorum quidem res malè ſe habere putatis, quòd finitimis moleſti ſint;

Cõfirmatio: Maris imperium eſſe tyrannicum.

Thebani.

vos autem, cùm nihilò ſitis in ſocios æquiores, quàm illi in Bœotios, nulla in re ab officio aberrare perſuaſum habetis. Quare ſi me quidem audire volueritis, vos ipſos, repudiatis omnino inanibus conſilijs, in conſilium adhibebitis: & rempublicam ſingulari ſtudio complexi, prudenter indagabitis, quidnam illud ſit, quod ambas vrbes (noſtram inquam, & Lacedæmoniorum) eò prouexerit, ut ab exiguis profectæ initijs, Græcis imperarint, ac deinceps in immenſum aucta potētia propè funditùs exciſæ fuerint? Quasnam item ob cauſas Theſſali, maximis opibus acceptis, & ampliſſima præditi maximaq; potentia, eò redacti ſint, vt neſciant quò ſe vertant? Megarenſes autem, cum opes eorum per ſe paruæ ac tenues ſint, (nam neq; agrum habent, neq; portus, neq; argentifodinas, ſed ſaxa excolũt) ampliſſimas facultates inter omnes Græcos pararint? ac illorum quidem arces ſemper alij quidam teneant, cum vltra tria millia equitum habeant, & parmatos innumeros: hi autem, quum paruæ eorum copiæ ſint, ſuam rempublicam

Admonitio, Felicitatē & calamitatem, è cauſis efficientibus ſpectandam.

Theſſali.

Megarenſes.

blicam ſuo arbitratu adminiſtrent? Adhæc, cur illi bella inteſtina perpetua gerant: hi, cum intra Peloponnenſes & Thebanos & noſtram vrbem habitent, in pace perpetuò viuant? Nam ſi hæc, & quæ huius generis ſunt, animo percurreritis: intemperantiam & ſuperbiam, malorum: modeſtiam, bonorum extitiſſe cauſam reperietis: quam vos in priuatis rebus laudatis, & eius ſtudioſos maximè in tuto eſſe, & reliquis ciuibus præſtare creditis, ſed à republica remouendam eſſe ducitis. Decet autem virtutes exercere, & auerſari vitia, non priuatos homines duntaxat, ſed ciuitates etiam, ac multò quidem magis. Nam homo ſceleratus atq; impius fortaſſis obierit, priuſquam det ſcelerum pœnas: vrbes verò, quæ quodammodo immortales ſunt, nec diuinam, nec humanam animaduerſionem effugiunt. Hæc igitur conſideranda ſunt: nec ijs auſcultandum, qui, dum in præſentia grata & iucunda dicant, poſteritatis nullam rationem habent: quiq; ſe populo ſtudere profitentur, cum totam rempublicam euertant. Nam olim etiã

Reſpublicas maius decet habere uirtutis ſtudium, quàm homines priuatos.

Oratorum et magiſtratuum reprehenſio.

iſtud

iſtud hominum genus ſuggeſtus et concionũ dominatione ac regno ſuſcepto, in eam demẽtiam vrbem perduxit, quæ calamitates eas peperit, quas paulò antè commemoraui. Maximè itaq; mirũ eſt, vos ſummos magiſtratus mandare non illis, qui eodem animo ſunt, quo ij, qui rempublicam amplificarunt: ſed ijs, qui non alia & dicunt & agunt, quàm qui euerterunt: cùm præſertim ſciatis, non eo ſolũ præſtare improbis bonos viros, quòd hi ciuitatem beatam reddunt, ſed democratiam etiam ijs gubernãtibus per multos annos neq; motam, neq; mutatam eſſe: ſub iſtis paruo ſpacio temporis bis iam diſſolutam: & quos tyranni, & triginta illi in exilium egerant, non per ſycophantas ab exilio reuocatos, ſed eorum ope reſtitutos, qui & iſtis infenſiſſimi ſunt, & ob virtutem celeberrimi. Etſi autem nobis tanta monumenta relicta ſunt, clareq; perſpicitur, quid ex vtrorunq; gubernatione reſpublica vel commodi vel detrimenti cæperit: ſic tamen oratorum improbitate delectamur, vt, cùm videamus, ob bella & tumultus ab iſtis excitatos,

Bonorum & malorũ opera diſsimilia.

ſatos, cæterorũ ciuium permultos paternis bonis ſpoliatos, iſtos è pauperibus diuites eſſe factos: nõ indignemur, nec ſucceſſibus eorum inuideamus, ſed conuicia æquis animis feramus, quæ noſtræ vrbi dicũtur, quòd affligat et vexet exactionibus Græcos, quarum illi fructus percipiunt: Ac populus quidem, quem iſti alijs imperare oportere dictitant, infelicior eſt ijs qui in oligarchijs ſeruiunt: qui autem omni bono caruerunt, ij per amentiam noſtram ex humilibus facti ſunt beati. At Pericles, qui ante iſtos populo præfuit, quum vrbem adminiſtrandam ſuſcepiſſet, non quidem ita ſanam & moderatam, vt ante adeptum principatum, ſed mediocriter tamen adhuc conſtitutam: non ſuis opibus augendis intentus fuit, ſed minorem cenſum reliquit, quàm à patre acceperat: in arcẽ verò talenta octies mille retulit, præter ſacram pecuniã, & ornamenta templorum. Inter iſtos autem & illum tantùm intereſt, vt, cũ dicere audeant, ſe ob Reipublicę adminiſtrationem, nõ vacare poſſe curandæ rei familiari; tamen ea, quæ negli-

Periclis collatio.

Sordes & mendacia oratorum.

negliguntur ſcilicet, tanta incrementa ſumpſiſſe conſtet, quanta olim ne à dijs quidem precari auſi fuiſſent: pleroſq; autem noſtrûm ſic eſſe malis oppreſſos, ut nemo ciuium ſuauiter & tranquillo animo viuat, ſed querelarum & lamentationum plena tota ſit ciuitas. Nam alij ſecũ paupertatem & inopiam queri ſuam coguntur: alij multiplicia edicta & munera, & tributa, & opum permutationes miſerantur: quæ tantas moleſtias pariunt, ut inſuauius ij viuant, qui rem habent, quàm qui in paupertate perpetua degunt. Mirum profectò eſt, vos non perſpicere tandem, nullum hominum genus inimicius & maleuolentius eſſe multitudini, quàm improbos oratores & tribunos plebis. Nam præter mala cætera, etiam annonæ uos laborare penuria maximè optant. Vident enim eos, qui de ſuo habent vnde viuant, reipublicæ addictos eſſe, & cũ ijs facere, qui rectiſſimè cõſulunt. Qui autem de iudicijs, & de concionibus victitant, & quæ inde percipiuntur, emolumentis: eos inopia coactos, à ſe pendêre, & magnam habere gratiam delationibus,

Miſeriæ publicæ.

Mali magiſtratus plebẽ pauperem eſſe optant.

tionibus,& accuſationibus,& reliquis calumnijs, quarum iſti ſunt autores. Cùm igitur regnum ſibi ſtabiliri ciuiũ inopia videant: eos omnes vellent eſſe quàm egentiſſimos. Cuius rei ſignum illud certiſſimum eſt, quòd non tam inopiæ tenuiorum ſtudent ſuccurrere, quàm eos qui aliquid habere videntur, egentibus exæquare. Quod igitur his malis remedium inuenietur? Diſſerui iam quidem de his ferè omnibus, non ordine, ſed vti ſingula ſe offerre videbãtur, quæ facilius memoria cuſtodietis, ſi maximè neceſſaria collecta in vnum locum repetiuerimus. Prima igitur hęc eſt emendandæ & erigendæ reipublicæ ratio, ſi de publicis negocijs deliberaturi, eos in conſilium adhibuerimus, quibus priuatis in rebus nullos anteponeremus: & deſierimus calũniatores exiſtimare populares, honeſtosq́ viros oligarchicos. Illud enim tenendum eſt, natura neminem vel popularem, vel paucorum eſſe potentiæ ſtudioſum, ſed eam quenq; reipublicæ formam expetere maximè, in qua maximè honoratur. Secundo loco, tales debemus erga

Peroratio per enumerationem.

1. Prudentes et boni ſenatores audiẽdi

2. Socij quomodo tractandi.

ſocios nos præbere, quales erga amicos: non autem verbo libertatem dare, reipſa verò ducibus noſtris omnem in eos graſſandi licentiã proponere. Præſimus eis, non ut domini ſeruis, ſed ita, vt ſocijs dignum eſt: illud edocti, nos ſingulis vrbibus ſuperiores eſſe viribus, vniuerſis inferiores. Tertium eſt, vt, ſecũdum pietatem in deos, nihil pluris faciatis, quàm vt Græci honeſtiſſimè de vobis & ſentiant et loquantur. Nam quos illi ſic animatos viderint, his vltrò & principatum deferunt, & eorum fidei ſe committunt. Quòd ſi ea quæ diximus præſtiteritis, & ita vos comparaueritis, vt & rei militaris exercitatione atque apparatu ſitis bellicoſi, &, nihil præter ius & æquum agendo, pacis ſtudioſi: non hanc modò vrbem felicem reddetis, ſed etiam Græcos vniuerſos. Nec enim vlla cæterarum vrbium eos lædere audebit, ſed verebuntur, ſolicitèq; cauebunt, ne quid moueant: quando viderint noſtram vrbem, velut è ſpecula proſpicientem omnia, & in hoc intentam, vt oneratis iniuria opituletur. Sed vtrum illæ præ-

3. Græcorũ beneuolentia colligenda.

A ſecuturis commodis.

Pax.

fecerint: reipublicæ noſtræ res rectè ac præclarè ſe habebunt. Siue enim potentioribus vrbibus viſum fuerit abſtinere iniurijs: ea felicitas nobis imputabitur. Siue graſſari cœperint: qui in metu & malis erunt, ad nos confugient, & ſupplices à nobis auxilium magna contentione expetent: nec principatum tantùm, ſed ſemeipſos etiam nobis tradent. Quare non defuturi ſunt, quorum ope delinquentes coherceamus: ſed multos habebimus, qui ſtrenuam operam nobis nauent. Quæ enim vrbs, imò quis mortalium, noſtram amicitiam & ſocietatem non ducet expetendam, cùm eoſdem vtraque re, & inſigni iuſticia & maxima potentia viderint præditos, itaque paratos, ut alijs ſaluti eſſe & poſſint & velint, cùm ipſi nullis auxilijs egeant? Quanta verò noſtræ vrbis incrementa erunt, vbi aliorum tanta erit erga nos beneuolentia? Quantis opibus affluet etiã reſpublica, vniuerſa Græcia per nos cõſeruata? Qui nos nõ efferent laudibus, tot ac tantorũ bonorũ autores? Sed ego propter ætatem oratione mea non omnia

Societates.

Incrementa urbis.

Adhortatio per præteritionem.

complecti poſſum, quæ animo perſpicio: niſi quòd præclarũ eſt, nos in aliorum iniurijs & inſania, primos ad ſanam mentem reuerſos, Græcorum ſalutis & libertatis curam ſuſcipere potiùs, quàm peſtes illorum appellari: & virtute illuſtres, auitam gloriam recuperare. Nunc id dicam, quod caput eſt, quò & ſuperiora omnia pertinent: & in quod intuentes, omnes noſtræ vrbis actiones probare debemus. Nam ſi maledicta, quibus nunc petimur, extinguere, ſi temeraria bella ſopire, ſi principatum perpetuò tenere ſtudemus: nulla nobis tyrannica imperia & poteſtates ſunt affectandæ, conſideratis calamitatibus, quæ inde capiuntur: & regnum Lacedæmoniorum imitandum atq; æmulandum, quorum regibus minor delinquendi poteſtas eſt, quàm hominibus priuatis. tãtò autem feliciores ſunt ijs, qui vi tenent imperia, vt tyrannorum quidem interfectoribus maxima præmia publicè conſtituta ſint: pro illis verò, qui mortem in prælijs oppetere dubitant, ignominioſiores habeantur, quàm qui deſeruerunt ordines, aut clypeos

ab honeſto.

4. Tyrãnicis imperijs abſtinendum.

Laconicum regnum.

clypeos abiecerunt. Operæprecium igitur eſt, talem expetere principatum. Harum autem rerum ea natura eſt, ut à Græcis, per eas eum honorem conſequamur, qui Spartanis regibus à ciuibus habetur: ſi veſtram potentiam non ad opprimendam, ſed ad cōſeruandam Græciam pertinere exiſtimarint. Etſi autem de hoc argumento & multa & varia dici poſſent, tamen vt dicendi finem faciam, vtraq; me admonent, & orationis longitudo, & annorum meorum multitudo. Adoleſcentes autem, & per ætatem me robuſtiores moneo, & hortor, ut ea & dicant & ſcribant, quibus maximæ vrbes, & alijs nocere ſolitæ, ad virtutem & iuſticiam incitentur. Nam in rebus Græciæ ſecundis, eruditorum etiam hominum res multò fieri meliores conſueuerunt.

A facili.

Adhortatio iuniorum.

TERTIA
CLASSIS EXORNATIONVM.

ARGVMENTVM HIERONYMI VVOLFII IN EVAGORAM.

ORAtio funebris eſt, ſcripta in laudē Euagoræ, Salaminis Cypriæ regis, qui Nicoclis, cui ſecunda & tertia, quas antè cognouimus, orationes ſcriptæ ſunt, pater fuit. Ordo orationis talis ferè eſt. Primùm Euagoræ nihil poſſe gratius fieri, quàm ſi res ab eo geſtæ ornata oratione celebrentur: idq; difficile factu eſſe oſtendit. Deinde, exorſus à natalibus, per omnes ætatum gradus, virtutes, & facinora eius egregia copioſiſſimè, & ſplendidiſſimè perſequitur, vſq; ad obitum. Deniq; Nicoclem ad paterni ex-

ni exempli imitationem hortatur. Depicta enim hic & expreſſa eſt, tanquam Apellis penicillo, heroici viri illuſtris imago: qui ſua virtute omnes aduerſantis fortunæ impetus repreſſit, & ſuperauit. Illud etiam obſeruandum, quo pacto admonitionũ pręcepta hic laudandi cauſa adhibeantur.

EVAGORAS ISOCRATIS: Hieronymo Vuolfio interprete. Oratio prima.

Beneuolētiæ captatio à perſona Nicoclis, et ipſa re per collationem.

CVM te viderem patris tui funus ornare Nicocles, nō magnifico tantum & ſplendidr apparatu, ſed & choris, & muſica, & & ludis gymnicis, atq; etiam equorum triremiumq; certaminibus: nihil deniq; prætermittere, quod ad talium rerum amplitudinem addi poſſet: equidem Euagoram (ſi quid eorum quæ hîc fierent, defuncti ſentirent) exiſtimabam cùm iſta benignè approbare, & libenter ſpectare iſtam ſui curam tuamq; magnificentiam: tum ei longè maiorem etiam quàm cæteris omnibus gratiam habiturum, qui de actiouibus eius & belli diſcriminibus dicere poſſet, pro dignitate rerum ab eo geſtarum. Honoris enim cupidos viros & magnanimos nō tantùm * ob virtutem laudari velle cō-

** iſtis rebus laudem anteponere.*

ſtat:

ſtat: ſed illuſtrem obitum, etiam vitæ præferre, ac gloriæ quàm ſalutis ſtudioſiores eſſe, omniaq; facere, vt immortalem ſui memoriam relinquant. Sumptus autem nihil eiuſmodi præſtant, ſed diuitiarum ſunt argumentum. Qui verò Muſica & alijs certaminibus occupantur, ſuis partim viribus, partim artificijs oſtentatis, ſemetipſos honoratiores effecerunt. Qui autem res eius geſtas ornata oratione receſeret: is Euagoræ virtutem immortali omnium hominum memoriæ commendaret. Laudare igitur etiam alij debebant eos, qui temporibus ipſorum ſtrenuè ſe geſſiſſent: vt & ij, qui facta veterum ornare poſſuns, de rebus notis verba facientes, eas auditoribus verè narrarent: & adoleſcentes, cum ſcirent ſe ijs fore illuſtriores, quibus rectè factis præſtitiſſent, maiore ſtudio virtutis incitarentur. Nunc verò, quis animum non deſpondeat? cum eos, qui circa Troiana, & ante illa tempora vixerunt, & hymnis, & tragœdijs celebrari videat: ſe verò ſciat, tametſi illorum excellentiam ſuperaſſet, nunquam tales laudes con-

Honos non nullis uita potior.

Sumptus.

Certamina.

Oratio.

Fabuloſorum oratorum reprehenſio.

ſecuturum? Huius autem rei culpam
INVIDIA. INVIDIA ſuſtinet, quę id duntaxat habet boni, quod ſibimetipſi plurimũ affert mali. Sunt enim quidam ita præfractis ingenijs, vt eos laudari libentiùs audiant, quos vtrum nati ſint, ignorãt: quàm quicquam eorum probent, à quibus ipſi beneficijs ſunt affecti. Enimuerò non decet, cordatos quidem viros,
Incremẽta ex correctione. iſtorum ſeruire tantæ amentiæ, ſed & negligendi ſunt tales: & aſſuefaciendi cæteri ad ea, quæ dici etiam eſt æquiùs, audienda: præſertim cùm & artes & omnia cætera eſſe aucta videamus, nõ per eos, qui vſitata retinuerunt, ſed eorum opera, qui correxerunt, locóq; mouere praua omnia non dubitarunt.
Attentio à difficultate per collationem. Equidem ſcio, quàm ſit difficile (id quod facturus ſum) viri virtutem oratione celebrare, cuius rei ſignum illud eſt maximum, quod homines eruditi de alijs multis varijsq; rebus dicere audent: in hoc verò genere nemo illorum vnquam ſcribendum quicquam ſuſcepit; id quod eis planè ignoſcendum eſſe
Poëtarum ornamenta. cenſeo. Nam poëtis ornamenta multa cõceſſa ſunt. Iis enim licet Deos miſcere ho-

re hominũ cætibus, ac introducere colloquẽtes, & adiuantes in prælijs quoslibet: atq; hæc eadem explicare verbis nõ tantùm vſitatis, ſed alia peregrinis, alia nouis, alia translatis: nihil deniq; prætermittere, quo poëſim queant figurarum omni genere variare. Oratores autem nullam huiuſmodi facultatem habent: ſed cùm verbis vulgatis tum ijs vti ſententijs, quas res ipſæ ſuppeditant, omninò coguntur. Iam illi verſibus, et numeris deuinciunt omnia: hi nullum tale adiumentum habent. Quibus in rebus tantum venuſtatis ineſt, vt, etſi neq; verba poëmatum, neq; ſententiæ præclaræ fuerint, ipſa tamen concinnitas numerorum, aptæq; dimenſiones, demulceant auditores. Quæ quid valeant vel ex eo perſpicitur, quòd etiam laudata poëmata, ſi quis eorum verba ſententiasq; reliquerit, verſum autem diſſoluerit: ea, quam nunc de eis habemus, opinione multò deteriora videantur. Quamuis autem poëſeos tantæ ſint commoditates: non propterea tamen ceſſandum, ſed periculum faciendum eſt, an etiam

Oratorum inopia.

Verſuum & numerorum uis.

Docilitas.

an etiam oratione fortes viri celebrari poſſint: ac nihilò deterius, quàm ab ijs, qui carminibus et verſibus eos ornant. Ac primùm de ortu atque natalibus Euagoræ, tametſi complures antè norunt, & mihi tamē aliquid, cæterorum cauſa, dicendum eſſe videtur: ut omnes intelligant, eum à pulcherrimis & maximis exemplis, quæ relicta ipſi fuerāt, nihil degeneraſſe. Nam in confeſſo eſt, oriundos à Ioue, ſemideorum eſſe nobiliſſimos: inter hos ipſos autem nemo eſt, quin Aeacidis principatum deferat. In alijs enim familijs alios prꝫſtantiores, alios deteriores inueniemus: hi verò ſuis temporibus omnes omnium fuere celeberrimi. Aeacus enim, qui & Iouis filius, & generis Teucridarum habetur autor, tantùm excelluit, vt ſiccitate premente Græciā, multisq; mortalibus extinctis, cum iam nihil ad calamitatis magnitudinem poſſet accedere, magiſtratus vrbium ſupplices eum adierint: exiſtimantes, ſe per eius nobilitatem & pietatem, celerrimè vrgentium malorum à Dijs remedium impetraturos. Salutem porrò adepti, votorumq;

I. Maiores Euagoræ.

Aeacidarum præſtantia.

Aeacus.

omnium

omnium facti compotes, in Aegina tẽplum omnium Græcorum nomine ędificarunt, quo in loco votum ille nuncuparat. Is igitur & dum vixit, inter homines maxima ſemper gloria fuit: & poſt obitum Plutoni & Proſerpinæ, maximis honoribus præditus, aſſidere perhibetur. Huius filij fuerunt, Telamon, & Peleus: quorum alter expeditionis Herculanæ contra Laomedontem ſuſceptæ ſocius, primas virtute meruit: Peleus autem, re contra Centauros benė geſta, & multis alijs pugnis ſpectatus, Thetidis Nereidos, mortalis ipſe, immortalis coniugio potitus eſt: & ſolius huius ex omni vetuſtatis memoria in nuptijs, Hymenæum Deos cecinisse memoriæ proditum eſt. Hi ambo filios habuerunt: Telamon Aiacem, et Teucrũ, Peleus Achillem: qui maximum & clariſſimum virtutis ſuæ ſpecimen ediderũt. Nec enim in ſuis vrbibus tantùm principem locum tenuere, nec ijs, in locis, quæ incoluerunt: ſed expeditione à Græcis ſuſcepta contra Barbaros, & multis vtrinq; congregatis, cùm nullus vir nominatus man-

Telamon. *Peleus.* *Aiax.* *Achilles.*

manſiſſet domi: in illis periculis ut Achilles omnibus antecelluit, ſic Aiax ſecundum ab eo virtutis locum obtinuit. Teucer verò, & horum cognatione dignus, & nemine cæterorũ inferior, quũ in expugnanda Troia ſtrenuam operã nauaſſet, Cyprum aduectus & Salaminem condidit, prioris ei patriæ nomine impoſito: & eam, quæ nunc regnat, familiam reliquit. Tanta igitur eſt Euagoræ à maioribus accepta præſtantia.

Teucer Salaminis Cypriæ conditor.

Vrbe autem ſic condita, regnum initiò Teucri poſteri tenuerunt. Inſecutis verò temporibus, quidam exul è Phœnicia profectus, & ab eo, qui tunc regnabat, in fidem receptus, magnãq; potentiam nactus, nõ gratiam pro his retulit: ſed & hoſpitij ius violauit, &, ut homo ad faciendam iniuriam paratus, eiecto rege benè merito, ipſe regnum occupauit. Cùm verò conſcientia ſcelerum trepidaret, reſq; ſuas in tuto collocare vellet: tũ vrbem Barbaris impleuit, tũ totã inſulã ſeruituti regis Perſarũ ſubiecit.

Teucridæ ab exule Phœnice regno deiecti.

Tali ſtatu rerum Euagoras naſcitur: de quo quæ omina, quæ vaticinationes, quæ viſiones ſomniorũ fuerint, quibus rebus

II. Ea quæ natiuitatẽ anteceſſerũt, per præteritionem.

rebus humana ſorte maior videatur, omittere ſtatui: nõ quin ea vera eſſe pute, quę dicũtur, ſed vt omnibus probẽ, tantũ abeſſe, vt rebus eius geſtis quicquã attingã, vt etiam è veris ea prętererim, quæ in paucorũ noticia, & non in omnium ciuiũ conſcientia verſantur.

Veritatis ſtudium præ ſe fert.

Exordium autem de eo dicendi capiam à rebus, quæ ſunt extra omnem cõtrouerſiam.

III. Indoles.
Modeſtia.
Pulchritudo.
Robur.

Puer igitur & forma, & viribus, & modeſtia, quę bona eam ętatem maximè decent, excelluit. Atq; ijs de rebus teſtimonium perhibebunt hi: de modeſtia, ciues vnà cum eo inſtituti: de pulchritudine, omnes qui viderunt: de viribus, certamina in quibus æquales ſuperauit.

IIII. Virilis ætas.
Fortitudo.
Sapientia.
Iuſticia.

Cùm verò adoleuiſſet, & hæc vnà creuerunt omnia, & eis acceſſit fortitudo, & ſapientia, & iuſticia: neque hæ virtutes, vt in alijs quibuſdam, mediocres, ſed ſingulæ excellentes.

Exaggeratio ab opinione hominum.

Tantum enim & corporis & animi virtutibus præſtitit, vt ij, qui tũ regnabant, quoties eum videbant, percellerentur, regnoq; metuerent: exiſtimantes, non poſſe fieri, vt talis natura in priuatę vitę obſcuritate deliteſceret.

Cùm

Cùm verò mores eius intuebantur, tantam ei fidem haberent, vt Euagoram ſibi, etiam contra inſidias aliorum adiutorem fore confiderent. Ac neutra eos, cùm tantum inter eas intereſſet, fefellit opinio. Nec enim priuatus perpetuò manſit, neq; erga illos deliquit: ſed ei Deus tã ſolicitè proſpexit, quò honeſtè regno potiretur, ut & ea quæ citra impietatẽ peragi nõ poterant, alius perpetrarit: & Euagoram ad ea reſeruarit, per quæ imperium iuſtè ſanctèq; ſuſciperet. Quidam enim procerum, & per inſidias tyrannum occidit, & Euagoram comprehendere conatus eſt: imperium obtinere ſe non poſſe ratus, niſi & illum è medio ſuſtuliſſet. Hoc verò periculo euitato, cum incolumis Solos Ciliciæ vrbem perueniſſet, non eo fuit animo, quo alij eſſe ſolent in huiuſmodi calamitatibus. Cæteri enim, etiam ij, qui regnum amiſerunt, fracti fortunæ impetu, animos habent abiectiores: ille autem tantum animo robur conceperat, ut cùm antè priuatam vitã egiſſet, in exilium actus, regnum ſibi vendicandum eſſe arbitraretur. Ac erronibus

V. Res geſtæ.

In exilio magnitudo animi collatione exaggerata.

bus quidẽ fugitiuis deſpectis, neq; per alios reditum quærere, neq; ſeipſo deteriores colere voluit: ſed ea vſus occaſione, quæ religioſos homines decet: qui acceptas iniurias vlciſci, non ipſi facere iniuriam ſolent: aut re benè geſta imperare, aut voto fruſtratus, mortem oppetere ſtatuit: & adhibitis hominibus, ut plurimi dicunt, circiter quinquaginta, illorum ope ſibi reditum in patriam patefacere eſt conatus. Vnde cùm primis, & qui animus, & quanta eius apud ſocios fuerit autoritas, perſpicitur. Nauigaturus enim cum tam paucis ad tam ingens facinus perpetrandum, quamuis acerbiſſima quæq; in conſpectu eſſent: tamen neq; ipſe abiecit animum, neq; commilitonum quiſquam periculorum ſocietatem detrectauit: ſed & illi, tanquam Deum ducem ſecuti, omnes in fide mãſerunt: & ipſe, quaſi firmiorem quàm aduerſarij haberet exercitum, aut futurorum eſſet præſcius, ſic animo affectus fuit, id quod res ipſa oſtendit. Nam cum in inſulam è naui deſcendiſſet, non caſtellum aliquod firmum occupandum cen-

Apparatus ad regnum occupãdum.

Ducis et militum alacritas.

 ſuit, ut

ſuit, ut corpore ſuo in tuto collocato circumſpiceret, an aliqui ciuium opitulaturi eſſent: ſed mox eadem nocte, ut erat paratus, parua quadam muri porta perfracta, ſocijsq; per eam introductis, impetum in regiam fecit. Tumultus autem qui huiuſmodi temporibus incidunt, & cæterorum trepidationem, & exhortationes illius, multis referre quorſum attinet? Cùm verò tyranni quidem ſatellites ei reſiſterent, reliqui autem ciues ſpectatores eſſent (nam alterius imperium, alterius virtutem metuentes, quieſcebant) non prius pugnare deſtitit, & ſolus contra multos, & cum paucis aduerſus hoſtes vniuerſos, quàm capta regia, & hoſtes vltus eſt, & amicis opem tulit, & familiæ ſuę patrios honores reſtituit, & ipſe dominum ciuitatis ſeſe conſtituit. Equidem exiſtimo, etiamſi nihil adderem, ſed hîc finem dicendi facerem: tamen ex his & Euagoræ virtutem, & magnitudinem rerum ab eo geſtarum facilè cognoſci poſſe. Verùm vtraq; hæc per ea, quæ ſequuntur, dilucidius arbitror me declaraturum. Nam cum tot omnibus tempo-

Præteritio.

Occupatio regni.

Exaggerationes per collationẽ perſonarum, & rei geſtæ modum.

temporibus reges fuerint: nemo repe-
rietur, qui honorem hunc pulchriùs illo
pararit. Quòd ſi res geſtas Euagoræ
cum ſingulis illorum factis cõferamus:
fortaſſe nec audientibus oratio place-
ret, neq; tempus ijs quę dicerentur, ſuf-
ficeret. Sin eum cum præſtantiſſimis
quibuſq; comparauerimus: ut nihilò
peius habebimus, ita maiore cõpendio
rem abſoluemus. Quis igitur Euagoræ
pericula non illis anteferret, qui patria
regna ſuſceperunt? Nemo enim ita ſo-
cors & ignauus eſt, qui hoc imperium à
maioribus accipere malit: quàm ſanctè
partum, vt ab illo factum eſt liberis ſuis
relinquere. Ac inter veteres patrij re-
gni recuperationes eæ maximè celebrã-
tur, quas à poëtis audimus. Hi enim
nobis non ſolùm pulcherrimas ſupe-
riorum temporum cõmemorant, ſed &
ipſi nouas comminiſcuntur. Nemo ta-
men illorũ de ullo fabulatus eſt, qui per
tam atrocia & horrenda pericula in re-
gnũ redierit. Nam pleroſq; introduxe-
rũt, fortuitò potitos imperijs: alios qui
dolo & fraude vicerũt hoſtes. Inter po-
ſteriores aũt, et fortaſſis inter oẽs Cyrũ,

Patriorũ regnorum ſucceßiones.

Poëtica regnorum recuperationes

Caſus.

Dolus.

Cyrus.

qui Medis imperium eripuit, Perſiſq; *Copiæ.* tradidit, & plurimi, & maximè admi- *Virtus.* rantur. Is verò exercitu Perſarum, copias Medorum vicit: quod multis & Græcis, & Barbaris facile fuerit factu. Hunc verò animo ſuo, & corpore pleraq; horum, quę diximus, perfeciſſe cõſtat. Deinde è Cyri expeditione nondũ *Ex minori & maiori.* perſpicuum eſt, eum & Euagoræ pericula fuiſſe aditurum: ex rebus autem ab hoc geſtis, manifeſtum eſt omnibus, eũ facilè illa quoq; facinora fuiſſe obi- *Sanctitas.* turum. Præterea hic ſanctè & iuſtè per- *Impietas.* egit omnia: illi verò nonnulla violata *Laudum excellentiam præmunit.* pietate contigerunt. Noſter enim hoſtes ſuos occidit, Cyrus verò matris ſuæ patrem interemit. Quare ſi qui ſpectare velint non euentuum magnitudinem, ſed virtutis, quę in vtroq; fuerit, faciant contentionem, iurè etiam illi Euagoram prætulerint. Quòd ſi breuiter, & ſine diſſimulatione, & abſq; inuidiæ metu, libereq; dicendum eſt: nemo neq; mortalis, neq; ſemideus, nec immortalis inuenietur, qui pulchriùs & ſplendidiùs, aut maiore pietate regnum ſit adeptus. Atq; hæc ea ratione

facili-

faciliṁe credet, qui his quæ nunc dicimus, non nimis abrogata fide, exquirere inſtituerit, quomodo regnis ſinguli ſint potiti. Apparebit enim, me non de induſtria captaſſe magniloquentiam: ſed rei veritate adductum ita confidenter de eo diſſeruiſſe. Nam ſiquidem paruis rebus excelluiſſet, tales etiam orationes de eo haberi fuiſſet æquum. Nũc regnum omnium diuinorum & humanorum bonorum eſſe maximum, & ſplendidiſſimum, & ſumma vel armorum contentione digniſſimum, fatentur omnes. Eum igitur, qui re, in tota rerum natura, longe pulcherrima, pulcherrime potitus eſt, quis orator aut poëta, aut verborum opifex, pro rerum geſtarum dignitate collaudarit? Neq; verò cùm in his excelluiſſet, in cæteris inferior fuiſſe comperietur. Nam primùm, quãuis ingenio feliciſſimo eſſet, plurimaq; ritè conficere poſſet, non tamen negligenter ac temerè quicquam agendum ſibi cenſuit: ſed in inquirendo & cogitando, & deliberando plurimum temporis cõſumpſit; exiſtimans, ſi mentem probè exercuiſſet, regnum

Exaggeratio ipſius rei.

Regnum.

Tranſitio ad alia facinora.

Ingenium.

Diligentia.

quoq; ſuũ fore præclarũ: eorumq; mores demiratus, qui vitæ tuendæ cauſa cæterarum rerum curam ſuſciperent, ipſam verò mentẽ, à qua vitæ ratio pendet, prorſus negligerent: in rebus deinde adminiſtrãdis idem planè ſenſit. Cũ enim videret eos, qui ſuas res diligentiſſimè curarent, moleſtijs affici minimis: & veras animi remiſſiones non in ignauia eſſe poſitas, ſed rectè factis & tolerantia laborum cõſtare: nihil inexploratum reliquit, ſed ita perfectè res tenebat, ita ciues ſingulos norat, vt nec ab inſidiatoribus opprimeretur, nec bonos ignoraret, ſed oẽs pro merito tractaret. Nõ enim ciues aut puniebat, aut

** obiurgabat.*

*honorabat ex aliorum ſermonibus: ſed pro ſua cõſcientia de eis iudicabat. Cum igitur in huiuſmodi curationes ſe

A teſtimonio hoſpitum.

collocaſſet, ne in eorũ quidem negociorum, quæ indies incidunt, vel vnico deceptus eſt: ſed vrbi tanta & pietate & humanitate præfuit, vt hoſpites nõ magis Euagoram, qui imperaret, quàm ciues, qui tali regi parêrent, fortunatos iudicarent. Nam hoc perpetuũ eius ſtu-

Congeries.

dium fuit, neminem iniuria lædere, & bonos honorare: & pro imperij quidẽ

autoritate cũ omnibus agere, ſed delinquentes legitimis ſupplicijs coërcere. Nihil ille quidem cõſiliarijs indigebat: ſed tamẽ amicorum ſententias de rebus omnibus audiebat. Amicis ſępe de iure ſuo cõcedebat, ſemper autem hoſtes ſuperabat: Maieſtatem tuebatur nõ contracto ſupercilio, ſed vitæ inſtituto: Nulla in re ordinẽ, conſtantiam ue negligebat, ſed quicquid verbis promiſiſſet, nõ minus ſeruabat, q̃ ſi iuſiurandũ dediſſet: Animoſus nõ ob fortunę munera, ſed rectè factorũ cõſcientia: Amicos beneficijs ſibi deuinciebat, alios animi magnitudine ſubigebat. Terribilis erat nõ frequenti ſæuitia, ſed excellẽti ſapiẽtia: voluptatibus imperabat, nõ autẽ cupiditatibus ſeruiebat. Paucis laboribus multũ ocij parabat: nõ ob paruas oblectatiões magnos labores cumulabat. Deniq; nihil prætermittebat, quod regibus ineſſe deceat: ſed è ſingulis Reipublicæ formis præſtantiſſima quæq; deligebat: qui & popularis eſſet obſeruantia multitudinis: & politicus, gubernatione vrbis: & imperatorius, recto in periculis conſilio: & regalis

Confirmatio ab effectis.

harum rerum omnium excellẽtia. Atq; hæc in Euagora fuiſſe, & plura etiã his, ex ipſis factis facilè intelligetur. Nam cùm ciuitatem Barbarie deformatam ſuſcepiſſet, quę ob Phœnicum imperium, nec Græcos admitteret, nec artes ſciret, nec emporio vteretur, nec portus teneret: tum hæc omnia correxit, tum agri etiam multum adiecit, & muro circundedit, & triremes ædificauit, & reliquis apparatibus ſic vrbem auxit, ut cum quauis Græcarum vrbiũ certare poſſit: tantisq; copijs muniuit, ut multi nunc eam timeant, qui priùs contemnebant. Neq; verò fieri poteſt, vt vrbes ita creſcant, niſi talibus moribus gubernentur, quales Euagoras habuit, atq; ego paulò antè ſtudui commemorare. Quare non metuo, ne maiora quàm pro eius virtute dicere videar: ſed illud verendum potius, ne magnitudinem rerum ab eo geſtarum, oratione mea nequaquam attingam. Quis enim ſatis prædicet virum tali præditũ ingenio, qui non ſuam tantùm vrbem bonis inſtitutis excoluit: ſed & finitimos inſulares ad manſuetudinem & modera-

Ciuitatis exornatio.

Totius inſulæ mitigatio.

moderationem deduxit? Priusquam enim Euagoras regno potiretur, ea fuerunt ſæuitia & immanitate, ut eos principes putarent optimos, qui Græcos crudeliſſimè tractarent. Nunc uerò vſque adeò ſunt alij facti, vt inter ſe certent, quinam ex eis Græcorum amantiores videantur: eorumque plurimi noſtratibus vxoribus ductis, liberos procreent, & magis cùm inſtrumento, tùm inſtitutis Græcanicis gaudeant, quàm patrijs & domeſticis: pluresque in muſicis & alijs artibus eruditi, his in locis verſentur, quàm apud eos, vbi antea degere ſoliti fuerant. Neque verò quiſquam eſt, quin hęc accepta eſſe Euagorę referēda fateatur. Illud autē certiſſimū ſignū eſt & morū, & ſanctitatis eius, quòd Græcorum complures optimi & honeſtiſſimi viri, patria relicta, habitatum in Cyprum conceſſerunt: exiſtimantes, regnum Euagoræ plus humanitatis & æquitatis habere, quàm ſuas domi reſpublicas. Ac cæteros quidem nominatim recenſere, perquàm operoſum fuerit. Cononem autem, qui virtutibus plurimis princeps Græcorū fuit, quis igno-

Græcorum migrationes in Cyprum.

Digreßio in Cononis res geſtas.

rat, cũ noſtra vrbs cladem accepiſſet, ad Euagoram ſelectũ è cæteris omnibus ſe cõtuliſſe: quòd putabat, ſe apud eũ & ſaluti ſuę rectiſſimè cõſulturum, & reipub. erigendę adiutorẽ quamprimũ habiturũ. Cùm aũt prius multis de rebus recta conſilia iniſſet: nulla tamen de re vnquã viſus eſt, q̃ de hac, melius ſtatuiſſe. Siquidem ita cõtigit, vt propter aduentũ in Cyprum, plurima beneficia et daret, & acciperet. Primum enim ſtatim ut congreſſi ſunt, pluris vterq; alterum fecit, q̃ vetuſtate amicitiæ coniunctos. Deinde cùm cæteris de rebus perpetuò cõſenſerũt, tũ de noſtra ciuitate in eadem ſententia fuerunt. Quam cũ viderent, ingenti mutatione facta, parêre Lacedæmoniis: grauiter moleſteq; tulerunt, ſicut vtrunq; decuit. Nã alteri natura erat patria, alterũ ob multa & magna beneficia lege in ciuitatem aſcripſerant. Cogitantibus igitur eis, quomodo è calamitatibus eã eriperent, mox opportunitatẽ Lacedæmonii prębuerunt. Qui cum Græcis terra mariq; imperarent, inſatiabili cupiditate incitati, Aſiam quoq; vaſtare cæperunt. Ea

Amicitia cũ Euagora.
Affectus.
Deliberatio.
Occaſio.
Conſilium.

igitur hi occaſione arrepta, regios duces, quid conſilij capiendum eſſet, dubitantes, docuerunt, non terra ſed mari aggrediendos eſſe Lacedæmonios: exiſtimantes, ſi peditatu conſcripto terra viciſſent, Aſianis duntaxat conſultum fore. Sin mari ſuperaſſent: totam Græciam ex ea victoria fructus eſſe capturã, id quod euênit. Nam cum duces huic conſilio paruiſſent, ac claſſem cõparaſſent: & Lacedæmonij nauali prælio victi, & imperio priuati ſunt, & Græci libertatẽ recuperarũt, & noſtra vrbs antiquæ gloriæ partem quandã denuò recepit, delatũq; à ſocijs principatũ accepit. Atq; hæc geſta ſunt, Conone quidẽ duce, Euagora verò cùm ipſo ſtrenuam operam nauante, tum maximam copiarum partẽ comparãte. Pro quibus meritis nos eis maximos honores decreuimus, & ſtatuas poſuimus in eo loco in quo Iouis Seruatoris ſimulacrũ eſt, tum illi, tum inter ſe vicinas: quæ vtriuſq; rei monumentum eſſent, & maximi beneficij, & amicitiæ, quæ fuit inter ipſos. Rex verò Perſarum non eodem modo erga eos affectus fuit: ſed

Res benè geſta.

Honores decreti ab Athenienſibus.

Regis Perſarũ inimicitiæ

ſed quò res maiores & illuſtriores geſſerant, eò magis eos formidauit. Ac de Conone alio loco dicemus. Quæ verò mens eius erga Euagoram fuerit, ne ipſe quidem diſſimulare ſtuduit. Conſtat enim, eũ in bellum Cyprium maiore conatu incubuiſſe, quàm in cætera vniuerſa: & hunc maiorem, ac grauiorem aduerſarium iudicaſſe, quàm Cyrum, qui cum eo de regno decertauit. Cuius rei hoc maximum ſignum eſt, quòd auditis fratris apparatibus, adeò ſecurus fuit, ut parum abeſſet, quin ob incuriam in ipſa propè regia opprimeretur: alterum verò tandiu antè formidauit, ut inter accipiendum beneficia, bellum aduerſus eum moliretur: non ille quidem iuſticiæ ſtudio, ſed tamen non ſtulto prorſus conſilio. Sciebat enim, multos tùm Græcorum, tùm Barbarorum à contemptis initijs profectos, maxima imperia euertiſſe. Intelligebat etiam Euagoræ magnanimitatem, & ſucceſſus eius, gloriamq́ rerum geſtarùm non lentè progredi videbat: ſed & inſuperabili eum eſſe ingenio, & fortunam habere adiutricem. Quare non

Reditus ad cauſam & Perſici apparatus exaggeratio.

Cyrus.

Rem probabilem facit.

non iratus ob antè facta, ſed de futuris ſolicitus: neq; Cypro tantùm metuens, ſed rebus longè maioribus timens, bellum contra eum ſuſcepit: idq; tanta mole, vt in eam expeditionem ampliùs quinquaginta millia talentûm inſumpſerit. *50000. talentum.* Euagoras tamèn omnibus copiis inferior, oppoſito ſuo conſilio contra tam immenſos apparatus, ſe in his longè admirabiliorem præbuit, quàm in iis omnibus, quæ ſuprà diximus. *Succeſſus Euagoræ.* Dum enim eum pace frui patiebantur, ſuam duntaxat vrbem habuit. Poſtquam verò armis ſe defendere coactus eſt, talem ſe præbuit, talemq; adiutorem filium * Protagoram habuit, ut parum abeſſet, quin tota Cypro potiretur. ** Pythagoram. Protagoras.* Phœniciam verò vaſtauit, Tyrum vi cœpit, Ciliciam ad defectionem à rege impulit: & tantam hoſtium ſtragem edidit, vt multi Perſarum ſua mala deplorantes, virtutem illius recordentur: eò deniq; rem redegit, vt eos tanta belli ſatietas caperet, vt cùm reges ſuperiori tempore non redire in gratiam cum iis, qui defecerant, conſueſſent, antequam corporibus eorum potiti eſſent, cupidè *Pax magnificè facta.*

pacem

pacem fecerunt, ſoluta quidem lege illa; ſed nihil mutato Euagoræ imperio. Ac Lacedęmonijs quidem, qui ea tēpeſtate & gloria & potētia excellebāt, intra trienniū eripuit imperiū: ſed bello hoc in decimū vſq; annū prorogato, dominū earūdem rerū reliquit Euagoram, quas ante illatum bellum habuerat. Et quod admiratione maxima dignum eſt, quā vrbem Euagoras altero regnante, cum quinquaginta viris cœperat: eam magnus Rex tantis copijs inſtructus, ſubigere non potuit. Enimuerò qua ratione uel fortitudo, vel prudentia, vel vniuerſa virtus Euagoræ dilucidius oſtendi poſſet, quàm talibus facinoribus, & pugnis? Non enim cætera bella tantū, ſed illud etiam ab heroibus geſtum, & ab omnibus mortalibus celebratum, ſuperauit. Nam illi quidem cum vniuerſa Græcia Troiam ſolam cęperunt: hic verò, cùm vnam tantùm haberet vrbem, bellum totius Aſiæ tolerauit. Quare ſi tot eum laudare voluiſſent, quot illos: maiorem etiam, quàm illi, gloriam adeptus eſſet. Quem enim inueniemus illius ſęculi, ſi nunc, omiſſis fabulis,

Comparatio cum Lacedæmonijs Euagora heroibus.

Congeries.

fabulis, rem ipſam ſpectemus, qui talia perfecerit, aut qui tantarum in rebus mutationum fuerit autor? Nam & è priuata vita ad regnum ſuapte virtute aſcendit: & ſuum genus planè pulſum à republica, in conuenientem dignitatis gradum reſtituit: & ciues, è Barbaris Græcos, ex effœminatis bellicoſos, ex obſcuris celeberrimos effecit. Pręterea, locum eum cum abhorrẽtem à cõmercijs, & prorſus efferatum inueniſſet, manſuetiorem et mitiorem reddidit. Pòſt, ſuſceptis cum rege inimicitijs, tàm præclarè eum vltus eſt, vt bellum in Cypro geſtum nulla obliuione queat aboleri. Dum verò ſocius regis eſſet, tanto plus in eo, quàm cæteris præſidij fuit, vt extra controuerſiam ad Gnidiũ nauale prælium maximas ei vires contulerit. Quo confecto, non modò rex totius Aſiæ dominatu potitus eſt: ſed & Lacedæmonij, qui antè in Aſia graſſabantur, de aris & focis dimicare ſunt coacti: & Græci, excuſſo iugo ſeruitutis, libertatem receperunt: & Athenienſium opes ita creuerunt, ut qui prius illis imperarant, ad ipſos venirẽt impe-

rium tradituri. Quare ſi quis me roget, quid inter Euagoræ facinora maximũ eſſe iudicem, vtrum nauatam operam, & apparatus contra Lacedæmonios, propter quæ hæc, quæ diximus, facta ſunt, an occupationem regni, an totam rerum adminiſtrationem? quid reſpondeam, non ſim habiturus. Nam ſingula, quæ accuratius cum animo meo expendo, maxima mihi videntur. Quare ſi qui veterum immortalitatem virtute ſibi pepererunt, illum etiam eo munere dignatum eſſe cenſeo: his argnmentis adductus, quòd hanc quoque vitam felicius, & Deo longè acceptius, quàm illi, ad obitum vſque exegit. Nam ſemideorum pleroſque, & eos quidem celeberrimos, in maximas ſcimus incidiſſe calamitates. Euagoras verò non admirabiliſſimus tantùm iam inde ab initio permanſit, sed etiam beatiſſimus. Quæ enim felicitatis pars ei defuit, qui tales maiores habuit, quales nemo alius, niſi ex eâdem familia oriundus? qui tantũ & corpore & robore cæteris præſtitit, vt non Salaminis tantùm, ſed totius Aſiæ dignus eſſet imperio? Deinde in

Dubitatio.

Felicitas penè diuina Euagoræ.

Epilogus enumeratione conſtans.

regno, quod pulcherrimè parauerat, vitam exegit: & cùm mortalis eſſet natus, immortalem nominis ſui memoriam reliquit: & eò uſq; vixit, vt neq; ſenectutis eſſet expers, neq; morbis, qui hãc ætatem comitari ſolent, premeretur. Præterea, quod rariſſimum & difficilimum habetur, ut idem & multos & felices liberós ſuſcipiat, ne id quidem ei defuit, ſed & ipſum contigit: &, quod maximum eſt, neminem è ſe natum reliquit, qui plebeijs nominibus ſalutetur: ſed alium regem, alios principes, alias principum vxores. Quare ſi qui veterum poëtarum magnificentius locuti, Deum aliquem eſſe inter homines dixerunt, aut numen, & non mortalem: ea vniuerſa de illius natura & ingenio conuenſentiſſimè dicerentur. Ac multa quidem me, quæ dicenda eſſent de Euagora, prætermiſiſſe arbitror. Deſidero enim vigorem ætatis, cuius ope accuratius & ſtudioſius laudationem hanc perfeciſſem. Veruntamen etiam nunc, quantum in meis viribus fuit, nõ defuit ei laudatio. Ego verò, Nicocles, pulchra monimenta eſſe ſtatuo, etiam

Multi & felices liberi.

Poëticæ ſuperlationes.

Excuſatio ſuæ imbecillitatis.

Commendatio orationis.

corporum imagines: ſed longè maioris precij eſſe puto, ſimulacra mentis, & actionum, quæ in artificioſis duntaxat orationibus conſpiciuntur. Quas ego ideo cæteris rebus antepono, cũ quòd præſtantes viros animaduerto nõ tam forma corporis ſuperbire, quã facinora, nominiſq; memoriam ſibi laudi ducere; tũ quia neceſſe eſt, expreſſas corporum formas apud eos duntaxat eſſe, apud quos poſitæ fuerint. Orationes autem in Græcia uulgari poſſunt, & in cœtus eruditorum editæ, magni fieri ac diligi: apud quos eſſe in gloria præſtat, quàm apud alios vniuerſos. Deinde fictis & pictis imaginibus nemo naturam corporis expreſſerit; mores autem aliorum, & ingenia, quæ oratione repræſentantur, hac ratione facilè eſt imitari, ſi qui, repudiata ignauia, viri boni eſſe meditentur. Quò libentius etiam orationem hanc ſcribendam ſuſcepi, quod exiſtimabam, & tibi & tuis liberis, & cęteris ab Euagora oriundis longè pulcherrimam fore adhortationem, ſi quis congregatas eius virtutes, & verbis exornatas, vobis ſpectandas, quo-

Imaginum corporis & ingenij collatio.

Adhortatio Nicoclis ad paternæ uirtutis imitationem.

quotidieq; verſandas manibus atque animis tradidiſſet. Nam cæteros ad ſapientiæ ſtudiũ, laudibus aliorũ propoſitis, exhortamur: vt earum laudũ ęmulatione incitati, earundem etiam virtutum deſiderio inflammentur. Ego verò te ac tuos, non alienis exemplis vſus, ſed domeſticis hortor: & in eo elaborãdum tibi eſſe cenſeo, ne vel eloquentia, vel ſapienti rerum adminiſtratione, vllo Græcorũ ſis inferior. Neq; verò putes te accuſari à me ignauiæ, quòd te ad eaſdem res toties exhortor. Nec enim vel me vel alios præterit, te & ſolum & primum eorum, qui regia dignitate præditi, opibus & delicijs circumfluunt, ſapientiæ ſtudium amplexum, honeſtos labores promptiſſimè capeſſere. nec illud etiam obſcurum eſt, multos reges, exemplo doctrinæ tuę incitatos, omiſſis ijs rebus, quibus nunc impenſè gaudent, iſtud ſtudiorum & diſciplinæ genus expetituros. Verùm ego, quãuis hæc ſciam, nihilominus tamen & facio, & faciam idem, quod in ludis gymnicis à ſpectatoribus fieri ſolet. Nam illi acclamãt curſoribus nõ igna-

Eloquentia.
Sapientia.

Occupatio honorifica.

uiſſimis, ſed victoriæ proximis. Quare meum & cæterorum amicorum officiũ eſt, ea tum dicere, tum ſcribere, per quæ te acuamus ad ea deſideranda, quæ tibi etiam nunc placuerunt. Te verò decet nihil prætermittere, ſed ut in præſentia, ſic in poſterum quoq; curam tui gerere: & exercere ingenium, vt & patre dignum te præbeas, & cæteris tuis maioribus. Nam cùm omnibus cõuenit magni facere ſapientiam, tum vobis, qui in multos habetis imperium, in primis. Non autem eo contentus eſſe debes, ſi ijs, qui nunc ſunt, iam ſis præſtantior: ſed indignari, ſi ipſe, & tali præditus ingenio, &, ſi prima origo repetatur, Ioue; ſin ad proxima veniamus, è viro virtute præſtantiſſimo natus, non multum antecellas cùm cæteris, tum ijs etiam, qui in pari dignitatis gradu ſunt collocati. Eſt autem in te ſitum, ne his fruſtrêre. Nam ſi in ſtudio ſapientiæ perſeueraris, & tantos progreſſus feceris, quantos hactenus: celeriter talis euades, qualem te eſſe decet.

Ab officio.

A facili.

ARGV.

ARGVMENTVM
HIERONYMI VVOLFII in ſecundam orationem.

ARgumentum huius orationis ex inſcriptione ſatis intelligitur. Sunt autem ferè, ſi dicere liceat, hic plura præter rem, q̄ ad rem. Nam dum Sophiſtas reprehendit, dum Theſei res geſtas ornat, dum Paridem excuſat, dum ſeipſum tuetur: magna orationis pars in digreſſiōibus, prolixis illis quidem, ſed egregijs tamē, & ab inſtituto non prorſus alienis, conſumitur: vt ſterile per ſe argumentum, inuectis aliunde bonis locupletetur: idq́ noſtri autoris & Gorgiæ fuiſſe artificium, Ariſtoteles libro ad Theoclectem tertio teſtatur. Partem de pulchritudine peculiari opere Lucianus æmulatus eſt, conatu maiore, ſi doctis credimus, quàm ſucceſſu.

HELENAE LAVDATIO,

HIERONYMO VVOLFIO interprete. Oratio II.

Reprehenſio Rhetorum, qui abſurda argumenta tractant.

SVnt qui ſibi valde placeant, ſi argumẽtum abſurdũ & admirabile aggreſſi, de eo tolerabiliter dicere queant: & per omnem ætatem in ore habent, alij, non poſſe mentiri quenquam, aut contradicere, neq; duas de reb. iiſdem contrarias orationes haberi. alij, fortitudinem & ſapientiã & iuſticiam idem eſſe, neq; nos iſtarum rerũ natura quicquam habere, ſed vnã eſſe ſcientiam, qua hæc omnia tradãtur. alij tempus rixis terunt, quę quidẽ vtilitatis nihil afferũt, ſed negocia faceſſere poſſũt auditoribus. Ego verò ſi nuper ineptias iſtas in eloquẽtię ſtudiũ inuectas viderem, illoſq; inuẽtorum nouitate gloriari: eorũ inſolentiã nõ perinde mirarer. Nunc quis adeo rudis eſt, qui neſciat, Protagoram, ac illius temporis ſophiſtas, & talia, & his longè opero-

Obſoleta rei ambitio.

operoſiora ſcripta nobis reliquiſſe? Nã quî ſuperari ab vllo poſſet Gorgias, qui nihil in rerũ natura eſſe dixit, quod ſit? aut Zeno, qui probare conatur, eadem & poſſe & non poſſe fieri? aut Meliſſus, qui, cùm res infinitæ ſint, rationes inuenire conatus eſt, quibus demonſtraret, vnum quiddam eſſe totam rerũ vniuerſitatem? Etſi autem illi tam euidenter oſtenderunt, facilè eſſe de quacunque re, ſi libeat, falſam orationem cõminiſci: adhuc tamen in eo loco immorantur iſti, quos decuit, omiſſis præſtigijs illis, quæ cũ verbis alios cõuincere ſe profiteãtur, reipſa iã olim ipſę conuictæ ſunt, veritati ſtudere: & ſuos auditores in ijs rebus, quę in vita cõmuni vſum habent, erudire, atque in actionibus ciuilibus earũque peritia exercere: illud cogitãtes, lõgè pręſtabilius eſſe, de rebus vtilibus mediocres opiniones habere, quàm ſuperuacanearum exquiſitã cognitionẽ: & alijs paulò ſuperiorẽ eſſe in magnis, quàm in paruis, præſertim ijs, quæ vitam nihil adiuuãt, multum excellere. Verùm iſtis nihil aliud curæ eſt, niſi ut ab adoleſcẽtibus pecuniã auferãt: idque

Gorgias. *Zeno.* *Meliſſus.* *Officiũ præceptorum.* *Pecunia probitate antiquior.*

præſtare poteſt rixarum illa contentio. Nam qui neq; publicam, neq; priuatam rem curant: hi diſputationibus illis delectantur maxime, quæ prorſus omni carent vtilitate. Ac adoleſcentibus quidem omnino venia huius erroris danda eſt, cùm omnibus in rebus ea maximi faciãt, quæ ſuperuacanea ſunt, & à communi ſenſu abhorrent. Qui autem magiſtros ſe perhiberi volunt, reprehendendi ſunt: qui, cùm eos accuſent qui in contractibus fraudant & fallunt aliquos, & ſermone ad iniurias abutũtur, ipſi multò grauius delinquũt

A conſecutis abſurditatibus.

Nam illi quidem damnum dant alienis: hi verò ſuis familiaribus potiſſimùm incommodant, & mentiendi licentiam tantoperè auxerunt, ut iam quidam, dũ iſtos huiuſmodi rebus ditari vidẽt, ſcribere audeant, mendicorum & exulum vitam magis expetendam eſſe, quàm

Falſa oſtẽtationis cauſa.

hominum cæterorum. Id autem venantur, vt vulgo perſuadeant, ſe, cùm de rebus ita improbatis verba ſuppetant, ad res præclaras exponendas luculenta oratione facilè abundaturos. Mihi

Ecce Rhodus ecce ſaltus.

verò nihil æquè ridiculum videtur, ac

quod

quòd iſtis rationibus probare ſtudent, ſe rerum ciuilium peritos eſſe: cùm in ijs ipſis, quę pollicentur, ſpecimen eruditionis ſuæ præbere poſſent. Nam qui prudentia præſtare cæteris, & Sophiſtæ videri volunt, excellere ac ſuperare indoctos debent, non rebus, quas alij Græci negligunt, ſed ijs, quas vniuerſi æmulantur. Nunc perinde faciunt, ac ſi is, qui ſe pugilum præſtantiſſimum eſſe profiteatur, eum in locum deſcendat, quò nemo ſequi dignetur. Quis enim ſanæ mentis homo calamitates laudare inſtituat? Facilè igitur cernitur, eos ob ingeniorum infirmitatem huc confugere. Eſt enim eiuſmodi ſcriptionum vna quædam via, nec ad inueniendum, nec ad diſcendum, nec ad imitandum difficilis. Communes autem & fide dignæ & veriſimiles orationes, per multas formas & obſeruationes cognitu difficiles, tùm inueniuntur, tùm diſcuntur: ac tantò difficiliùs componũtur, quanto grauitas ſcurrarum leuitate, res ſeria ludis & iocis eſt laborioſior. Idq́ ex eo intelligitur, quòd neminem vnquam, qui apiculas, & ſalem, & reliqua eius

Similitudo.

Vera ineptiarum cauſa.

Exempla.

generis laudare voluit, verba defecerũt. Qui verò de rebus omnium confeſſione præclaris & bonis, aut viris virtute præſtãtibus aliquid dicere conati ſunt: hi vniuerſi lõgè tenuius dixerunt, quàm argumenti magnitudo poſtulabat. Non enim eiuſdẽ eſt ingenij, pro vtrorũq; dicere dignitate: ſed, ut expeditum parua oratione ſuperare, ſic ingentium æquare dicẽdo magnitudinem, difficilimum. Ac de rebus luculentis difficilè eſt aliquid afferre in medium, quod nemo antè vſurparit: de rebus autem contemptis & humilibus, quicquid vel in buccam venerit, omne proprium fuerit.

Laudatio Gorgiæ mutila, & attẽtio à re ipſa.

Quapropter eum, qui de Helena ſcripſit, maximè laudo inter eos, qui dicendo aliquid illuſtrare voluerunt: quòd eã mulierem celebrandam duxit, quæ & genere et forma et gloria multùm excelluit. Sed & ille tamẽ paruum quiddam non animaduertit.

Laudatio. Defenſio.

Nam cùm ſe laudationem eius ſcribere profiteatur, defenſionem potiùs factorum eius edidit. Neq; verò eiuſdem generis eſt, nec de rebus ijſdem habetur oratio: imò nihil fieri poſſet magis contrarium. Defenden-

ſendendi enim ſunt, qui criminis alicuius accuſantur: laudandi, qui bono quopiam alijs antecellunt. Ne verò id, quod facilimum eſt, facere videar, vt, in reprehẽſione aliorum, nihil ipſe meum proferam: de hac ipſa facere verba conabor, prætermiſſis omnibus ijs, quæ cæteri dixerunt. Orationis autem exordium à primordio generis ipſius ducam. Nam cum ſemidei plurimi à Ioue procreati ſint: ſolius huius mulieris pater vocari voluit: & quamuis Alcmenæ filium maximi fecerit, tantò plus tamen honoris Helenæ habuit, vt illi robur dederit, quod vi cæteros omnes vincere poteſt: huic pulchritudinem attribuerit, quæ ipſi robori ſolet imperare. Quia verò non quiete & ocio, ſed bellis & periculis ſplendorem atq; excellentiam comparari ſciebat: nec eorum corpora tantùm immortalitate donare, ſed ipſos etiam perpetuitate nominis ornare decreuerat: alterius vitam laboribus & periculis plurimis obnoxiam eſſe voluit: alterius naturam illuſtrem & expetendam reddidit. Ac primũ Theſeus Aegei verbo, reipſa

Docilitas.

Sola mulierũ Helena Ioue nata.

Comparatio Helenæ cum Hercule, & formæ cum robore.

Procorũ excellẽtia, et lõga de Theſei rebus geſtis digreßio, multas exaggerationes cõtinens.

Neptuni filius, uiſa ea, dum quidem immatura eſſet adhuc, ſed alijs forma præſtaret: vſque adeò pulchritudine eius ſuperatus eſt is, qui alios vincere ſolebat, ut, cùm patriam haberet ampliſſimam, & regnum tutiſſimum, in illis ipſis bonis, abſque huius familiaritate vitam ſibi acerbam fore putaret. Sed quia eorum voluntate, quorum erat autoritas, ea potiri non poterat (nam illi & ætatem puellæ, & oraculum Delphicum expectabant) deſpecto Tyndarei regno, & Caſtoris pollucisque viribus, & periculis omnibus, quæ à Lacedæmonijs impendebant, neglectis, Aphidnam Atticæ oppidum vi raptam pertulit: tantoque ſe Pirithoi beneficio, qui eius rapiendæ ſocius fuerat, affectum eſſe putauit, ut, cùm ille ambire Proſerpinam, Iouis & Cereris filiam, vellet, eumque ut ſecum ad inferos deſcenderet, rogaret: cùm dehortando & diſſuadendo nihil profeciſſet, quanquam in conſpectu erat calamitas, tamen eum comitatus ſit: exiſtimans, hanc mercedem eius deberi meritis, & ſuſceptæ vnà periculi ſocietati, ne ulla Pirithoi iuſſa detrectaret.

Primus raptus.

Theſei cum Pirithoo deſcenſus ad inferos.

trectaret. Quòd ſi is, qui hæc egit, vulgaris aliquis fuiſſet, & non vir excellentiſſimus: nondum conſtaret, vtrum hæc oratio laus Helenæ, an Theſei potiùs eſſet accuſatio? Nunc inter cæteros illuſtres viros, alium fortitudinis, alium ſapientiæ laude, alios alijs huiuſmodi virtutibus caruiſſe reperias: huic verò ſoli defuiſſe nihil, ſed virtutem numeris omnibus abſolutam contigiſſe. Lubet autem de eo dicere prolixius. Nam laudatores Helenæ, hoc argumento maximam ſibi fidem conciliaturos exiſtimo, ſi oſtenderint, amatores & admiratores eius, ipſos alijs admirabiliores extitiſſe. Nam quæ noſtra ætate facta ſunt, de ijs haud iniuria noſtrũ iudicium interponimus. In rebus verò à noſtra memoria ita remotis, par nos eſt illorum temporum prudentibus viris aſſentiri. Ac pulcherrimum de Theſeo dicere illud habeo, quòd Herculis temporibus natus, ita ſe geſſit, ut parem cum illo gloriam conſequeretur. Nec enim ſimili armorum genere duntaxat ſeſe ornarunt, ſed eadem quoque ſtudio habuerunt, ut decebat eorum neceſſi-

Occupatio, qua Theſei uirtus collatione exaggeratur.

Theſeus Herculis æmulus.

neceſſitudinem. E fratribus enim geniti, alter Ioue, Neptuno alter, fraternas etiã cupiditates habuerunt. Nam hi ſoli ex omni memoria, ꝓ defēſione humani generis, pugilum inſtar, ſemper velut in procinctu ſteterunt. Sic autē cōtigit, ut alter celebriora & maiora, alter vtiliora & coniunctiora Græcis certamina ſubiret. Nam illi Euryſtheus imperabat, ut boues ex Erythea abigeret, ut mala Heſperidum afferret, ut Cerberum adduceret, & alios eius generis labores ſuſciperet, quibus nihil alijs cōmodaret, ſed ipſe in diſcrimen atq; periculum vocaretur. ‖Hic verò cum ſui iuris eſſet, ea ea certamina delegit, quibus vel Græciam, vel patriam ſuam beneficijs ſibi obligaret. Proinde cùm taurũ & à Neptuno immiſſum, & Atticam vaſtãtem, cum quo vniuerſi cōgredi nō audebãt, ſolus ipſe domuit, magnoq; metu & magna omnes, qui vrbē incolebãt trepidatione liberauit: tum inita cum Lapithis ſocietate, & expeditione contra Centauros bimembres, & celeritate & viribus et audacia præſtantes, ſuſcepta, qui vrbes alias vaſtarant, alijs imminebãt, alijs

Facta Theſei reb. ab Hercule geſtis anteponit.

Taurus Marathonius.

Centauri.

alijs minitabantur: his prælio victis, mox eorum ferociæ modum ſtatuit, neq; multò pòſt genus eorum prorſus deleuit. Circa eadem tempora cum mon-ſtrum illud in Creta educatum, atq; ex Paſiphae Solis filia natum extitiſſet, cui tributi nomine noſtra vrbs bis ſeptenos pueros ex oraculo mittebat, cum videret eos duci, toto populo comitante, ad necem indignam, certumq; interitũ, & viuentes adhuc lugeri pro mortuis: tanta indignatione exarſit, vt potius eſſe duxerit emori, quàm viuere turpiter, & imperare ciuitati, quæ tam miſerabile tributum hoſtibus pendere cogeretur. Conſcenſo igitur vnà cum illis nauigio, & ea natura ſuperata, quæ quidem è viro & tauro conflata eſſet, tantoq; robore polleret, quanto par eſt, eam quæ talibus corporibus conſtat: non pueros ſolùm parentibus incolumes reſtituit, ſed vrbem etiã tam iniuſto, tamq; acerbo, & ineuitabili edicto liberauit. Equidem ſum animi dubius, quid conſilij de reliquis capiam. Poſteaquam enim ad Theſei facinora perueni, deq; illis dicere cœpi: vereor

Minotaurus.

Occupatio, per dubitatio nem & præteritionẽ, attentionem renouans.

vereor ut deceat, in medio veluti curſu oratione abrupta, Scironis & Cercyonis, aliorumq́ eius generis immanitatem prætermittere: quibus ille fortiter ſuperatis, multarum & magnarum calamitatum Græcis remedium attulit. Sed me excedere modum, ac prouidendum eſſe video, ne qui me putent de hoc laborare magis, quàm de ea propter quam hæc inſtituta fuit oratio. Quæ vtraq; cùm ita ſe habeant, plurima tráſire ſilentio ſtatui, propter moroſos auditores, ac cætera quàm potero breuiſſimè percurrere: vt partim illis, partim mihi ipſi gratificer: neq; prorſus illis cedam, qui obtrectare, atq; omnia quæ dicuntur cauillari conſueuerunt. Fortitudinis igitur ſuæ ſpecimen in his facinoribus edidit, quibus ipſe ſolus pugnauit: rei militaris autem ſcientiam in prælijs oſtendit, quæ totius ciuitatis copijs munitus fecit: pietatem porrò erga Deos immortales in Adraſti & liberorum Herculis ſupplicationibus. Nam hos, prælio victis Peloponnenſibus, conſeruauit: illi, eos qui ſub Cadmea ceciderant, Thebanis inuitis, ſepeliendos

Tranſitus ad bella Theſei.

peliendos tradidit. Cæteras verò virtutes & moderationem, cùm in his, quæ iam diximus, tum in vrbis adminiſtrandæ ratione. Cum enim animaduerteret, eos qui ciuibus per uim imperare ſtuderent, ſeruire alijs: & qui cæteris vitam periculoſam redderent, ipſos metu perterritos viuere, cogiq; bella gerere, ciuibus quidem adiutoribus contra externos hoſtes, copijs verò aliunde paratis contra ipſos ciues: præterea ſpoliare templa Deorum, & optimos quoſq; ciues interficere, & diffidere cõiunctiſſimis, & nihilo viuere tranquillius, quàm eos, qui in vincula coniecti, iudicium capitis ſubituri ſunt: &, cum foris felices videantur, ipſos intra ſeſe pluribus quàm alios confici moleſtijs. (quid enim acerbius eſt, quàm in perpetuo viuere metu, ne à proximo quoq; iuguleris: & cuſtodes non minus formidare, quàm inſidiatores?) His igitur omnibus contemptis, cum id genus hominum non eſſe principes, ſed peſtes ciuitatum exiſtimaret: facilius eſſe demonſtrauit, ſimul & imperare, & nihilo deteriore eſſe conditione, quàm eos,

Democratiæ conſtitutio cum tyrannia de cõparatæ.

Athenienſiũ coniunctio.

qui pari & æquo iure viuunt cum cæteris ciuibus. Ac primùm ciuitatem, quæ prius ſparſim & vicatim habitabat, in vnum locum congregatam, tantam effecit, vt etiam nunc ex eo tempore græcarum vrbium ſit ampliſſima. Deinde patriam communem omnibus conſtituit: & liberatis ciuium animis, in contentione honorum parē aditum ad magiſtratus omnibus eſſe voluit. Conſidebat enim, ſe non minùs fore principem, ſi ſeſe exercerent, quàm ſi ignauia torperent. Cùm autem ſciret, eos honores longè ſuauiores eſſe, qui à viris magnanimis deferrentur, quàm eos, qui à ſeruitute oppreſſis haberentur: tantùm abfuit, vt quicquam ciuibus inuitis ageret, ut & ipſe ſummam rerum adminiſtrare populum iuberet, & illi ſolum eum regnare vellent: exiſtimantes, eius monarchiam fideliorem & æquiorem eſſe, quàm ſuam democratiam. Non enim, quod alij ſolent, labores ciuibus mandabat, voluptates ſolus ipſe capiebat: ſed pericula ſibi priuatim vendicabat, vtilitates in commune conferebat.

Par ius honorum.

Congeries.

rebat. Itaque vitam & ſine vllis inſidijs, & ſumma omnium charitate peregit: non peregrino milite imperium muniens, ſed beneuolentia ciuium ſe tuens; poteſtate rex, beneficijs popularis. Tanta enim æquitate, tam præclarè vrbem adminiſtrauit, ut etiam hodie quoddam eius manſuetudinis veſtigium, in noſtris inſtitutis reliquum, animaduertatur. Eam igitur, quæ & Ioue nata, & tantæ virtuti ac modeſtiæ dominata eſt, nonne laudari decet, ac honorari, longeq́ omnibus omnium temporum hominibus anteferri? Nec enim teſtem fidem digniorem, neque iudicem magis idoneum bonorum, quibus Helena prædita fuit, quàm Theſei mentem adducere poterimus. Ne verò ex inopia hoc loco immorari, aut viri vnius ad eam laudandam abuti gloria videar, ea quæ reſtant explicabo. Nam cum poſt Theſei deſcenſum ad inferos, Lacedæmonem reuerſa, iam nubilis eſſet: vniuerſi reges illius temporis, & principes vrbiũ, idem quod Theſeus de ea ſenſerunt.

Reditus ad cauſam, & Theſei ad Helenam applicatio.

Omnes reges Helenæ proci.

Etſi enim poteſtas eis dabatur, primarias è ſuis vrbibus mulieres deligendi: ſpretis tamen domeſticis nuptijs, ad eã profecti ſunt, ambiendi gratia. Cùm verò nondum eſſet exploratum, communi adhuc fortuna, quis nam eius nuptias obtineret: adeò tamen nemo erat, qui vocaret in dubium, quin armis de ea dimicandum foret, ut congreſſi fidẽ mutuò dederint, ſe omnino adiuturos eum, qui connubio illius potiretur, ſi quis eam per uim abduxiſſet. Putabat enim quiſq;, ſe ſibi præſidium illud parare. Ac ſpe quidem priuata, vno viro excepto, ſunt omnes fruſtrati: communis autem, quæ de ea fuit, opinio, fefellit neminem. Poſt paruum enim temporis ſpacium, orta inter Deas lis eſt de præſtantia formæ, & eius arbiter honorarius Priami filius Alexander delectus. Is Iunone regnum Aſiæ, Minerua victoriam in bellis, Venere coniugium Helenæ pollicente: cum non poſſet corpora dijudicare, neq; diuinorum vultuum fulgorem ſuſtinere, ac munerum potius eſſe iudex cogeretur: conſuetudinem Helenæ cæteris omnibus

Secundus raptus ab Alexandro.

Approbatio iudicij Alexãdri, per collationem munerum.

bus antepoſuit, non quòd voluptates præcipue ſpectaret (& ſi enim eas viri ſapientes multis alijs rebus præferunt, non tamen eò impulſus eſt) ſed Iouis gener fieri & nominari ſtuduit: quem honorem longè maiorem & præclariorem, quàm Aſiæ regnum exiſtimabat. Magna enim imperia & potentiam, etiam nihili hominibus olim obuentura: tali verò muliere ex omni poſteritate dignatum iri neminem. Animaduertit etiam, ſe nullum pulchrius patrimonium ſuis liberis poſſe relinquere, quã ſi tam paternã quàm maternam originem ad Iouem referrent: quippe qui ſciret, cætera fortunæ commoda celeriter aut interire, aut tranſire ad alios: ſed nobilitatem, ſemper apud eoſdem permanere. Quare hunc delectum in totius ſui generis commodum ceſſurum proſpiciebat, cum cætera munera non vltra ſui æui terminos duratura eſſent. *Refutatio reprehenſionũ Alexandri.* Nemo itaq; vir cordatus eſt, quin hæc prudentiſſimè cogitata fateatur. Quidam autem ex eorum numero, qui nihil quod rem anteceſſit, conſiderant, *Diuinum iudicium humano grauius.* ſed ex euentu iudicant omnia: conui-

cijs eum inceſſere nõ dubitarunt: quorum amẽtia ex ipſis maledictis animaduerti ab omnibus facilè poteſt. Quid enim magis ridiculum admittere queant, quàm ſi ſua ingenia illi antecellere putent, cui primas Deæ detulerunt? Nec enim quibus de rebus tanta inter ipſas orta erat contentio, eas cuiuslibet autoritati dijudicandas permiſerunt: ſed de optimo iudice deligendo non eas minus fuiſſe ſolicitas, quàm de re ipſa laboraſſe, facilè apparet. Conſiderandum eſt autem, qualis fuerit, & iudiciũ de eo faciendum, non è victarum iracundia, ſed ex illarum omnium ſententia, cùm eius mentem præ cæteris delegerunt. Nihil enim prohibet, à potẽtioribus malè accipi etiã innocentes: eum autem honorem adipiſci, ut qui mortalis eſt, Dearũ iudex fiat: id verò cõtingere non poteſt, niſi viro laude ſapientiæ præſtantiſſimo. Miror autem eſſe quenquam, qui malè ſibi conſuluiſſe illum putet, qui cum ea viuere decreuerit, propter quam multi ex ſemideis emori voluerunt. An uerò non deſipuiſſet, qui Deas de forma contendere ſciret, ſi

A iudicio heroum & dearum.

ret, ſi formam ipſe ſpreuiſſet: nec id maximum donum exiſtimaſſet, quod ab illis quoque maximi fieri vidiſſet? Quis verò coniugium Helenæ aſpernatus eſſet, qua rapta Græci non ſecùs, ac ſi tota Gręcia vaſtata fuiſſet, indignati ſunt: & Barbari ita ſuperbierunt, quaſi nos omnes ſuperaſſent? Neque verò obſcurum eſt, quibus animis vtrique fuerint. Nam cùm antè alteri alteris multa crimina intuliſſent, propter alia nihil mouerunt: ſed ob hanc tantum bellum cõcitarunt, non ſolùm iræ magnitudine, ſed et longitudine temporis, & multitudine apparatuum, quantum ad eum diem nullum fuerat vnquam. Etſi autem poteſtas dabatur, alteris, Helena reddita, vrgentibus malis liberari: alteris, ea neglecta, omne deinceps tẽpus ætatis domi securè degere: neutri tamen hæc voluerunt, ſed illi & vrbes excindi, & agros vaſtari ſiuerunt, ne Græcis eam redderent: hi peregrè conſeneſcere, & ſuos nunquam intueri, quàm hac relicta domum reuerti maluerunt. Et hæc egerunt, non quòd vel

Exaggeratio à circumſtantijs.

 Alexan-

A cauſa & qualitatibus perſonarum.

Alexandrum vel Menelaum tanti facerent: ſed alteri pro Europa, alteri pro Aſia dimicabant: exiſtimantes, in vtra corpus eius incoleret, eam regionem feliciorem fore. Tanta certè cupiditas inceſſit laborum & expeditionis illius, non Græcis tantùm & Barbaris, ſed Dijs etiam, vt ne filios quidem ſuos à Troiani belli diſcriminibus abeſſe vellent. Nam quamuis præuidiſſet Iupiter fatum Sarpedonis, Aurora Memnonis, Neptunus Cygni, Thetis Achillis: tamen eos cohortati cæteris adiunxerunt: exiſtimantes, glorioſius eis fore, ſi de filia Iouis dimicantes occumberent, quàm ſi periculorum illorum expertes domi conſeneſcerent. Quis verò miretur, eos de ſuis filijs ita ſtatuiſſe: cum ipſi dij eo bello multò acrius & vehementius præliati ſint, quàm contra Gigantes? Nam illos quidem cõiunctis viribus propulſarunt; propter hanc ipſi inter ſeſe dimicarunt. Rectè autem & illi ſic ſenſerunt, & hac mihi grandi loquentia conceſſa eſt. Nam inſigni pulchritudine prædita fuit, qua in tota rerum natura nihil eſt auguſtius, nihil precio-

Semideorum cædes.

Deorũ inter ſe pugnæ, per collationem.

Helenæ laus à pulchritudine.

precioſius, nihil diuinius. Cuius vires hinc facilè intelliguntur. Multa enim ſunt, quibus plus honoris q̃ vel fortitudine, vel iuſticia, vel ſapientia præditis habeatur. Eorum autem, quæ pulchritudine deſtituuntur, nihil diligi, ſed contemni potius omnia, quæ huius boni expertia ſunt: & virtutem eò potiſſimum celebrari, quòd omnium actionum pulcherrima ſit, reperiemus. Quantum autem pulchritudo antecellat omnibus rebus: è noſtris affectionibus erga formoſos poteſt intelligi. Nam cæteris rebus, quarum vſus aliquis nobis eſſe poteſt, tantùm potiri volumus, animi verò propẽſione vlterius haud progredimur: at pulchrorum amor natura nobis eſt inſitus, cuius tantò maiores vires ſunt, quàm vt deliberandi ſpaciũ præbeat, quantò res ipſa eſt potentior. Ac ijs quidem qui vel ſapienta vel alia quapiam facultate præcellunt, inuidemus, niſi nos quotidianis beneficijs alliciant, & ſui amorem extorqueant: formoſis autem è primo aſpectu beneuolentia coniungimur, & ſolos eos, quemadmodum Deos colendo non defatiga-

Collatio.

Ab effectibus per collationem.

fatigamur, ſed libentius eis inſeruimus, quàm alijs imperamus: maioremque illis gratiam habemus, ſi multa imperent, quàm ſi nihil faciendum denuncient. Iam ſi qui alteri cuipiam præcellentiæ obnoxij ſunt, eos inſectamur, & adulatores nominamus: ſeruos autem pulchritudinis, elegantes & induſtrios exiſtimamus. Tanta denique pietate & cura formam complectimur, ut ſi qui formoſorum malo conſilio florem ętatis proſtituerunt, ſeueriore cenſura notemus, quàm eos, qui aliena corpora violarūt. Qui verò ita ſuam formam cuſtodiunt, ut tanquam in templum nullus improbis pateat aditus: eos reliqua ætate perinde ac ſi toti ciuitati benefeciſſent, honoramus. Et quid opus eſt humanis opinionibus recenſendis immorari? cùm Iupiter optimus maximus in alijs potentiam ſuam demonſtret, ad pulchritudinem verò humili perſona ſuſcepta, accedendum eſſe cenſeat? Amphitryoni enim factus ſimilis, ad Alcmenam venit: in aureum hymbrem mutatus, cum Danae congreſſus eſt, oloris figura, in ſinum Nemeſeos confugit;

A Iouis de forma iudicio

fugit: atq; iterum eiuſdem auis ſpeciem cum haberet, Ledam ſibi deſpondit: deniq; ſemper arte quapiam, nunquam vi, tales naturas eum conſectatum eſſe conſtat. Et apud Deos forma tantò eſt quàm apud nos honoratior, ut etiam ſuis vxoribus, cùm ab ea vincuntur, ignoſcant, multęq; dearum immortaliũ proferri poſſunt, quę cum humanę formæ ſuccumberent, tantum abfuit vt vlla rem eam ſibi dedecori eſſe putaret, aut clàm habere ſtuderet, ut tanquam re bene ac laudabiliter geſta, hymnis celebrari potiùs, quàm ſileri voluerint. Cuius rei ſignum illud euidentiſſimum eſt, quòd plures ob formæ præſtantiã, immortalitatem adeptos eſſe ſcimus, quàm propter virtutes cæteras vniuerſas. Quibus Helena tantò meliore conditione fuit, quantò eis etiam facie præſtitit. Non enim immortalitatem tantùm adepta eſt, ſed & poteſtatem diuinam conſecuta, primùm fratres, qui fato iam conceſſerant, inter Deos retulit. Cui mutationi cùm autoritatem & fidem afferre vellet,

Dij ad uxorũ adulteria cõniuent.

Ob formam in cœlum translati.

Helenæ diuina potentia.

Caſtor & Pollux.

hono-

honores ita manifeſtos eis dedit, vt in mari conſpecti, periclitantes ſeruent, quicunque ipſos piè inuocarint. Deinde

Menelaus. Menelao tantan gratiam retulit pro laboribus & periculis, ſua cauſa ſuſceptis, vt, cùm genus omne Pelopidarum interiſſet, malis inexplicabilibus oppreſſum, non tantùm ex illis calamitatibus eum eripuerit, ſed mortalem eius ſortem diuinitate mutarit, eúmque contubernalem ſibi & aſſeſſorem in omne æuum conſtituerit. Quarum mihi rerum Spartiatarum vrbs, diligentiſſima vetuſtatis cuſtos, re ipſa teſtimonium perhibebit. Nã in hunc vſque diem

Sacrificia Therapnæa. Therapnis in Laconia, patrio ritu ſanctè illis ſacra faciunt, non vt heroibus, ſed vtriſque vt diuis. Oſtendit etiam

Steſichorus. Steſichoro ſuam potentiam: qui cùm initio ſui carminis eam nonnihil perſtrinxiſſet maledictis, ſurrexit oculis orbatus: ſed poſtquàm cauſa calamitatis intellecta, palinodiam, quam vocant, fecit, eius beneficio viſum recepit. Quinetiã

Homeri gratia. Homeridarum quidam aiunt, eam noctu Homero aſtitiſſe, ac mandaſſe, ut de ijs ſcriberet, qui ad Troiam militaſſent,

quò

quò mors eorũ optabilior, quàm aliorum vita redderetur: ac poëſim eius ex parte quidem Homeri etiam ſolertia, inprimis verò propter Helenam ita gratioſam, & apud omnes celebrem eſſe factam. Eos igitur, qui opibus pollent, donarijs & ſacrificijs & ſupplicationibus, cæteriſq; cultibus: eruditos, ſtudioſa et honorifica celebratione placare & honorare decet eam, ut quę tum irrogare pœnam, tum gratiam referre poſſit. Nam liberaliter inſtitutos tales ei primitias offerre cõuenit. Plura ſunt autem quæ præterij, quàm quæ commemoraui. Nam præter artes, & ingenioſè cogitata, cæteraſq; vtilitates quæ in illam Troianumq; bellũ referri poſſent, iurè id quoq; Helenæ aſſcribetur, quod Barbaris non ſeruimus. Conſtat enim, cum propter eam Græci concordiam iniſſent, & communem expeditionem contra Barbaros ſuſcepiſſent, tum primum Europam de Aſia triumphaſſe. Vnde res noſtræ ita mutatæ ſunt, ut ſuperioribus temporibus, ſi qui apud Barbaros calamitate premebantur, imperium in Græcas vrbes ſibi arrogarent.

Admonitio de colenda Helena.

Beneficia Helenæ per prateritionem.

Barbari olim Græcis dominati.

rogarent. Nam Danaus ex AEgypto profugus Argos occupauit: Cadmus Sidonius Thebis imperauit: Cares, inſulas tenuerunt. Pelops Tantali filius, vniuerſam Pelopōneſum ſubegit. Poſt illud autem bellum noſtræ gentis opes ita auctæ ſunt, ut & magnas vrbes & multas prouincias Barbaris eripuerit. Quare ſi qui ſunt, qui hæc velint expolire, non eis occaſio defutura eſt Helenæ extra ea quæ diximus laudandæ: ſed multa & præclara & noua de ea dicendi materia ſuppeditabitur.

Danaus. *Cadmus.* *Cares.* *Pelops.*

Argu-

ARGVMENTVM BVSIRDIS.

Polycrates.

HAEC oratio ad Polycratem Sophiſtam quendam ſcribitur, paupertate ad docẽdam Rhetoricam adactum: qui cùm genere Athenienſis eſſet, tũ in Cypro docebat. Scribit autẽ Iſocrates vt amicus, ad ea eius errata corrigẽda, quæ in orationibus duabus laudatione Buſiridis, & accuſatiône Socratis, admiſerat. Hic enim eſt, qui Anyto & Melito eã orationem ſuppeditauit, qua Socrates capitis accuſatus eſt. Accuſationis autem capita fuerũt hęc, quòd nouos Deos apud Atheniẽſes introduceret, atq; auiculas & canes, & eius generis alia coli iuberet, eoq; pacto ſtudioſos adoleſcẽtes corrumperet. Quæſiuerũt quidam, cur non apertè contra illum diſputarit? An magiſtro illi pepercerit? Reſpondemus, eum iram eſſe veritum Athenienſium, qui Socratem recens condemnarant, quos hac oratione ve-

Accuſatio Socratis.

Quæſtio.

Athenienſiũ caſtigatio & edictum.

lut arguere videtur iniuſtæ condemnationis. Nam & ipſi pòſt, quàm impiè Socratem ſupplicio affeciſſent, agnouerunt: & graui peſtilentia afflicti, necis illius pœnas dederunt. Perijt autē Lachete prætore. Vnde pòſt edixerunt, ne quis in poſterum Socratis publicè, vt in communi theatro, meminiſſet. Narratur autem huiuſmodi quiddam acci-

Euripidis. diſſe: Euripidem, cum aliquid de eo di-
Palamedes. cere vellet, nec id tamen auderet, finxiſſe fabulam de Palamede, vt ſub eius perſona occaſionem haberet obſcurè ad Socratis interitum & factum Athenienſium alludendi, his verbis: Occidiſtis occidiſtis Græcorum optimum. Animaduertente autem populo, hæc verba ad Socratem pertinere: ortam in toto theatro eſſe cōplorationem. Scribit igitur Iſocrates hanc orationem ad Polycratem, reprehendendi cauſa. Si quis autem requirat, cur nō altera oratio de Socrate quoq; ſit ab autore noſtro expoſita, is meminerit, quod iam diximus, vitandæ offenſionis Athenienſium ergò id eſſe prætermiſſum. Buſiridis argumentum hoc eſt. Buſiris Lybiæ &

biæ & Neptuni filius, natus in Libya regione, ſpreta patria, in AEgyptum profectus, vrbē ſibi cognominem Buſirim condidit, quæ id nomen etiam hodie retinet. Crimini autem ei datum eſt, quòd non tantùm non admitteret hoſpites, ſed etiam ſacrificaret. Polycrates igitur, vt ſophiſta & ſcriptor orationum, defenſionem Buſiridis, & criminum, quæ illi obijciebantur, purgationem ſcribere inſtituit: in quo ab Iſocrate reprehenditur, qua ratione ſcribenda fuiſſet laudatio admonente. Quare & hęc oratio inter quatuor laudationes numeratur. *Buſiridis argumentum.*

ALIVD ARGVMENTVM IN BVSIRIDEM, Hieronymi Vvolfij.

BVſiridem Virgilius illaudatum vocat, vt ab omni etiam ſpecie vllius virtutis alieniſſimum. Ac fieri poteſt, vt ad hãc Iſocratis orationem alludens, falſas laudes, non eſſe laudes innuat. Eſt igitur huius orationis argumentum & admirabile, & infame. Quod quamuis ad acuenda & oſtendanda ingenia potiſſimùm inuentum eſſe videatur; hinc tamen non ea ſolùm vtilitas petenda erit, ſed optimæ Reipublicæ forma (quantum quidem obiter fieri potuit) præclarè deſcripta inuenietur. Inſunt etiam alij loci inſignes, quibus erudiri ſtudioſi adoleſcentes poſſunt. Quare ſcriptũ hoc diligenti lectione digniſſimum eſt, non magis propter artificia Rhetorũ, quàm ob rerum vitæ vtilium cognitionem. Videri vult Iſocrates amico cuidam

dam ſophiſtæ rationē laudationis præſcribere: ſed reuera id eum agere credibile eſt, vt Polycratis improbitatem & inſcitiam coarguat, qui mercenarius accuſator Socratis, viri ſapientiſſimi & ſanctiſſimi, quem noſter autor, vt decuit, maximi fecerat, eſſe non dubitarit, & philoſophiæ ſtudium profeſſus, portentoſis argumentis, ſine vlla dexteritate tractandis delectetur. Verum Demetrius Phalereus ait, Polycratem laudationem quandam non ſeriò, ſed ioco tractaſſe: quanquam ibi de Therſite loqui videtur, codex enim mutilus eſt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BVSIRIDIS LAVDATIO, ORATIO III. HIERONYmo Vvolſio interprete.

** æquitatem.*

Beneuolentiæ captatio ab utriuſq; perſona.

QVVM * migrationem tuam, Polycrates, mutatumq́ꝫ vitæ genus ex aliȷ̃s cognouiſſem, & orationum tuarum quaſdam ipſe legiſſem: de tota quidem docendi ratione, ad quam neceſſitate compulſus es, cupidiſſimè tecum ac liberè diſſeruiſſem. Arbitror enim omniũ eſſe officium, qui & exercitatiores ſunt, & ſolidiorem rei cognitionem habent, vt hanc quaſi ſtipem vltrò conferant ad eos ſubleuandos, qui nulla ſua culpa calamitoſi, philoſophia docenda rem facere conantur. Sed quia nondum ita contigit, vt conueniremus: cætera quidem differemus, dum coràm copioſiùs colloqui licuerit. Quæ verò in præſentia tibi conferre poſſem, ea vt ad te ſcribenda, ſic cæteros ſummo ſtudio cælãda eſſe duxi. Etſi autẽ intelligo, pleriſq́ꝫ

Attentio.

Occupatio.

velut

velut innatum eſſe, vt cùm admonentur, non ad ſecuturas vtilitates reſpiciant, ſed reprehenſiones tantò iniquioribus animis ferant, quantò ſeueriore cenſura in errata inquiſitum fuerit: ſubeundæ tamen hæ ſunt offenſiones his, qui aliquibus ex animo benè volunt: operaq́; danda eſt, vt qui hoc modo erga conſultores affecti ſunt, ab iſta opinione deducantur. Cùm igitur animaduertam, defenſione Buſiridis, & Socratis accuſatione, te vel inprimis gloriari: oſtendere tibi conabor, te in vtraq; oratione longè ab oratoris officio aberraſſe.

Docilitas ſeu propoſitio.

Nam cùm nemo ignoret, ei, quem laudare volumus, tribuenda eſſe plura bona, quàm reuera habeat: in vituperando autem, contrariam viã eſſe inſiſtendam: tantùm abeſt, vt eam in dicendo rationem tu ſecutus ſis, vt Buſiridis defenſionem profeſſus, non modò crimina, quæ illi obijciuntur, nõ refutaris, ſed & tam inſignem ei notam immanitatis inuſſeris, vt nihil contumelioſius excogitari queat. Nam cum alij, quibus illi maledicere viſum eſt, vnam in eo mactationem hoſpitũ exe-

Erratorũ oſtenſio à diſcrimine laudationis & defenſionis ſumpta.

Buſiridis defenſio.

crentur: tu etiam deuorare homines ſolitum es criminatus. Cùm verò Socratem accuſare inſtituiſſes, Alcibiadem ei, quaſi laudare velles, diſcipulum tribuiſti: quem ab eo fuiſſe eruditum, nemo norat: ſed longè alijs antecelluiſſe, omnes confitentur. Itaq; ſi defunctis poteſtas daretur, ſuo arbitratu de tuis orationibus ſtatuendi: alter tibi gratiã haberet: alter, tametſi in alios fuiſſet humaniſſimus, ſic indignaretur, vt tua verba quouis ſupplicio vindicaret. An verò non erubeſcendum potius eſt illi, quàm gloriandum, quem diligi magis conſtet ab ijs, quos vituperarit, quàm ab ijs, quos laudandos ſuſceperit? Adeò autem tibi curæ non fuit conſentanea loqui, vt dixeris, eum AEoli & Orphei gloriam æmulatum eſſe: idemq; demonſtres, nihil illi ſtudio fuiſſe, quod cum eorum congrueret inſtitutis. Nunquid enim facinora iſtius cum factis AEoli, quæ memorantur, cõferemus? At is quidem hoſpites in ſuum littus eiectos, in patriam quenque ſuam reducendos curauit: iſte verò (ſi tibi qui-

Socratis accuſatio.

A contrarijs.

AEolus.

quidem habenda fides eſt) hoſpites immolatos deuorauit. Nunquid eum cum Orphei factis comparabimus? At is mortuos ab inferis reduxit: iſte viuentes ante fatum Orco tradidit. Quare ſummopere ſcire velim, quid is facturus fuiſſet, ſi eos contempſiſſet: quem in admiratione virtutis eorum, omnia contraria ſtudio habuiſſe conſtat. Illud autem omnium eſt abſurdiſſimum, quòd in genealogijs verſatus, dicere non dubitaſti, eum illos eſſe æmulatum, quorum patres illis temporibus nati nondum erant. Ne verò id quoq; cuiuis in promptu eſt, facere videar, vt tua dicta reprehendam, meorumq; nihil proferam: conabor tibi paucis oſtendere in hoc ipſo argumento (quanquam id minimè quidem probum et, neque honeſtam orationem ſuppeditat) quæ ſit cùm laudandi tũ defendendi ratio ineunda. De nobilitate igitur Buſiridis quis nõ facilè dixerit? cui pater Neptunus, Libye Iouis ex Epapho neptis mater fuit? q̃ mulierem primã ferunt regno potitã, regioni ſuum

Orpheus. *Abſurdum à tempore.* *Tranſitio à reprehẽſione ad exemplũ.* *Nobilitas Buſiridis.* *Neptunus.* *Iupiter.* *Epaphus.* *Libye.*

ſuum nomen indidiſſe. Cùm autem tales ei parentes contigiſſent, non ſplendore natalium ſuperbijt: ſed ſuæ virtutis etiam perpetuum monimentum eſſe relinquendum exiſtimauit. Quare maternum imperium aſpernatus, vt naturæ ſuæ præſtantia minus, multis vi armorum ſubactis, maximaq; potentia parta, in AEgypto regnū conſtituit, ratus, ſedem illam non ijs tantùm, quas obtineret, ſed & vniuerſis regionibus multùm præſtare. Videbat enim cætera loca non commodè, nec conuenienter ad vniuerſi mundi naturam poſita, partim hymbribus inundari, partim feruoribus infeſtari: hanc verò prouinciam in commodiſſima orbis parte ſitam, plurimorum, ac potius omnis generis bonorum eſſe feraciſſimam: & Nilo, immortali muro, circunditam, qui eam non tantùm muniat, ſed inſita, vi etiam liberaliter alat: inſuperabilis & inexpugnabilis inſidiatoribus: ijs autem, qui intra eum habitant, ad deriuationes et alia complura oppotunus. Nam præter ea, quæ diximus, potentiam quoq; eorum in cultura terræ propè di-

Prudentia in AEgypto regni ſede deligenda.

Nilus.

pè diuinam effecit. Hymbrium enim & ſiccitatum, quorum alijs Iupiter promus condus eſt, horum vtrorumq́ poteſtatem quiuis per ſe habet: ac tam immenſa felicitate ſunt, vt ſi præſtantiam ſpectes, naturamq́ regionis, & campos latiſſimè patentes, terra continente fruantur: exportatione autem rerum quibus abundant, & importatione quarum egent, ob fluminis huius commoditatem inſulam incolant. Nam circumcirca eam ambiens, & totam interfluens, magnam eis opportunitatem vtriuſq́ rei ſuppeditat. Inde igitur auſpicatus, vnde ſapientes ordiri decet, locum quàm amæniſſimum occupauit, eumq́ talem, vnde incolis omnia ad victum neceſſaria abundè ſuppeterent. Deinde ciuibus ordine diſtributis, alios ſacris præfecit, alios opificijs deſtinauit, alios rei militari vacare coëgit: exiſtimans, res neceſſarias, & opes, tũ è terræ cultu, tum ex opificijs ſuppeditari oportere: earum autem cuſtodiam tutiſſimam eſſe, tum rei militaris exercitationem, tum pietatem erga deos. Omnes igitur numeros earum rerum, per

Reipublicæ ordinatio.

Sacerdotes.
Agricolæ.
Opifices.
Milites.

per quas optimè reſpublica conſtitui queat, abſoluit. Nam vt ſinguli eaſdem res perpetuò tractarent, imperauit: haud ignarus, eos, qui ſubinde aliud atque aliud munus ſuſciperent, nihil exquiſitè cognitum habere: eos autem qui rebus iĳſdem perpetuò eſſent occupati, in ſuo ſcientiæ genere plurimùm excellere. Vnde hoc conſecuti ſunt, vt & in ſingulis artibus longè plus aliĳs artificibus præſtent, quàm cæteri artifices hominibus illarum ignaris: & ordinem, quo regnum cæteraq́ reipublicæ munia tuentur, tam præclarum ſeruent, vt etiam philoſophi celeberrimi, cũ his de rebus diſputationes inſtituunt, AEgyptiam reipublicæ formam cæteris anteponant: & Lacedæmonĳ, qui partem quandam inde ad ſe tranſtulerunt, ſuam rempublicam optimè adminiſtrent. Nam vt militum nemo ſine venia magiſtratuum peregrè abeat, & concænationes, & corporum exercitationem, prætereaq́ ne inopia rerum neceſſariarum coacti publica edicta negligant, aut aliĳs artibus occupentur, ſed omnem ætatem, omne ſtudium

Earũdem rerum perpetua tractatio.

Approbatio philoſophorũ & Lacedæmoniorum imitatio.

dium in armis & expeditionibus cõſu-
mant: ab AEgyptijs hæc omnia petita
ſunt. Tantò autem peius his inſtitutis *Lecedæmonij*
vtuntur, quòd ipſi omnes militiæ dedi- *AEgytijs de-*
ti, vi alijs ſua eripere ſtudent: illi autem *teriores.*
ita viuunt, vt eos decet, qui nec ſua ne-
gligunt, nec inſidiantur alienis. Quan-
tum porrò inter vtranque gerendæ rei-
publicæ rationem interſit, ex eo per-
ſpici poteſt: quòd ſi omnes pigriciam
& auariciam Lacedæmoniorum imi-
tentur, mox cùm ob annonæ penu-
riam, tum propter inteſtina bella pe-
rierimus. Sin AEgyptiorum inſtituta
ſecuti, alij opus facere, alij horum opes
tueri voluerimus: ſuis quiq; contenti
finibus, beatam vitam exigemus. Atq;
etiam ſapientiæ ſtudium illi meritò ac-
ceptum referetur. Nam ſacerdotibus *Sacerdotum*
ita proſpexit, primùm vt è ſacris rediti- *opes.*
bus opes haberent: deinde, quia legi- *Temperãtia.*
bus eorum ſanctimonia ſumma requi- *Ocium.*
ritur, vt temperanter viuerent: denique *Inuenta.*
cùm immunes ſint à militia, cæteriſq;
laboribus, vt quietè atq; in ocio dege-
rent. Illi igitur his vſi commoditati-
bus, ad corpora iuuanda medicinam *Medicina.*
inuene-

inuenerunt, non eam, quæ periculoſis medicamentis vtitur: ſed eiuſmodi, quę cum æquè tutò ſumi poſſint, vt cibi quotidiani, tantas vtilitates habent, vt nemo neget, eos & ſaluberrimis eſſe corporibus, & diutiſſimè viuere. Ingeniis autem philoſophiæ exercitationem demonſtrarunt: quæ tum leges ſancire, tum rerum naturam indagare poteſt.

Philoſophia.

Ac ſenibus quidem optima quæque mādauit: adoleſcentibus autem perſuaſit, vt omiſſo voluptatum ſtudio, in aſtronomia & arithmetica & geometria verſarentur: quarum facultatem aliʝ vt ad alia conducibilem laudant, aliʝ eas ad virtutem quoque conſequendam adiumenti plurimum afferre contendunt.

Senum. *Adoleſcentiū.*

Maximis autem laudibus et admiratione digna eſt eorum religio & Deorum immortalium cultus. Nam qui ita ſe pararunt, vt vel ſcientiæ vel virtutis nomine maiorem de ſe quàm pro dignitate opinionem excitarint: hi deceptis nocent. Qui autem diuinis rebus ita præſunt, vt & auxilia & pœnæ certiores ac paratiores, quàm ſunt, eſſe videantur: hi verò vitæ mortalium plurimùm

Religio. *Diſsimile.*

mûm proſunt. Nam qui ab initio timorem hunc nobis iniecerunt, in cauſa fuere, ne inter nos planè beſtiarum more viueremus. Illi igitur hæc ita ſanctè auguſteq; adminiſtrant, vt etiam iuriſiurandi religio, * illorum ſacris interpoſitis ſanctior ſit, quàm quæ apud alios recepta eſt: & vt exiſtiment, ſingulis peccatis confeſtim paratam eſſe pœnã, neq; fore, vt in præſentia deliteſcant, aut vltio in liberos differatur. Neq; temerè ſic opinantur. Multas enim eis & varias diuinitatis exercitationes ille cõſtituit, vt qui quædam ex animalibus apud nos contẽptis coli & honorari lege lata voluerit: non quòd eorum vim ignoraret, ſed partim vulgus aſſuefaciendum eſſe, ad obſeruanda omnia principum edicta exiſtimauit: partim in rebus manifeſtis experiri voluit, quid de occultis ſentirent. Nam qui hæc negligerent, eos fortaſſis etiam maiora contempturos. Qui autem æquè in omnibus ordinem conſeruarent, eos iam ediſſe ſpecimen ſuæ in colenda religione conſtantiæ arbitrabatur. Multa, niſi feſtinatio prohiberet, & magna de ſanctitate

** in illorum templis.*

Superſtitionũ AEgyptiacarum callida excuſatio.

Pythagoras AEgyptiorũ diſcipulus.

ctitate AEgyptiorum commemorari poſſent, quæ ego neque ſolus, neq; primus perſpexi: ſed multi cùm noſtræ, tum ſuperioris ætatis homines: quorũ de numero fuit etiam Samius ille Pythagoras. Qui cùm in AEgytum profectus, illorum diſciplinæ ſe tradidiſſet: tum reliquam philoſophiam primus in Græciam intulit, tum ſacrificiorum & cõſecrationum in templis maius quàm cæteri ſtudium habuit: exiſtimans, etiamſi propterea nihilò plus à Dijs impetraſſet, at maximam celebritatẽ ſermonis hominum ea re ſe cõſecuturum: id quod ei & contigit. Tantum enim nobilitate cæteris excelluit, vt & adoleſcentes omnes eius diſcipuli eſſe cuperent, & ſenes cum eo viuere mallent ſuos liberos, quàm rem familiarem curare. Atq; his abrogari fides non poteſt. Nam etiam nunc, qui ſe diſcipulos eius eſſe profitentur, eos magis tacẽtes admiramur, quàm alios eloquentię gloria præſtantiſſimos. Fortaſſis autem ijs quę diximus, occurres, me regionẽ quidẽ, & leges, & pietatem, atq; etiam ſapientiam AEgyptiorũ laudare: ſed harum

Autoritàs Pythagoræ.

Occupatio, qua cõfirmat hæc Buſiridi accepta eſſe referenda.

rum rerũ autorem eũ eſſe, quem poluerim, nulla ratione demonſtrare poſſe. Ego verò, ſi quis alius hoc mihi opponeret, erudite me ab eo reprehendi putarẽ: ſed tibi ſic argumentari nefas eſt. Cùm enim Buſiridẽ laudare voluiſſes, dicere non dubitaſti, eũ & Nilum vi ab ſuo curſu abruptũ, regionem circũfluere coẽgiſſe, & exteros, qui eò adueniſſent, deuoraſſe: nec vllũ argumentum, quo probaretur hæc ab eo eſſe facta, protuliſti. Nonne igitur ridiculũ fuerit, te ab aliјs exigere, quæ tute ne minima quidẽ ex parte pręſtitiſti? Nã longè abſurdiora, q̃ nos dicis: qui nihil illi, quod fieri nequeat, tribuimus, ſed leges et reipublicæ conſtitutionem, quæ præſtantiũ virorum opera ſunt. Tu verò taliũ facinorum opificem eũ nobis exhibes, quorũ neutrum quiſquã mortalium fecerit. Nam alterũ belluinæ immanitatis eſt, alterũ potentiæ diuinæ. Deinde vt falſa vterq; dicamus: ego tamẽ his verbis vſus ſum, quę laudantiũ ſunt, tu ĳs, quę vituperantibus cõueniunt. Quare non veritatẽ tantùm neglexiſti, ſed & à tota forma laudationum aberraſti. Iam ſi tuis omiſſis, mea oratio excutiẽda eſt:

Recriminatio Polycratis.

Comparatio utriusq; orationis.

A Buſiridis perſona.

nemo ei iurè fidem abrogabit. Nam ſi quem alium hæc feciſſe conſtaret, quæ ego illi tribuo: ne ipſe quidem negarim, me nimis audacem eſſe, qui notam omnibus veritatem extorquere ſtuderem. Nunc cùm res in medio poſita, & niti coniectura neceſſe ſit: quem nam aliquis inſtitutorum & legum, quæ apud Ægyptios ſunt, ſi veriſimilitudo ſpectetur, autorem potius eſſe credat, quã eum, qui ſit & Neptuno genitus, & maternum genus ad Iouem referat, & maxima potentia præditus, & vbiq; gentium nominatiſſimus fuerit? Nec enim conſentaneum eſt, his rebus omnibus inferiores aliquos potius, quàm illum, tanta in rempublicam beneficia contuliſſe. Quin etiam ipſa ratione temporum, conuiciatorum verba mendacij facilè conuincuntur. Nam ijdem ſunt, qui Buſiridem & cæſorum hoſpitum accuſent, & ab Hercule interfectum eſſe dicant. Conſtat autem inter omnes hiſtoricos, Perſeo Iouis & Danaæ filio, quatuor ętatibus Herculem eſſe iuniorem: Buſiridem verò, plus quàm ducentis annis ſeniorem. At verò quid abſur-

Confutatio criminũ, quæ Buſiridi obijciuntur.

A tempore.

abſurdius, cum factas illi calumnias refutare inſtitueres, quàm argumentum hoc tam euidens, tam firmum prætermiſiſſe? Verùm tu veritatis nulla ratione habita, poëtarum maledicta ſecutus es: qui ex dijs immortalibus genitos, atrociora tum perpetraſſe, tum perpeſſos eſſe aſſerunt, quàm filios hominum nefariorum: talesq; fabulas de ipſis Dijs commenti ſunt, quales nemo in ſuos inimicos dicere audeat. Nec enim furta ſolum, & adulteria, & apud homines ſeruitutes eis exprobrarunt: ſed & liberorum deuorationes, & patrum exectiones, & matrum concubitus, & multa alia tetra facinora de illis confinxerunt. Quorum nondum illi quidem meritas pœnas dederunt, non tamen omne ſupplicium effugerunt. Nam alij errones & mendici fuerunt, alij cæcati ſunt: alij pulſi patria, bellũ perpetuum contra domeſticos ſuos geſſerunt. Orpheus autem talium fabularum præcipuus autor, in fruſta diſcerptus interijt. Quare ſi ſapimus, illorum deliramenta non imitabimur: neq; committemus, cum leges tulerimus, ne alter alteri ma-

Digreßio ad impias fabulas poëtarum exagitandas.

Poëtarum ſupplicia.

Admonitio à minori.

teri maledicat, vt omnis licentia quid-
De Dijs & eorum liberis quid ſentiendum.
uis de Dijs effutiendi detur: ſed cauebimus potius: & tam eos qui talia dicunt, quàm qui credunt; delinquere putabimus: Ego verò non Deos tantùm, ſed illorum filios etiam, alienos ab omni ſcelere & vitio, tum ipſos natura virtutes omnes inſitas habuiſſe credo, tum alijs ad honeſtiſſima & præclariſſima quæque ſtudia duces & magiſtros extitiſſe. Abſurdum enim eſt, cùm noſtræ
A minori.
ſobolis proſperitatem Dijs acceptam referamus, eos exiſtimare, ſuam ipſorum nihil curare. Quod ſi cui noſtrûm poteſtas naturæ humanæ moderandæ daretur: quis eſt, qui famulos ſuos improbos eſſe pateretur: & illos non damnaremus, ſi ex ſeſe genitos tanta impietate & improbitate eſſe paterentur:
Dilemma.
Tu quidem te putas, etiam tibi prorſus alienos, ſi te magiſtro vtantur, optimos eſſe redditurum: Deos verò nullam prorſus exiſtimas curam habere virtutis ſuorum liberûm: At iſta ratione à duobus turpiſſimis criminibus non abſunt. Nam ſi bonos eos ne quidem eſſe volunt: deteriore ſunt quàm homines inge-

ingenio. Sin,cum velint, qua ratione id efficiant,non habent: ſophiſtis ſunt imbecilliores. Etſi autem multa in re inſunt, per quæ & laudatio & defenſio dilatari poſſet: non tamẽ pluribus verbis opus eſſe cenſeo. Nec enim apud alios oſtentandi mei, ſed erudiendi tui cauſa: vtq; oſtenderem, quomodo horum vtrunq; fieri debeat, hæc diſſerui. Nam oratio quidem à te conſcripta, nõ defenſio Buſiridis, ſed criminum confeſſio, rectè exiſtimari poteſt. Nec enim eum culpa vacare oſtendis, ſed alios nonnullos eadem illa feciſſe declaras: facilimo delinquentibus refugio excogitato. Cum enim non facile ſit, vllum reperire ſcelus, quod nondum ſit perpetratum: ſi facinorum conuictos nihil graue admiſiſſe putabimus,modò alios eadem feciſſe conſtet: non ne omnibus expeditas defenſiones faciemus,& malè cogitantibus magnam feneſtram ad licentiam aperiemus? Optimè autem perſpicies, quàm ſtultè iſta dicta ſint, ſi ad te ipſum omnia retuleris. Illud enim cogita: ſi de magnis & nefarijs criminibus accuſatus, ad iſtum

Præciſio & reditus ad reprehenſionem.

Ignaua defenſio eſt ſumpta ab exemplis ſcelerum.

Fictio,ne Polycratem quidē ipſum ita ſe defendi uelle.

modum ab aliquo defenderere: quid animi tibi fore cenſes? Equidem ſcio, te illi multo infenſiorem futurum, quàm ipſis accuſatoribus. An verò turpe non eſt, alios ita defendere, quemadmodum te defendi iniquiſſimo animo ferres? Illud quoque conſidera, & apud animum tuum cogita: ſi quis tuorum familiarium induci ſe pateretur ad ea facienda, quæ tu laudas: an non miſerrimus eſſet omnium, & qui nunc ſunt, & qui vnquam fuerunt? Scribendæ'ne ſunt eiuſmodi orationes, quarum id ſummum bonum ſit, ſi nemini auditorum perſuadere poſſint? Fortaſſis autem dices, nec te id fefelliſſe, ſed exemplum ſtudioſis relinquere voluiſſe, fœda crimina, & cauſas difficiles defendendi. Verùm ſi prius ignorabas, nunc ſaltem te intellexiſſe arbitror, multò faciliùs aliquem abſolutum iri, ſi nec os aperuerit, quàm ſi iſto modo ſuam cauſam egerit. Iam cùm ſtudia literarum veluti fatali calamitate vrgeantur, & in odio ſint: iſtius generis orationibus maiorem etiã in illa inuidiam concitatum iri cõſtat. Itaque ſi mihi obtemperare volueris, aut

A conſequẽtibus abſurdis.

A ratione temporum.

ris, aut in poſterum (idq́ potiſſimum fuerit) nulla improba argumenta tra-ctabis: aut operam certe dabis, vt ea dicas, per quæ nec tuam exiſtimatio-nem imminuas, nec imitatores tui corrumpas, nec eloquen-tiæ diſciplinæ crimen confles.

Concluſio reprehenſionis.

modum ab aliquo defenderere: quid animi tibi fore cenſes? Equidem ſcio, te illi multo infenſiorem futurum, quàm ipſis accuſatoribus. An verò turpe non eſt, alios ita defendere, quemadmodum te defendi iniquiſſimo animo ferres? Illud quoq; conſidera, & apud animum tuum cogita: ſi quis tuorum familiarium induci ſe pateretur ad ea facienda, quæ tu laudas: an non miſerrimus eſſet omnium, & qui nunc ſunt, & qui vnquam fuerunt? Scribendæ'ne ſunt eiuſmodi orationes, quarum id ſummum bonum ſit, ſi nemini auditorum perſuadere poſſint? Fortaſſis autem dices, nec te id fefelliſſe, ſed exemplum ſtudioſis relinquere voluiſſe, fœda crimina, & cauſas difficiles defendendi. Verùm ſi prius ignorabas, nunc ſaltem te intellexiſſe arbitror, multò faciliùs aliquem abſolutum iri, ſi nec os aperuerit, quàm ſi iſto modo ſuam cauſam egerit. Iam cùm ſtudia literarum veluti fatali calamitate vrgeantur, & in odio ſint: iſtius generis orationibus maiorem etiã in illa inuidiam concitatum iri cõſtat. Itaq; ſi mihi obtemperare volueris, aut

A conſequẽtibus abſurdis.

A ratione temporum.

ris, aut in poſterum (idq́ potiſſimum fuerit) nulla improba argumenta tractabis: aut operam certè dabis, vt ea dicas, per quæ nec tuam exiſtimationem imminuas, nec imitatores tui corrumpas, nec eloquentiæ diſciplinæ crimen confles.

Concluſio reprehenſionis.

HIERONYMI VVOLFII IN PANATHENAIcum argumentum.

PAnathenæa, quę Athenæa quondam dicerentur, Suida autore, duplicia fuere: altera maiora, quinto quoq; anno: altera minora, ſingulis annis celebrari ſolita. Inſtitutæ autem hæ ſolennes feriæ feruntur in memoriam Erichthonij & Theſei, qui Athenienſes ſparſim in agris habitantes, in vrbem coëgerint. His Phauorinus addit, pueros in ijs armatos ſaltaſſe, & cum ſingulæ Athenienſium coloniæ bouem ad ſacrificia mitterent: omnes, ob carnium copiam etiam vltra ſacietatem comediſſe. Sed & Suidæ reliqua, licet corrupta, aſcribam: decertat, inquit, puer, in Iſthmijs, non ſenior, & imberbis, & vir, ac præmium victori datur oleum in amphoris: & victor redemitur oleagino ſerto. Hæc igitur oratio, vel quia in Panathe-

næis recitata fuit, vel quòd Athenienſium omnia pręclara facinora prędicat, eorumq́ laudes omnes à prima origine repetit, Panathenaicus inſcribitur. Huius operis Cicero meminit his verbis: Eſt quietè & purè & elegãter actæ ętatis placida ac lenis ſenectus: qualem accepimus Platonis, qui vno & octogeſimo anno ſcribens, mortuus eſt, qualẽ Iſocratis, qui eum librum, qui Panathenaicus inſcribitur, quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur, vixitq́ quinquennium poſteà. Hæc ille: Orditur autem à ſenili ſuarum rerum cõmemoratione, de ſuo ſcribendi genere, de fortuna & vita ſua, de calumnijs Sophiſtarum, quas prolixè refutat. Deinde proponit, ſe oſtenſurum, Athenienſes melius eſſe de Gręcia meritos, quàm Lacedæmonios. Quod licet etiam in Panegyrico ſit factum, tamen hunc locum non illius argumenti, ſed huius eſſe proprium. Itaque in ea collatione pergit, Athenienſium laudes exaggerans, Lacedæmoniorum deprimens: illorum facta excuſando, horum criminando, varijs proœmijs & digreſſioni-

bus paſſim intertextis. Tandem veluti per dialogum introducit quendam defenſorem & laudatorem Laconum: cuius dicta ipſe acriter refutat. Poſteà deliberat cum auditoribus & amicis, quid de editione huius orationis ſit ſtatuendum: quæ cũ ab omnibus approbata eſſet, Philolacon ille denuò accerſitus, ſingulare Iſocratis, reconditumq́ artificium explicat, ingenioſè omninò ac eleganter. Poſtremò iterum more ſuo de ſenectute morboq́ ſuo dicit, quo interim, dum hæc commentaretur, laborarit: eruditos lectores & cenſores requirit, hebetium & ſegnium ingeniorum in iudicando ſtulticiam atq́ temeritatem inſectatur. Hæc huius libri capita ſunt. Partes (ſi quis vel ignauia, vel negocijs impeditus totum opus legere grauabitur) diligenter ad margines annotauimus. Aſcribam tamen (vt rudiores in ſcribendo minus errent, attentioresq́ ſint) ipſius autoris de hoc libro teſtimonium. Videris (inquit ille Philolacon) hanc orationem ita conficere voluiſſe, vt omninò diſſimilis eſſet alijs, atq́ ignauis lectoribus ſimplex &

facilis

facilis intellectu videretur, ſed acutis & diligentibus obſcura difficiliſq́;, referta hiſtorijs & multiplici doctrina, plena varietatis & mendaciloquentiæ, non eius, quæ ciuibus improbè nocet, ſed talis, quæ cum feſtiuitate quadam auditores oblectare ſimul et iuuare queat. Eiuſdem argumenti & nominis orationem ſcripſit Ariſtides Rhetor, non infelici (vt mihi quidem videtur) Iſocratis æmulatione: In cuius præfatione ſic ſcriptum eſt: Videntur ambo (Iſocrates & Ariſtides) non ipſius feſti ſignificationem intuentes, ſed omnium Athenienſium laudationem, ſic inſcripſiſſe orationem, eiuſq́; vim ipſa appellatione perſpicuè declarare voluiſſe.

ISOCRATIS PANATHENAICVS: HIERONYMO Vvolfio interprete.

Oratio IIII.

Beneuolentiã captat à ſuo ſcribendi inſtituto, per remotionem & affirmationem.

QVum iunior eſſem, oratiões ſcribere inſtitui non fabuloſas, neꝗ portenti mendacijꝗ plenas, quibus hominum vulgus magis gaudet, quàm ad ſalutem ſuam pertinẽtibus; neꝗ eas, in quibus res olim geſtæ & bella Græcorum explicantur, quamuis ſcirem, eas iurè laudari; nec eas etiam, quæ ſimplices habentur, & omni ornatu carent, quas cauſidici adoleſcentibus meditãdas eſſe cenſent, ſiquidem vincere ſtudeant aduerſarios. Sed his omnibus omiſſis illas tractabam; quæ quid & reipub. noſtræ, & Gręcis omnibus expediret, oſtenderent, & cũ enthymematis multis refertæ eſſent, tùm non pauca contrapoſita & comparia continerent, cæterasꝗ figuras quæ in eloquentiæ ſtudio efful-

Fabulæ.
Hiſtoriæ.
Forenſes.
Suaſiones.
Sententiæ.
Contrapoſita
Comparia.

dio effulgent, atque auditores geſtu & voce applaudere cogerent. Nunc verò longè alia mea ratio eſt. Nec enim annis nonaginta quatuor, quos ego natus ſum: nec omnino ijs, qui canos iam habent, conuenire arbitror, vt eo modo adhuc dicant: ſed ita potius, quemadmodum omnes ſperent, aut optent: nemo autem facilè poſſit, niſi & tolerare labores, & vehementer ingenium intendere voluerit. Hæc propterea ſum præfatus, ſi quibus hæc oratio, quæ modò recitabitur, mollior prior editis videbitur, ne eam cum illarum varietate conferant: ſed ea ratione, quàm probari nobis in præſentia oſtendimus, de ea iudicent. Diſſeram autem de rebus noſtræ vrbis geſtis, & de virtute maiorum, non ab illis ducto exordio, ſed ab his, quæ ipſi mihi euenerunt. Hæc enim anteuertenda eſſe duco. Ego cùm honeſtè ac ſine cuiuſquam moleſtia viuere perpetuò ſtuduerim: ab improbis & obſcuris quibuſdã Sophiſtis nullo non tempore ſum calumnijs exagitatus: vnde, cũ alij me nõ ſatis pernoſſent, talem

Attentio.

Occupatio.

Docilitas.

Defenſio probitatis ſuæ et ſtudiorum, ad beneuolentiã conciliandam pertinens.

talem iudicarunt, qualem eſſe ab alijs audierant. Inprimis igitur, & de me ipſo dicam, & de illis, qui ſic de me ſentiunt, vt, ſi fortè id conſequi liceat, & maledicta illorum reprimam: & alijs oſtendam, in quibus verſari ſtudijs decreuerim. Quæ ſi oratione conſentanea explicare potuero: ſpes mihi eſt, & reliqui æui ſine moleſtia exigendi, & huius orationis, cum attentione maiore eorum qui adſunt, abſoluendæ. Non autem eloqui verebor, tum perturbationem in animo meo nunc exortam, tùm abſurditatem, quam nunc intelligo: neq; diſputabo, an rectè faciã? Ego enim maxima bona conſecutus, quibus ſe præditos eſſe omnes optent, primùm ſanam mentem in ſano corpore; nec ea mediocriter, ſed vt cum illis contendere poſſem, quorum in his rebus ſingularis felicitas eſſe putatur: deinde tantas rei familiaris copias, vt nulla vnquam re mediocri, quamúe homo prudens expetendam cenſeat, caruerim: deniq; illud etiam, ne vnus ex abiectis & contemptis eſſem, ſed ex eorum numero, de quibus eruditiſſimi & hone-

Querela ſenilis, & prædicatio ſui, attentioni ſeruiens.

Mens ſana in corpore ſano.

Opes.

Gloria.

ſtiſſimi

ſtiſſimi quique Græcorum, vt de viris bonis & doctis & ſentiunt & loquuntur. Quæ omnia cùm mihi contigerint, alia excellenter, alia ſufficienter: tamen mihi vitam iucundam non efficiunt: ſed mea ſenectus ita moroſa, ita puſilla, ita querula eſt, vt ſæpe & ingenium meum mihi diſplicuerit, quod nemo alius cõtempſit: & fortunam meam ſim miſeratus, cum nihil haberem aliud, in quo hanc accuſarem, niſi quòd meum philoſophiæ ſtudium, quædam calamitates & calumniæ interpellarunt: ingenium verò meum ſcirem & ad res gerendas infirmius ac mollius eſſe, quàm oporteat, & ad eloquentiam neq; perfectum, neq; ab omni parte idoneum. Quod etſi cuiuſq; rei veritatem coniectura melius indagare poteſt, quàm ij, qui ſcientiam profitentur: tamen ſi in conuentu magnaq; hominum frequentia illis ipſis de rebus dicendum ſit, omnium eſt, vt ingenuè fatear, ineptiſſimũ. Nam quæ duæ res maximas vires habent, vocis magnitudo & audacia, eæ ſic mihi deſunt, vt haud ſcio an vlli ciuium: quibus facultatibus qui deſtituuntur,

Querela de fortuna.

Querela de ingenio.

Vocis & audaciæ defectus.

Exaggeratio per collationem.

untur, cõtemptiores ſunt (nullius enim eſſe precij putantur) quàm qui in ærarios relati, tribu mouentur. His enim ſpes aliqua ſubeſt mulctæ diſſoluendæ: illi naturam haud vnquam mutauerint. Non tamẽ propter hæc animo abiecto, commiſi, vt prorſus inglorius, & in obſcuro viuerem: ſed cum mihi capeſſendæ Reipub. facultas negata eſſet, ad ſapientiæ vehemẽs ſtudium, & ad ea ſcribenda quæ cogitando eruiſſem, confugi: neq; minuta quædam, aut priuatos contractus, de quibus nonnulli nugantur, tractandos ſuſcepi: ſed de ſtatu Græciæ, de regijs & reipub. negocijs diſſerui, proptereaq; me iure tanto honoratiorem futurum ijs, qui ſuggeſtum conſcenderent, ſperaui, quanto maioribus & pulchrioribus de rebus quàm illi, dicerem. Verùm nihil tale mihi contigit: quum nemo ignoret, multos oratorum ea eſſe audacia, vt non reipublicæ vtilitatem, ſed quæſtum & ſordes ſuas ſpectent in concionibus habendis. Me autem & meos, non tantùm à peculatu alieniores eſſe quàm alios, ſed & de noſtra re familiari, vt conſulamus ci

Scribendi inſtitutum.

Fruſtratio ſpei.

Cõmendatio ſui cũ oratorum uituperatione.

uitatis neceſſitatibus, maiores quàm pro opibus noſtris ſumptus facere: illos pro ſuggeſto aut propter pecunias apud ſequeſtrem depoſitas, inuicem conuicia dicere, aut ſocijs eſſe moleſtos, aut ſine diſcrimine quoſuis calumniari: me verò eorum orationum principem extitiſſe, quæ Græcos tùm ad concordiam inter ipſos, tum ad expeditionem contra Barbaros ſuſcipiendam exhortantur, & ſuadent, communiter ab omnibus colonias in talem & tantam regionem deducendas eſſe, quam, qui de ea audiuere, fatentur, & nos, ſi omiſſa mutua inſania reſipuerimus, & celeriter ſine laboribus atque periculis occupaturos, & illam facilè ſedes & victum ſuppeditaturã omnibus nobis, qui rerum neceſſariarũ penuria laboremus. His actionibus, ſi omnes in vnum congregati, diligentiſſimè veſtigarent, nunquam vel pulchriores, vel maiores, vel magis nobis omnibus conducibiles inuenirent. Quamuis igitur inter meum & illorum animum tantum diſtet, tantoque meum inſtitutum ſit honeſtius:

Iſocrates & concordiæ Græcorum & belli Barbarici & Aſianæ coloniæ autor.

non

Querela de uulgi inuidia. non tamen æqua ſunt populi de nobis iudicia, ſed perturbata & planè inconſiderata. Qui cum alios oratores, quorum mores vituperat, ſummæ reipub. præeſſe velit, eiſq; parêre non recuſet, meas autem orationes laudet: ipſi mihi inuidet, non ob aliud, niſi ob eas, quas probat. Adeò in nulla gratia ſum apud vulgus hominum. Quid verò mireris eos, qui ita nati ſunt, vt nullam excellentiam ferre poſſint? cum illi etiam, qui ſe prę̨claros eſſe putant, meq; & magni faciunt, & imitari cupiunt: longè inſenſiores mihi ſint indoctis? quibus quos nam improbiores inuenias? (dicam enim, tametſi audacius atq; acerbius, quàm pro ætate mea, dicere videbor) qui cùm nullam artis Rhetoricæ partem ſuis diſcipulis, ſine his quę à me dicta ſunt, explicare queant, & exemplis mearum orationum vtantur, & inde victitent: tantum abeſt vt mihi gratiam habeant, vt me ne quidem negligere velint, ſed ſemper obtrectare ſtudeant. Dum igitur noſtras orationes malè tractarent, & quàm peſſimè fieri poterat, eas cum ſuis conferentes, legerent, &

Querela de ſophiſtarum obtrectationibus & iniquitate.

Rectè partiri orationes difficile.

rent, & non rectè diuiderent, & diuellerent, omnibus deniq; modis corrumperent: non curaui ea, quæ mihi nunciabantur, ſed æquo animo tuli. Paulùm autem antè magna Panathenæa propter eos grauiter commotus ſum. Quidam enim familiarium meorum, obuiam mihi facti, dicebant, tres aut quatuor gregarios Sophiſtas, qui ſe omnia ſcire profitentur, & celeriter quouis in loco ſunt, in Lyceo conſidentes, cùm de alijs poëtis, tùm de Homeri & Heſiodi poëſi diſſeruiſſe: nihil quidem ſuum afferentes, ſed & horum carmina rhapſodorum more decantantes, & elegantiſſima quæq; dicta veterum referentes. Cùm autem corona circumſtãtium diſputationem eorum approbaſſet, vnum quendam inter eos audaciſſimum cœpiſſe me calumniari: cùm diceret, me eius generis omnia contemnere, & ſtudia & inſtitutionem aliorum omnium euertere, & dicere, omnes delirare, præter eos, qui à me ſint inſtituti. Quæ cum dicta fuiſſent: quoſdam ex ijs qui adeſſent, à me fuiſſe alienatos. Ego verò quantoperè doluerim, ac per-

Iſocrates arrogantiæ accuſatus.

Inficiatio criminis.

turbatus ſim, cùm audiuiſſem, aliquos illa, tanquam à me dicta, comprobaſſe: dicendo conſequi non poſſum. Putabam enim ita eſſe notum, me cum glorioſis iſtis bellum gerere, & de me ipſo modicè, vel potius intra modum & ſubmiſſè dicere, vt nemini vnquam, talem inſolentiam ſuis mihi verbis affingenti fides haberetur. Verùm initiò non ſine cauſa deploraui meam infelicitatē, quæ ab iſto genere hominum orta, perpetuò me ſecuta eſt. Hæc enim cauſa eſt, & mendaciorum, quibus mea fama cōtaminatur, & calumniarum, & inuidiæ: eademq́ obſtitit, ne de me pro merito meo exiſtimetur: neq; ita vt palàm eſt, vtq́ diſcipuli mei & familiares de me ſentiunt, qui nos ab omni parte perſpexerunt. Verū hæc mutari non poſſunt: ſed ea, quæ præterierunt, boni conſulere neceſſe eſt. Cùm autem multa in mētem mihi veniant: incertus ſum, an recriminari debeam illos, qui de me perpetuò mentiri ſolent, eaq; in me conferre, à quibus ſum prorſus alienus, non dubitant. Sed ſi rem ſeriam agere inſtituerem, ac prolixam de ijs hominibus

Repetitio querelæ.

Dubitatio.

Recriminatio ſophiſtarū p præteritionē.

bus haberem orationem, quorum nemo ſibi vllam cenſet habendam eſſe rationem: iurè ſtultus eſſe viderer. Neglectis igitur iſtis, tanquam inuidis: reliquos docere conabor, eos neq; iurè, nec merito meo, ita de me ſentire. Quis enim non ſtultiſſimum me eſſe pronunciet, ſi eos, qui non aliam ob rem infenſi mihi ſunt, niſi quòd eleganter quædã dicere viſus ſum, placàtiores mihi fore putem, ſi eodem modo, quo priùs, diſſeruero, ac non acerbiores potius futuros? præſertim vbi viderint, ne in extrema quidem ſenectute me delirare? Ac ne illud quidem faciendum mihi quiſquam cenſuerit, vt his neglectis, & abrupta diſputatione hac, eam orationem abſoluam, quam inſtitui, quaq; oſtendere decreui, noſtram vrbem plura in Græcos beneficia contuliſſe, quàm Lacedæmonios. Quod ſi iam facerem, neq; his quę, ſcripſi, finem imponerem, neque ſecuturæ orationis exordium, concluſioni horum, quæ iam diximus, cõmodè apteq; attexerem: ſimilis eorũ viderer, qui temerè & importunè & cõfuſè, quicquid in buccam venit, effutiũt.

Commonefacit argumenti orationis.

Quæ cauenda nobis ſunt. Optimum igitur ex his omnibus fuerit, ea dicere, quæ initiò dicere conſtitui. Si enim ſcripto publicaro, atq; oſtendero, quæ ſit mea de inſtitutione, deq; poëtis ſententia: deſituros eos arbitror falſas cauſas comminiſci, & quiduis garrire. Veruntamen ego moneo illos, qui auidè iſta amplectuntur, ne laborent, neque ad iſta omnia animum intendant. Dico enim, diſciplinas illas, vt nihil aliud afferrent boni: dehortari tamẽ adoleſcẽtes, & auertere à multis aliјs delictis: nec vllas huic ætati inueniri poſſe vtiliores exercitationes, aut magis conuenientes. Sed natu maioribus, & ijs, qui iam ad virilem ætatem peruenerunt: exercitationes iſtas aptas eſſe nego. Nonnullos enim video, qui, cum diſciplinas iſtas ita perfectè cognitas habeant, vt & alios docere queant: ſua illa ſcientia nec tempeſtiuè vtantur, & in alijs vitæ negocijs, diſcipulis ſint imprudentiores, nec enim audeo dicere famulis. Idem etiam ſentio de ijs, qui conciones habere poſſunt, & de his, qui conſcriptione orationum laudem inuenerunt:

Explicatio ſententiæ ſuæ de generibus doctrinarum & poëtis.

nerunt; deniq; de omnibus,qui aliqua vel ſcientia vel facultate præcellunt. Noui enim etiam ex iſto genere multos,qui neq; ſuas res probè geſſerunt, neq; in priuatis congreſſibus tolerari poſſunt, & reliquorum ciuium iudicia negligunt, & alijs multis & magnis peccatis conſtricti tenentur. Quare ne hos quidẽ exiſtimo eo habitu eſſe præditos, de quo ego diſſero. Quos igitur in eruditorum habeo numero, quando & artes, & ſcientias, & facultates improbo? Primùm eos, qui rectè vtuntur negocijs quotidiè incidentibus, & occaſiones modumq; rerum prudenter animaduertunt: & plerunq; id deligere poſſunt,quod vtiliſſimum eſt. Deinde, qui ita ut decet,& vt æquum eſt,omnes eos quouis tempore tractant, cum quibus aliquid rei habent: quiq;,cùm aliorum acerbitatem & importunitatem æquis animis & facilè ferant,ipſi moribus facilimis ſunt, & quàm moderatiſſimis in vitæ conſuetudine. Præterea qui ſemper voluptatibus imperant, & rebus aduerſis non nimiùm franguntur, ſed in ijs & officij humani, & na-

Hominis benè inſtituti Iſocratica deſcriptio.

Prudentia.

Comitas.

Moderatio.

turæ virilis meminerunt. Quartò, qui ſecundis rebus, quod maximum eſt, nõ corrumpuntur, nec à ſemetipſis diſcedunt, nec animis efferuntur, ſed moderationem, prudentium virorum propriam, retinent: nec magis fortunę muneribus, quàm natura inſitis ingenij & prudentię inſignibus delectantur. Qui autem nõ ad horum ſingula, ſed ad hæc vniuerſa ſimul, animis benè compoſitis ſunt: eos affirmo & prudentes eſſe, & perfectos viros, & omnibus virtutibus ornatos. Ac de eruditis quæ ſtatuam, hæc ſunt. Quod autem ad Homeri cęterorumq́ poëſim attinet: equidẽ aliquid dicere cupio. Arbitror enim me effecturum, vt iſti in Lyceo verſus illorum canere, & de eis nugari deſinant. Sed animaduerto, me eum modum, impetu quodam præteruehi, qui exordijs eſt præfinitus. Eſt aũt viri prudentis, nõ indulgere dicendi copiæ, qua ſuperare aliorum poſſit inopiam: ſed cõſeruare modũ earum rerũ, de quibus quouis tempore diſſeruerit: idq́ mihi faciendum eſt. De poëtis igitur aliàs dicemus, niſi me ſeniũ prius abſtulerit.

Reiectio quæſtionis de poëtica.

Nunc

Nunc enim de rebus grauioribus,q̃ iſtę ſunt,dicere poſſumus. Verba autem faciam de beneficijs,in Græcos à noſtra ciuitate collatis : nõ quin eam plus laudarim, q̃ omnes & poëtæ & oratores, ſed quia nunc idem aliter q̃ olim facere decreui. Tum enim in orationibus,alijs de rebus inſtitutis, mentionem eius faciebam: hanc aũt orationẽ de ea ipſa inſtitui. Neq; verò ignoro, quàm prouecta ætate, quàm ingenti de re dicere aggrediar: ſed cũ & optimè ſciam,& ſæpè dixerim, res exiguas oratione facilè poſſe amplificari: difficilimum autem eſſe, facta excellenti magnitudine & pulchritudine, laudando æquare: tamen ab incepto deſiſtendum non eſt, ſed perficiendum quod ſuſcepimus, ſiquidem vita ſuppetet: præſertim, cùm multa me ad hanc orationem ſcribendam incitent, ac illi primùm, qui noſtram vrbem petulanter accuſare ſolent: deinde, qui bono quidem ſtudio, ſed & imperitè, nec pro dignitate, eam prædicant. Præterea, qui prædicare illam præ cæteris non du-

Redit ad propoſitum, & captat attentionem.

Cauſæ exhortantes Iſocratem.

 bitant:

dubitant: non humano more, ſed ſic, vt eis multi ſe opponant. Omnium verò maximè hæc ætas, quæ alios dehortari ſolet. Spero enim, ſi mihi ſucceſſerit, gloriæ meæ aliquid acceſſurum. Sin tenuius fortè, quàm oportuerit, dixero, me facilè ab auditoribus veniam impetraturum. Ac quæ tum de me ipſo, tum de alijs, vt Muſici antequam canere incipiant, quaſi præludij cauſa, præfari volui, hæc ſunt. Eorum autem, qui vrbem aliquam accuratè, ac pro merito laudare voluerint, officium eſſe puto, non ipſius tantùm, de qua dicere inſtituerunt, facere mentionem: ſed, quemadmodum purpuram atque aurum ſpectamus & probamus aliorum collatione, quæ & ſpeciem eandem præ ſe ferunt, & eiuſdem eſſe precij putantur: ſic vrbibus etiam è regione collocandas eſſe non paruas magnis, neque alijs perpetuò parêre ſolitas, ijs quæ perpetuò imperare conſueuerunt: nec quæ aliorum ope indigent, ijs quæ opem ferre poſſunt: ſed eas, quæ & conſimili potentia, & ijſdem in negocijs verſatæ ſunt, & parem poteſtatem habuerunt.

Se Athenienſes, addita cōparatione Lacedæmoniorum, laudaturum.

runt. ſic enim de eis veriſſimè ſtatuetur. Si quis ergo nos hoc modo ſpectet, & conferat, non cum qualibet, ſed cum Spartana ciuitate, quam plerique moderatè ſanè laudant: nonnulli autem tanquam illic ſemidei habitent, ſic de ea meminerunt: eos & potentia, & rebus geſtis, & beneficijs in Græcos collatis, longiore interuallo à nobis relictos eſſe conſtabit, quàm ab eis cæteros. Ac veteres quidem dimicationes pro Græcis ſuſceptas poſtea narrabimus. Nunc autem de illis habebo ſermonem, inde exorſus, cum Achaicas vrbes occuparunt, & regionem cum Argiuis & Meſſenijs partiti ſunt. Hinc enim ſunt nobis dicendi capienda primordia. Noſtros igitur maiores apparebit, & concordiam Græcorũ, & inimicitias Barbarorum, iam inde à Troianis temporibus ſuſceptas, conſeruare: & in ijſdẽ ſtudijs perſeuerare. Ac primùm Cyclades inſulas, de quibus, Minoe Cretenſi rerum potiente, multa certamina fuerunt, Caribus, qui poſtremò eas omnes occuparant, eiectis, non in ſuum peculium conuertere auſi fuerunt, ſed

Athenienſes præſtãtiores eſſe Lacedæmonijs.

Confirmatio, conſtans amplificatione & extenuatione rerum utrinque geſtarum.

Cyclades occupatæ ab Athenienſibus.

Græcorũ egentiſſimis colendas tradiderunt. Deinde in vtraq; continente, multis & magnis vrbibus conditis, cũ Barbaros à mari pepulerunt: tùm Gręcos docuerũt, quo pacto ſuas vrbes gubernare, & contra quos bella gerere deberent, ſi Græciam vellent amplificatã.

Coloniæ.

Lacedæmonij verò, circa idem tempus, tantum abfuerunt, vt aliquid maiorum noſtrorum operibus ſimile præſtarent, ſiue Barbaros oppugnando, ſiue Græcis benefaciendo: vt ne quieſcere quidẽ voluerint. Sed cũ & vrbem alienam, & agri nõ modò quod ſatis eſſet, ſed quantum nulla Græca vrbs, haberent: his cõtenti non fuerint, ſed ipſo euẽtu edocti, ſi leges ſpectemus, vrbes & regiones eorũ videri, qui eas iuſtè legitimeq; partas poſſiderent: reuera autem eorũ fieri, qui pulcherrimè rem militarem exercerent, & in prælijs hoſtes ſuperare poſſent: hęc inquam cum ſuis animis cogitantes, agricultura neglecta, & opificijs & rebus cæteris omnibus: nunquam deſtiterunt ſingulatim quaſque Peloponneſi ciuitates oppugnare, & vexare, & euertere, Argiuorum vrbe ex-

Lacedæmoniorum auaricia.

Ius eſt in armis.

be excepta. Noſtras igitur actiones illud conſecutum eſt, vt & Græciæ opes augerentur, & maior eſſet Europæ quàm Aſiæ potentia, & inopes Græci vrbes caperent atque agros: Barbari verò, quorum ante magna ferocia fuerat, patria pulſi, animis humilioribus eſſent: Spartanorum autem, vt ipſorum vrbs augeretur, & omnium Peloponneſi ciuitatum imperio apud alios illuſtris eſſet, magnaq; cum obſeruantia coleretur. Itaq; laudanda eſt ea, quæ multa in alios beneficia contulit. Quæ autem ſuum tantùm compendium ſpectat, iniqua exiſtimanda: eorumq; amicitia expetenda eſt, qui alios æquè tractant, ac ſemetipſos. Metui verò & formidari par eſt eos, qui cùm ſemetipſos amantiſſimè complectantur, ſuam vrbem ſic adminiſtrant, vt alieni ab aliis, & hoſtilibus in eos animis eſſe videantur. Hæc igitur fundamenta ab vtraque vrbe iacta ſunt. Pòſt, exorto bello Perſico, quum Xerxes, qui tum regnabat, triremes mille & ducentas, pedeſtris exercitus

Ab euentis.

Chari. *Inuiſt.*

Rerum Xerxeo bello geſtarum collatio.

quin-

quinquies millies millia vniuerſorum, ſepties centena millia bellicoſorum coegiſſet, tantiſq; viribus bellum Græcis intuliſſet: Spartiatæ quidem, cum Peloponnenſibus imperarent, ad nauale prælium, quod belli totius inclinatio ſecuta eſt, decem tantùm triremes contulerunt: Patres verò noſtri extorres facti, vrbeq; relicta, quòd illo tempore

Naues. munita non eſſet: meliores naues præbuerunt, & maioribus copijs inſtructas, quàm vniuerſi qui eo prælio pugnarunt. Ac ducem Eurybiadem illi

Eurybiades. miſerunt, qui, ſi ea, quæ deſtinârat, perfeciſſet, nihil obſtitiſſet, quo minùs

Themiſtocles Greci perijſſent. Noſtri Themiſtoclem, qui ſine controuerſia omnibus viſus eſt in cauſa fuiſſe, vt & nauale prælium ritè conficeretur, & cæterorum omniũ illius temporis ſucceſſuum autor. Idq; ex eo maximè perſpicitur, quod ij, qui periculorum ſocij fuerant, ademptum Lacedæmonijs imperium ad noſtros

A iudicio Græcorum. detulerunt. Enimuerò qui nam peritiores iudices, & integriores rerum eo tẽpore geſtarum, conſtitui queant, quàm ij, qui ipſi pugnæ interfuerunt? Quod

verò

Quod verò beneficium maius dici poteſt eo, quo tota Græcia potuit conſeruari? His rebus geſtis euênit, ut vtraq; ciuitas maris imperio potiretur: quod vtri tenuerint, vrbes ferè omnes dicto audientes habent. Ac neutram quidem ciuitatem omninò laudo. In multis enim ambæ reprehendendæ ſunt. Verùm in hac quoq; curatione non minùs eis antecelluimus, quàm in actionibus paulò antè cõmemoratis. Noſtri enim patres ſocijs perſuaſerunt, vt eam Reipub. formam amplecterentur, qua ipſi perpetuò vſi fuerant: quod ſignum eſt beneuolentiæ & amicitiæ, ſi qui alij autores fuerint, ijſdem inſtitutis vtendi, quæ ſibi profuiſſe putarint. Lacedæmonij verò rempublicam conſtituerunt, neq; ſuæ, nec aliarum vrbium ſimilem: ſed Decuriones ſingulis vrbibus præfecerunt, quos qui triduum cõtinenter accuſarit, nullam partem expoſuiſſe videatur iniuriarum. Singulatim igitur tot & tantas velle recenſere, dementiæ fuerit. Pauca verò de omnibus dicere, quæ auditores iuſta indignatione commouerent, ſi iunior eſſem, fortaſſe

Imperij maritimi adminiſtratio.

Democratiæ Athenienſiũ.

Decurionatus Lacedæmoniorum.

fortaſſe potuiſſem. Nunc nihil tale in mentem mihi venit, niſi quod inter omnes conſtat, illos iniuſticia & rapacitate veteres ita ſuperaſſe, vt cũ ſibimetipſis, & amicis, & patriȩ ſuȩ interitum accerſiuerint, tùm Lacedȩmonios, apud ſocios in crimen & odiũ adductos, in tot tantasq́ calamitates cõiecerint, quot et quantas nemo vnquam eis euenturas eſſe crediſiſſet. Inprimis igitur hinc perſpici poterit, quantò nos moderatiùs & clementiùs omnia geſſerimus: ſecundo loco, ex eo etiam, quod iam dicetur. Nam Spartiatæ vix decem annos imperarunt: nos quinq́ & ſexaginta perpetuos. Enimuerò ſciunt omnes, vrbes alijs ſubiectas, diutiſſimè in eorum fide permanere, à quibus minimis malis afficiuntur. His igitur de cauſis ambæ ſuſceptis odijs, in bella & tumultus inciderunt: in quibus noſtra vrbs, cùm & Græci & Barbari omnes eam inuaſiſſent, decennium reſiſtere, ſeq́ tueri potuit. Lacedȩmonij verò, dum adhuc imperarent, cum Thebanis ſolis terra bello geſto, vnoq́ prælio ſuperati, omnibus opibus amiſſis, nõ minori-

Diuturnitas imperij, clemẽtiæ ſignũ.

noribus infortunijs & calamitatibus q̃ nos conflictati ſunt. Præterea noſtra vrbs paucioribus annis vires ſuas recepit, quàm bello ſubacta fuerat. Spartiatæ verò, poſt cladem acceptã, ne multiplici quidem temporis ſpacio, ſe in integrũ reſtituere, priſtinumq́ dignitatis gradum recuperare potuerũt, ſed in ijſdem malis adhuc verſantur. Nunc quales vtriq nos contra Barbaros prębuerimus, explicandum eſt. hoc enim reſtat. Sub noſtro igitur imperio, non licuit eis, neq pedeſtribus copijs * intra Halyn fluuium deſcendere, neq longis nauibus intra Phaſelidem appellere. Lacedæmonijs autem imperantibus, non tantùm eis poteſtas data eſt eundi & nauigandi quò vellẽt, ſed dominatu etiã multarum Gręcarum vrbium ſunt aucti. An nõ igitur ea vrbs, quæ & fœdus cũ rege generoſius atq animoſius fecit, quę maximis plurimisq́ tũ Barbaros cladibus, tũ Græcos beneficijs affecit, quæ oram Aſię maritimã, ac multas alias prouincias & hoſtibus ademit, & ſocijs tribuit, quæ tam illorum ferociam compeſcuit, quàm horum inopiæ conſuluit; quæ in bellis pro ſua ſalute

Athenæ uires citius recuperarunt, q̃ Lacedæmonij

Athenienſiũ fœdus cum Barbaris honeſtius, quàm Spartanorũ.

**extra.*

Concluſio p enumerationem.

geſtis fortius dimicauit, quàm illa, quæ ob rem militarem maximè celebratur: quæ calamitates celerius quàm iſti ipſi propulſauit: magis laudanda eſt, & honoranda præ illa, quæ in his rebus omnibus fuit inferior. Ac de rebus geſtis, & periculis, ſimul & contra eoſdem aditis, hæc habuimus in præſentia, quæ per collationem diceremus. Arbitror autem eos, qui hæc inuiti audiunt, vera eſſe non negaturos: neq; etiam facinora pulchriora cõmemoraturos, per quæ Lacedæmonij multis Græcos beneficijs affecerint: ſed noſtram vrbem accuſaturos eſſe, id quod ſemper ſtudio ſibi habent: eaq; narraturos, quę dum maris imperium teneremus, acerbiſſima acciderunt: accuſationes item & iudicia, quæ ſocij hîc acceperunt, & tributorum exactionem criminaturos: maximè autem Meliorum & Scionæorum malis immoraturos, exiſtimantes, ſe vrbis noſtræ beneficijs paulò ante commemoratis, labem & maculam criminationibus illis aſperſuros eſſe. Ego verò ea omnia quæ vrbi noſtræ verè obijciuntur: neq; refutare dicendo poſſim, nec

Tranſitio ad maledictorũ refutationem

Per conceſſionẽ extenuat obiecta cri-

poſſim, nec id facere inſtituam. Nam cum (id quod prius etiam alicubi dixi) alij ne Deos quidem expertes omnis peccati eſſe putent: erubeſcerem, ſi ſtuderem, & perſuadere conarer, rempublicam noſtram in nulla vnquam re, deliquiſſe. Illud tamen me facturum puto, vt oſtendam, Spartanorum vrbem in ijſdem illis rebus, noſtra multò fuiſſe acerbiorem ac ſæuiorem: & eos, qui in illorum gratiam nobis maledicunt, omnium ſtolidiſſimos, & vt à nobis ipſorum amici malè audiant, in cauſa eſſe. Quum enim in ijs nos accuſarint, quæ in Lacedæmonios potius cadunt: non deerit nobis occaſio, maiora crimina, quàm in nos collata fuerint, in illos regerendi. Veluti nunc etiam, ſi de ſocijs hîc in iudicium adductis, mentionem fecerint: quis adeò ſtupidus eſt, quin facilè reſpondeat, plures Græcos à Lacedæmonijs indicta cauſa eſſe interfectos, quàm à nobis, ex quo vrbem incolimus, in ius vocatos, & cauſam dicere coactos? Eodemq; modo ſi de tributorum exactione aliquid dixerint, reſpondere poterimus. Oſtendemus enim no-

Recriminatio maledicorum.

Extenuatio per collationem.

Tributorum defenſio.

ſtros ciuitatum, quæ tributa pependerint, commodis longè melius conſuluiſſe, quàm Lacedęmonios. Primùm enim nullo edicto noſtro, ſed ſuo potius decreto id fecerunt, cum maris imperium nobis offerrent. Deinde non noſtræ ſalutis cauſa pependerunt, ſed ut popularem ſtatum libertatemq́ue ſuam tuerētur: neúe ad paucorum potentiam ſumma rerum reuocata, in tam ingentia mala inciderent, quanta ſub decurionibus & violentia Lacedæmoniorum tolerarunt. Præterea nihil contulerunt ex ijs, quæ ipſi conſeruarant, ſed ex his quæ noſtra ope illis relicta erant. De quibus, ſi vel modica prudentia eſſent, meritò gratiam nobis habuiſſent. Quum enim vrbes eorum ſuſcepiſſemus, partim à Barbaris omninò euerſas, partim vaſtatas: eò illas perduximus, vt cum de ſuis prouentibus parum nobis impertirent, nihilo pauperiores eſſent Peloponnenſibus, nihil tributi pendentibus. Iã quod ad eos attinet, qui ab vtraque vrbe ſunt euerſi, quod nonnulli nobis ſolis opprobrant: oſtendemus, eos, quos illi nunquam laudare deſinunt.

Vltrò collata

Salutaria.

Iuſta.

Scionæorum et Meliorum clades extenuat, crudelitatis Laconicæ collatiõe.

nunt, multò crudeliora perpetraſſe. Nobis enim vſuuenit, vt quaſdam inſululas, tales vtiq; & tãtas, vt Græci pleriq; eas ignorent, lęderemus. illi autē maximis Pelopõneſi vrbibus, quæ omnibus modis inter Græcos excellunt, euerſis, earum opes ipſi tenent: quos etſi antiquitus earum nulla merita extarent, maximis à Græcis affici pręmijs ob expeditionem Troianam decuiſſet, in qua pro principibus ſe geſſerunt, ducibus miſsis, qui virtutibus præditi fuere, nõ ijs modò, quæ in plebeijs etiam & contemptis hominibus inueniantur, ſed illis quæ improbi nemini cõtingere queant. Meſſena enim Neſtorem præbuit, omnium ſua ętate prudentiſſimum. Lacedæmon Menelaum, qui ob modeſtiã ſolus meruit Iouis gener & eſſe & appellari. Argiuorum ciuitas Agamemnonem, non vna atque altera virtute præditum, ſed omnibus quas nominare queas; neq; ijs mediocriter, ſed excellenter. Neminē enim ex omnibus inueniemus, qui res vel magis officio ſuo cõueniẽtes, vel pulchriores, vel maiores

Digreſsio, uel potius aberratio, ad res geſtas Agamemnonis.

vel Græcis vtiliores, aut pluribus laudibus dignas, gerendas ſuſceperit. & his quidem ita ſimpliciter enumeratis, non mirum fuerit, à multis fidem derogari. Si verò ſingula paucis explicentur: omnes me vera dicere fateantur. Non autem perſpicere poſſum, ſed dubito, quibus deinceps mihi verbis vtendum ſit, vt rectè ſtatuiſſe videar. Pudet enim de virtute Agamemnonis tam multa præfatum, nullum eius præclarum facinus afferre in medium: ne auditoribus ex illorũ eſſe genere videar, qui temerè ac inſolenter, quicquid in buccam venerit, effundunt. Contrà verò, ea quæ per digreſsionem commemorantur, nõ laudari ſolere video, ſed & moleſtiam parere: & cùm multos eſſe qui eas importunè vſurpent, tùm multo plures qui reprehendant. Quare vereor, ne mihi etiam tale aliquid vſu- ueniat. Verùm decreui opem illi ferre, cui idem quod mihi & multis alijs accidit, vt ea gloria fraudaretur, quæ meritis eius debebatur. qui cùm illis temporibus optimè de Græcia meritus fuerit: minus laudatur, quàm qui nihil vnquã memo-

Dubitatio et occupatio.

Honeſta optio.

memoria dignum geſſerũt. Quid enim ei defuit, qui tantum honorem ſit adeptus, quo, ſi omnes in vnum congreſſi, maiorem quærant, nequaquam ſint inuenturi? Solus enim Græciæ totius imperator euaſit, delectus ne ab omnibus, an ea dignitate per ſeſe parta, dicere nõ poſſum. Sed ſiue hoc, ſiue illo modo, imperium fuerit aſſecutus, cæteris nihil reliqui fecit, qui alio quopiam modo fuerunt honorati, quod ad ſuæ gloriæ excellentiam addi poſſet. Hanc verò potentiam nactus, nulla Græcarum vrbium eſt, cui moleſtus fuerit: ſed ab ea re adeò fuit alienus, vt nonnullos, qui bello & turbis & multis alijs malis agitabantur, illis incommodis liberarit. Quibus inter ſe reconciliatis, & omnibus rebus, quæ oſtentationis & monſtri plus habent, quàm publicæ vtilitatis, deſpectis, exercitum contraxit, & contra Barbaros duxit. Quo nullum ſtrategema præſtantius, aut Græcis vtilius oſtendi poteſt, vel celeberrimorum eius ætatis, vel cuiuſquam ex omni poſteritate. Quæ cum ille geſſerit, & exemplum alijs reliquerit: non ita cele-

Agamemnon totius Græciæ imperator.

Recõciliatio diſſidentium urbium.

Oppugnatio Barbarorum

Indignatio.

Indignatio. bratus eſt, vt merebatur, eorum culpa, qui portenta beneficijs, mendacia veritati præferunt: tantaq; præſtantia vir, illis etiã eſt minore gloria, qui eum nec imitari ſunt auſi. Neque verò propter hæc tantùm laudandus eſt, ſed ob ea etiam, quæ circa idem tempus geſſit. Nam tanta fuit in eo animi magnitudo, vt non contentus è ſingulis vrbibus tot priuatæ conditionis milites delegiſſe, *Rex regum.* quot libitum fuit: regibus etiam, qui in ſuis vrbibus faciunt quę volunt, et alijs imperant, ſibi vt parerent perſuaſerit, & contra quoſcunq; duxiſſet, ſequerentur, & imperata facerent, & regiã in militia vitã degerẽt: atq; etiã pericula adirent, & bellũ gererent, nõ pro ſua patria & regno, ſed verbo pro Helena Me-*Permutatio cauſæ.*nelai vxore: reipſa pro eo, ne Græciam Barbari vel eodẽ modo tractarẽt, vel ita vt olim tractarãt, quũ Pelops totã Peloponeſum, Danaus vrbẽ Argiuorũ, Cadmus Thebas occupaſſet. Quæ qs alius animo ꝓſpexiſſe, aut quis obſtitiſſe videri poteſt, ne quid eiuſmodi poſteà fieret, niſi illius ingeniũ & potẽtia? Iam id quod ſequitur, minus quidẽ eſt q̃ ea quę antè diximus, ſed maius tamen ijs, quæ

ſæpe laudari ſolēt, memoriaq́ꝫ dignius. Cū enim exercitus ex omnibus vrbibus cōueniſſent, tāta multitudine, quantam cōſentaneū eſt eos habere, qui partim è familia Deorū, partim ex ipſis Dijs geniti erāt, nec ita vt vulgus affecti, nec ijſdem ingenijs præditi, quibus alij, ſed iracundia & impetu & inuidia et ambitione pleni: tamen eos ipſos decē annos cōtinuit, non magnitudine ſtipendiorū, neqꝫ pecuniarū ſumptib⁹, quę nūc conciliādę retinendęq́ꝫ potētię ratio eſt: ſed cū ea re, quòd & prudētia cæteris longè prę ſtabat, et cōmeatū ex hoſtili agro militib⁹ ſuppeditare poterat, tū verò quod aliorū ſaluti rectius q̃ alij ſibijpſi, conſulere putabatur. Proinde finis, quē his rebus impoſuit, vel in primis admiratione dignus eſt. Nec enim indecorus, neque à ſuprà cōmemoratis abhorrens is fuit. Nā verbo quidē contra vnam ciuitatē bello gerendo: reuera aūt non tantū contra omnes eos qui Aſiā incolunt, ſed cōtra multas etiā alias gētes Barbaras dimicādo: nullis periculis defatigatus eſt: nō prius diſceſſit, quā eius vrbē, qui delinquere auſus fuerat excinderet,

Animoſi & magni exercitus per decem annos moderatio.

Expugnatio Troiæ.

& ferociam iniuriasq́ Barbarorum coherceret. Neq́ verò ignoro, quàm multa de Agamemnonis virtute dixerim, neq́ illud etiam me præterit, licet hæc tam multa ſint, ſi qui ſigillatim ea conſiderent, quidnam eſſet improbandum, qui detrahere quicquam auderet, fore neminem: ſed ſi ordine omnia legantur, omnes reprehenſuros vt multò prolixiora quàm oportuerit. Ego verò ſiquidem ignoraſſem me modum excedere, erubuiſſem: me, qui de rebus, quas nemo alius conari audeat, ſcribere ſim aggreſſus, vſq́ adeo eſſe ſtupidum. Nunc certius ſciui, quàm iſti qui me reprehendere audent, hæc in multorum eſſe reprehenſionem incurſura. Sed grauius fore cenſui, ſi de tali viro diſſerens, aliquas eius laudes, quas mei officij eſſet exponere, præterirem, quàm ſi in hac parte, aliquibus temporis & modi rationem non habere viderer. Atque etiam apud humanitate politiſſimos auditores laudi mihi fore cenſui, ſi de virtute verba faciens, magis in eo elaborarem, vt pro dignitate illius dicerem, quàm ne eſſem æquo prolixior: idq́

Excuſatio prolixioris digreſſionis.

Iſocrates uirtutis, quàm ſuæ laudis ſtudioſior.

idq́; cum ſatis ſcirem, tum neglectum orationis modum meam gloriam imminuturum, tum prudens de ipſis rebus conſilium, iſtis quos laudarem, profuturum. Tamen vtilitate neglecta, iuſticiam delegi. Neq; verò ſolùm in his quę nunc dicta ſunt, me hoc animo fuiſſe apparebit, ſed prorſus in omnibus. Notum enim eſt, me etiam inter diſcipulos meos ijs hactenus magis delectatum eſſe, qui vitæ probitate, & rebus gerendis excelluerunt, quàm qui eloquentia claruerunt. Enimuerò orationum, etiamſi nihil in illis omninò meũ eſſet, omnes me autorem dicerent: rectè factorum autem, tametſi omnes me fuiſſe ſuaſorem ſcirent, nemo tamẽ eſt, quin eum ipſum, qui res perfeciſſet, potius laudandum duceret. Verùm neſcio quò abripior, cum ad ſuprà dicta adijcienda eſſent ea quæ reſtant, poſtquam longiſſimè ab inſtituto digreſſa eſt oratio. Nihil igitur aliud reſtat, niſi vt, petita ſenectuti meæ, obliuionis & loquacitatis venia, quæ vitia noſtram ætatem comitantur, ad illum locum redeam, ex quo in hanc garrulitatem incidi. Cir-

Senilis deprecatio, & reditus ad propoſitum.

cidi. Circumſpiciendum igitur eſt ſcilicet, vnde aberrarim. Nã iſtis qui noſtræ vrbi Meliorũ, & talium oppidulorũ calamitates opprobrant, reſpondi: non quòd in illis rebus nullum peccatũ ineſſet: ſed oſtendi, eos, quos iſti diligunt, multò maiores & plures vrbes, quàm nos, euertiſſe: inter quæ de imperio Agamemnonis & Menelai & Neſtoris diſſerui: mendaciũ quidem nullum, ſed plura fortaſſe quã decuit, locutus. Exiſtimabam enim me demonſtraturum, inſignem fuiſſe iniuriam illorũ, qui auſi fuiſſent eas vrbes euertere, quę tales viros genuiſſent & educaſſent: de quibus plura etiam, eaq; præclara dici poſſent. Sed ſtultum fortaſſis eſt, vni facto immorari: quaſi exquirendum ſit, quidnã de crudelitate et ſæuitia Lacedęmoniorum dici queat, & non maxima copia ſuppetat? Qui non contenti erga has vrbes & viros deliquiſſe: eos etiam, qui ex eodem loco oriundi, communiter cũ eis expeditionem ſuſceperunt, & eadem pericula ſubierunt (de Argiuis & Meſſenijs loquor) iiſdem cladibus, quibus illos, afficere ſtuduerunt. Ac Meſſenios

Laudatio Agamemnonis, Laconicæ crudelitatis eſt exaggeratio.

Lacedæmoniorum graſſatio in Meſſenios et Argiuos.

ſenios quidem non prius oppugnare deſtiterunt, quàm regione eieciſſent. Argiui autem eiuſdem cladis propulſandę cauſa, etiam nunc bellum gerunt. Iam queadmodum cum Platæenſibus egerint, abſurdè facerem, ſi his commemoratis, eorum non meminiſſem, in quorum agro nobiſcum et cum alijs ſocijs caſtrametati ſunt: & quo in loco nos, cum aciem contra hoſtes inſtruxiſſemus, & ſacra Dijs, quos illi conſecrarant, feciſſemus: non ijs modò Græcis, qui nobiſcum coniuncti, ſed illis etiam, qui partes hoſtium ſequi coacti fuerāt, libertatem reſtituimus. Et hæc egimus, quum ſolos Platæenſes ex omnibus Bœotijs adiutores haberemus: quos non longo temporis interuallo pòſt, in Thebanorum gratiam, Lacedæmonij, vrbe capta, omnes interfecerunt: ijs exceptis, qui fuga ſalutem quæſiuerunt: erga quos noſtra vrbs ſe longè aliam, quàm Spartiatæ, præbuit. Illi enim in benè meritos de Græcia, & cognatos ſuos, ita graſſati ſunt: noſtri verò, et Meſſeniorum reliquis, Naupa-

Platææ excidium.

Athenienſiū humanitas in Meſſenios et Platæenſes.

ctum

ctum habitandum dederunt: & Platæenſes, quicunq; aduenerant, ciuitate donarunt, & rerum omnium pari iure ſecum frui permiſerunt. Quare ſi nihil aliud de his vrbibus dicere poſſemus, ex his tamen vtriuſq; mores facile perſpicerentur, planumq; fieret, vtra plures & maiores ciuitates euertiſſet. Sed nunc accidere mihi quiddam ſentio cõtrarium ijs, quæ paulò antè dixi. Tunc enim in ignorantiam & obliuionem incidebam: nunc ſatis ſcio, me ab ea lenitate orationis deficere, quam, cùm primum ſcribere cepiſſem, mihi propoſueram: & de rebus, quas prætermittere decreueram, velle diſputare: atque audaciorem eſſe factum, quàm pro natura mea: & in quibuſdam temperare mihi non poſſe, idq; propter copiam eorum quę dicenda mihi affluunt. Poſtquam igitur audacter loqui ceptum, oſq; ſolutum eſt, & tale fundamentum orationis meæ iactum, vt ea ſilentio præteriri neq; debeant, neq; poſsint, per quæ demonſtrari poteſt, noſtram vrbem de Græcis melius eſſe meritam, quàm Lacedæmoniorum: non reticenda ſunt

Excuſat orationis aſperitatem.

da ſunt etiam cætera mala, quæ nondum quidem recitata, ſed inter Græcos facta ſunt: & oſtendendum, noſtros ea ſerò didiciſſe: Lacedæmonios verò quædam primos, quædam ſolos admiſiſſe. Plurimi ſanè vtranque vrbem accuſant, quòd, cum videri velint pro Græcis contra Barbaros dimicaſſe, ciuitatibus vt ſui iuris eſſent, &, vt ſingulis expediret, ſua componerent, non permiſerint: ſed tanquã bello captas partitæ, ſic omnes ſeruitute oppreſſerint: quod perinde ſit, ac ſi qui famulos ab alijs abductos, atque in libertatem aſſertos, ſibi ſeruire cogant. Vt autem hęc, & longè plura his, atque acerbiora dicerentur: non in cauſa nos fuimus, ſed illi qui & nunc verbis noſtris ſe opponũt, & ſuperiori tempore noſtris actionibus omnibus aduerſati ſunt. Noſtros enim maiores, infinitis ſuperiorum temporum ſpacijs, nemo demonſtrabit vel vnam vrbem, ſiue maiorem, ſiue minorem, oppreſſiſſe: Lacedæmonios verò norunt omnes, ex quo in Peloponneſum venerunt, nihil aliud agere, aut moliri, niſi vt vel omnibus imperent, quod

Lacedæmonij magiſtri violenti imperij.

Non libertatis adeptio, ſed domini mutatio.

Lacedæmoniorũ inexplebilis cupiditas. quòd in primis optant: vel, ſi id fieri nequeat, ſaltem Peloponnenſibus. Præterea ſeditionibus & cędibus & mutationibus rerum publicarum, & ſi quid eſt talium calamitatum, omnes illi vrbes, paucis exceptis, veluti morbis impleuerunt. *Confeßio & translatio culpæ.* Noſtræ verò vrbi, ante cladem Helleſpontiacam, obÿcere nemo audet vllum tale facinus, in ſocios commiſſum. Sed cum Lacedæmonÿ, adepti Græciæ dominatum, ſumma rerum denuò exciderent, &, vt his temporibus fieri ſolet, reliquę vrbes ſeditioſę eſſent: duo aut tres noſtrorum ducum (nec enim veritatem diſsimulabo) in earum quaſdam iniurÿ fuerunt, ſperantes, ſe morem Lacedæmoniorum imitatos, facilius eas in officio cõtinere poſſe. Quare iurè oẽs illos potius accuſabimus, vt talium operum autores et doctores: noſtratibus autem vt diſcipulis, quos pollicitationes deceperunt, & ſpes fruſtrata eſt, meritò venia dabitur. Poſtremum *Lacedæmonÿ Barbaris adulantur.* autem illud, quod ſoli per ſe egerunt, quis ignorat? cum communes inimicitiæ nobis cum Barbaris, eorumq́ꝫ regibus

gibus intercedant, nos multis petitos bellis, & interdum grauibus conflictatos malis, cum etiam ager noſter ſubinde vaſtaretur, nunquam ad eorum amicitiam & ſocietatem reſpexiſſe: ſed propter inſidias Græcis per eos ſtructas, conſtantius eos odiſſe, quàm illos, qui nos in præſentia infeſtabant: Lacedæmonios autem nec accepto vllo malo, nec accepturos, neq; metuentes, tam inſatiabili cupiditate flagraſſe, vt imperio terreſtri non contenti, maris etiam dominatum deſiderarint, iiſdemq; temporibus & ſocios noſtros ad defectionem impulerint, libertatem polliciti: & cum rege de amicitia & ſocietate egerint, affirmantes, ſe illi omnes Aſiæ incolas tradituros. His conditionibus fide vtrinq; data, nobisq; debellatis: quibus libertatem promiſerant, eos grauiore ſeruitute quàm Helotes oppreſſerunt, eamq; regi gratiam retulerunt, vt eius fratri Cyro natu minori perſuaſerint, vt cum eo de regno armis contenderet: collectoq; exercitu, Clearchum ducem contra eum miſerint. Fruſtrati autem in his ſpe ſua, & cogniti

Et Græcis et Barbaris ingrati.

quales eſſent, & omnium odijs ſuſceptis, bello petiti, & tantis turbis agitati ſunt, quantis eos conſentaneum eſt, qui & Græcos & Barbaros violarint. Quibus de rebus haud ſcio plura dicere quorſum attineat, niſi quòd nauali prælio, tùm à regijs exercitibus, tùm imperatoria Cononis ſolertia ſuperati, talem pacem fecerunt, qua nemo demonſtrare poteſt, neq; turpiorem vllã vnquam eſſe factam, neq; contumelioſiorem, neq; Græcorum negligentiorem, aut magis eorum verbis contrariam, qui virtutem prædicant Lacedæmoniorum. Nam cum rex dominos Græcorum eos effeciſſet: regnum ei & fortunas omnes eripere ſtuduerunt. Poſtquam verò nauali prælio ſuperatos humiles reddidit: non paruam illi partem tribuerunt, ſed omnes eos qui Aſiam incolerent: & apertis verbis in literas retulerunt, vt illis ſuo arbitratu ipſe vteretur. nec erubuerunt tales pactiones facere de viris, quorum ſocietate vſi, & nos ſubegerant, & in ſpem venerant Aſiæ totius occupandæ: ſed tale fœdus & in ſuis templis deſcripſerunt, &

Pax turpis facta à Lacedæmonijs.

runt, & ſocios idem facere coegerunt. Ac alios quidem nõ deſideraturos puto longiorem orationem, cum ex his ipſis abundè intellexiſſe ſibi videantur, cuiuſmodi vrbs vtraq; in Græcos fuerit. Ego verò non in eâdem ſententia ſum, ſed argumentum hoc à me inſtitutum, cùm alia verba multa requirere arbitror, tùm verò ea, quæ illorum amentiam demonſtrent, qui his quæ dicta ſunt, aduerſari ſunt aggreſſi: quæ quidem facile me inuenturum reor. Nam inter eos, qui facta Laconũ omnia probant, optimos quoſq; & prudentiſſimos Spartiatarum rempub. eſſe laudaturos exiſtimo, &, quod ad eam ſanè rem attinet, in vetere ſententia permanſuros. De rebus autem contra Græcos geſtis, meæ orationi aſſenſuros. Qui verò non his modò, ſed vulgo etiam deteriores ſnnt, &, cum nulla de re alia tolerabiliter dicere queant, de Lacedæmonijs tacere non poſſunt, ſed, ſi eos immenſis laudibus extulerint, ſe eâdem fore gloria cenſent, qua ij florent, qui longe illis copioſiores & præſtantiores habentur. Hos igitur, vbi occupata lo-

Concluſio uituperationis, & transſitio ad refutationem laudum Laconicarũ.

Laudatores reipub. Laconicæ.

ca eſſe omnia, & ne vnum quidem noſtrę orationis caput ſe refutare poſſe viderint: diſputationem de rebus publicis arrepturos, & inſtituta illorum cum noſtris in cõtentionem adducturos eſſe reor, ac temperantiam inprimis & obedientiam cum negligentia noſtra, ob easq; res Spartam laudaturos. Quod ſi facere inſtituerint, cordati viri eos nugas agere iudicare debebunt. Ego enim nõ diſputationem de rebuspublicis inſtitui, ſed illud probare volui, noſtram vrbem de Græcia melius eſſe meritam, quàm Lacedæmonios. Quo ex numero, ſi quid conuellerint, aut alia cõmunia facta protulerint, quibus illi nos ſuperarint: meritò laudabuntur. Si verò ea dicere ceperint, de quibus ego nullam prorſus mentionem feci: iure ſtupidi omnibus videbuntur. Veruntamen cum eos orationem de rebuspublicis in medium allaturos putem: non grauabor ea quoq; de re diſſerere. Spero enim me oſtenſurum, illo ipſo noſtram vrbem magis excellere, quàm ijs quæ ſuprà diximus. Neq; verò quiſquam opinetur, de hac republica me dictu-rum,

Refutatio p translationẽ: diſputationẽ de rebuspub. nõ pertinere ad inſtitutum

Per cõceſſionẽ cauſas expomit pertur batæ reipublicæ.

rum, qua pro vetere vti coacti ſumus:
ſed de ea quæ apud maiores noſtros
fuit, qua noſtri patres non contempta,
hanc arripuerũt, ſed in alijs quidem re-
bus illam longè pręclariorem, ad maris
verò imperium hanc vtiliorem eſſe iudi-
carunt: quo ſuſcepto, & diligenter ad-
miniſtrato, tùm Spartanorum inſidias
vlciſci, tùm Peloponnenſium omnium
robur, quo vrbs noſtra illis temporibus
maximè vrgebatur, bello ſuperare po-
tuerunt. Quare nemo iurè culpauerit
eos, qui hanc delegerunt. Neque enim
ſpe ſua fruſtrati ſunt: nec ignorarunt, *Extenuatio*
quid vtriq; imperio vel bonorum vel *collatione*
malorum ineſſet: ſed ſatis norant, ter- *malorum.*
reſtrem principatum, boni ordinis, mo-
deſtiæ, obedientiæ, cæterarumq; rerum
eius generis ſtudium requirere: poten-
tiam verò marinam non his rebus au-
geri, ſed artibus nauticis, & hominibus
qui remos agere poſſunt, quiq; ſua per-
diderunt, & ex alieno victum quærita-
re conſueuerunt. Quod hominum ge-
nus, cum in vrbem confluxiſſet: ſa- *Nautica li-*
tis apparebat, & veteris reipublicæ di- *centia.*
ſciplinam diſſolutum iri, & ſociorum

beneuolentiã citò à nobis abalienandam eſſe, vbi eos, quibus prius vrbes & agros dederant, vectigalia & tributa pendere cogerent, ad ſoluendam iſtis mercedem, quòs paulo antè dixi. Sed tamen, cum eorum quæ prius poſita ſunt, nihil ignorarent, vrbi tanta & magnitudine & gloria, expedire & conuenire, quaſuis difficultates potius exiſtimabant, quàm Lacedæmoniorum imperium perpeti: & cum duæ res, quarum neutra bona eſſet, proponerentur: optionem eam præſtare putabant, vt ipſi alijs malefacerent, quàm vt graſſationes aliorum tolerarent: & contra ius alijs potius imperarent, quàm vt huius culpæ fuga, iniuſtè Lacedæmonijs ſeruirent. quæ vtiq; omnes viri prudentes & præoptarent, & vellent: ſed pauci quidam, qui ſapientes videri volunt, interrogati, repudiaturi eſſent. Cauſas igitur, propter quas eam rempublicam, quæ à quibuſdam reprehenditur, ei quę ab omnibus laudatur, prætulerunt: paulo copioſius, ſed verè expoſui. Nũc & de his quæ inſtitui, & de maioribus noſtris verba faciam, ab illis temporibus

Seruitute nihil intolerabilius.

Vulgus præſtare putat facere malè quàm pati.

Athenienſiũ rempublicã præſtare Spartanæ.

bus exorſus, quum tam democratiæ quàm oligarchiæ nomen ignoraretur, ſed & Barbaricę gentes, & omnes Gręciæ ciuitates Regibus parerent. Rem autem altius propterea repetere volui, primùm, quòd exiſtimo conuenire, vt qui de laude virtutis contendunt, à primo ſtatim ortu alijs antecellant. Deinde, cum de viris præſtantibus quidem illis, ſed nulla mihi neceſſitudine coniunctis, plura quàm decuit, diſſeruerim: maiorum noſtrorum, qui rempublicam pulcherrimè adminiſtrarunt, puderet me ne breuem quidem facere mentionem: qui tantò illis, qui principatus tenent, præſtantiores fuerunt, quantò viri manſuetiſsimi & prudentiſsimi beſtijs immaniſſimis & ſæuiſſimis antecellunt. Quod enim infandum & nefarium facinus, tum in alijs vrbibus, tùm verò in his potiſsimum, quæ maximæ & ſunt & habentur, non fuiſſe perpetratum inueniemus? Nõne cædes fratrum & patrum & hoſpitum plurimæ ſubinde factæ? non mactationes matrum, & inceſti concubitus, indeq; ſuſcepti liberi vnde ipſi nati erant? non deuo-

Per occupatione cauſas exponit narrationis de maioribus.

Nullum Tragium facinus Athenis, ut in alijs urbibus editum.

deuoratio liberûm, coniunctiſsimorum inſidijs concinnata: non eiectiones eorum quos genuerant, & ſubmerſiones, & excæcationes, & tanta maleficiorum multitudo, vt eorũ nemini vnquam materia defuerit, qui in ſingulos annos illorum temporum calamitates in theatrum producere ſolent: Hæc non quò illos vituperarem, ſed vt oſtenderem, apud noſtros non tantùm tale nihil eſſe factum, recenſui. Hoc enim non virtutis, ſed paulo minoris quàm qua ſceleſtiſſimi quiq; ſunt, improbitatis ſignum eſſet. Decet autem eos, qui aliquos inſignibus laudibus ornare ſtudent, nõ id ſolùm demonſtrare, non improbos eos eſſe: ſed omni genere virtutum, & ſuperioris & noſtræ ętatis hominibus præſtitiſſe. Quę eadẽ de noſtris quoq; maioribus dici poſſunt. Nã ita ſanctè et pręclarè tam ciuitatem, q̃ rem ſuã familiarem adminiſtrarũt, vt illis dignum fuit, qui & à Dijs geniti erant, & primi tùm vrbem cõdiderant, tùm legibus vſi erãt: & omni tempore ſtuduerant, vt erga Deos pietati, ſic erga homines æquitati. Neq; enim permixti alijs aut aduenæ, ſed

Occupatio et traiectio uerborum.

Cõgeries regiorum bonorum.

ſed ſoli Græcorũ indigenæ fuerunt: eã-
demq́ regionem nutricem habuerunt, è
qua nati eſſent, & perinde vt optimi
quiq́, patres & matres ſuas dilexerũt:
Dijs immortalibus ita chari, vt, quod
difficilimũ & rariſſimũ eſſe creditur, in-
ueniri quaſdã tyrãnicas & regias fami-
lias, quę quatuor ætates & quinq́ per-
manſerint, id quoq́ illis cõtigerit. Nam
Erichthonius Vulcano et Tellure geni- *Cecrops.*
tus, à Cecrope, qui maſculis liberis or- *Erichthonius*
bus deceſſerat, hęreditatẽ et regnũ acce-
pit. Hinc oẽs eum ſecuti, non pauci nu-
mero, opes & imperia per ſucceſſionem
ſuis liberis reliquerunt, vſq́ ad Theſeũ: *Theſeæ de-*
de cuius equidẽ virtute rebusq́ geſtis, *mocratiæ cõ-*
magnoperè velim me prius nihil diſſe- *ſtitutionis, et*
ruiſſe. Lõgè enim aptius in oratione hac *aliorum eius*
de vrbe noſtra inſtituta, de eo diceretur. *facinorũ nar-*
Sed difficile fuit, vel potius fieri nõ po- *ratio ꝑ præ-*
tuit, vt ea quę illo tẽpore in mentem ve- *teritionem.*
niebant, ad hanc occaſionem reſeruarẽ-
tur: aut talẽ aliquã oblatũ iri ꝓſpicere-
tur. Illa igitur omittemus, q̃ olim in eius
tẽporis vſum cõuertimus: & vnius tan-
tùm facti mentionẽ faciemus, quod ita
accidit, vt neq́ ſit prius expoſitum,

neq; factum ab vllo alio, niſi à Theſeo, & virtutis eius prudentiæq; inſigne præbeat documentum. Nam cum regnum haberet tutiſsimum & maximũ, in quo multas & pręclaras res geſſerat, tum bella ſuſcipiendo, tum ciuitatem adminiſtrando: omnia hæc deſpexit, & gloriam laboribus certaminibusq; partam, quam neq; vetuſtas obrueret, nec obliuio deleret, ignauæ beatæq; vitæ prætulit, qua propter regnum in præſentia frui licuiſſet. Et hæc egit non vbi conſenuiſſet, faſtidio quodam & ſatietate bonorum illorum adductus: ſed in ipſo ætatis flore, vrbem, vt ferunt, multitudini regendam permiſit: ipſe autem tum pro ea, tum pro aliјs Græcis, adire pericula non deſtitit. Ac de Theſei quidem virtute nunc, vt licuit, admonere auditores voluimus, olim facinora eius omnia non negligenter perſecuti. De illorum autem laudibus, qui vrbis adminiſtrationem ab eo ſuſceperunt, neſcio quid dicendum ſit, animi tanta prętantia dignum. Qui cum rerum publicarum diſtinctiones ignorarent, in deligendo non aberrarunt ab ea republica, quæ

Eorũ qui democratiam ariſtocratia temperatam ſuſceperunt, prudentia.

quæ confeſſione omnium, non humaniſsima tantùm & æquiſſima eſſet, ſed & omnibus qui ea vterentur, vtiliſſima & iucundiſſima. Democratiam enim conſtituerunt, non eam quæ temerè miſceret omnia, & in petulantia libertatem, in licentia quiduis agendi, felicitatem collocaret: ſed quæ talia improbaret, atque ariſtocratia vteretur: * quæ cum vtilis ſit, à vulgo, vt ea in qua cenſus ratio habetur, in rebuspublicis numeratur: non quòd ex inſcitia ignorent, ſed quia nihil vnquam cogitationis ea de re ſuſceperunt. Ego verò, formas rerum publicarum tres duntaxat eſſe dico: Oligarchiam, Democratiam, Monarchiam. Qui igitur his vtuntur, ſi magiſtratus & cætera munia, ciuium prudentiſsimis, & optimè ac iuſtiſsimè curaturis omnia, mandent: eos in quauis republic, atũ inter ſe, tũ erga alios, felici ſtatu futuros. Qui verò improbiſſimos & audaciſſimos deligunt, qui cùm Reipublicæ vtilitatem negligant, tum ad explendam ſuam auariciam quiduis parati ſint & facere & perpeti: & ciuium eandem, quæ magiſtratuum

Digreſſio in explicationẽ rerum publicarum.

Oligarchia.

Democratia.

eſt,improbitatem eſſe velint:hos contrà & ſibimetipſis, & ciuibus peſſimè conſulere iudico. Qui autem neq; ſic, neq; vt prius dixi, ſeſe parant, ſed cum ſecuri ſunt, eos maximè honorant, qui ad gratiam loquuntur: in metu verò & periculis, ad optimos & prudentiſſimos quoſq; confugiunt: eos per vices aliàs feliciores fore,aliàs calamitoſiores. Hæc igitur natura & vis eſt rerumpublicarum. Atq; hæc alijs multò plura verba ſuppeditatura exiſtimo,quàm nos fecimus: mihi verò non de omnibus illis, ſed de ſola maiorum noſtrorũ republica eſſe differendum. Hanc enim pollicitus ſum demonſtraturum, maioris eſſe precij,quàm eam quæ Spartæ conſtituta eſt. Erit autem oratio his,qui me libenter, de bona republica dicentem audituri ſunt, neq; moleſta, nec intempeſtiua, ſed apta & conueniens ſuperioribus. illis verò qui grauem & ſeueram orationem aſpernantes, ijs maximè delectãtur, qui in celebritatibus conuicia dicũt, vel ſi furore illo abſtinuerint, aut res omnium viliſſimas, aut mortalium nequiſſimos laudant; ijs eam viſum iri

Monarchia.

Diuinatio.

Reditus ad Democratiã maiorum, & occupatio attentioni ſeruiens.

puto,

puto, quàm oporteat, prolixiorem. Verùm ego nihil vnquam eiuſmodi auditores curaui, vt nec alius quiſquam vir prudens: ſed eorũ rationem habui, qui & illa * quæ iã dixi, præ omnibus alijs memoriæ mandaturi, neq; diſputationis prolixitatem, etiamſi decies mille verſum ea fuerit, reprehenſuri ſunt, ſed ſui arbitrij eſſe putabunt, tantùm legere & percenſere, quantum ipſi volent: omniumq; maximè eorum, qui nihil libentius audiant ea oratione, qua vel pręſtantium virorum virtutes, vel Reipublicæ benè conſtitutæ mores cõmemorentur. Quæ ſi quidam imitari poſſent & vellent: cùm ipſi magna gloria ætatem exigerent, tum ſuas vrbes felices redderent. Ac quales mihi auditores dari optarim, dixi. Vereor autem, etiamſi tales contigerint, ne longè tenuius, quàm pro rerum grauitate, de quibus diſſerere inſtitui, dicam. Sic tamen, vt potero, de eis verba facere aggrediar. Quòd igitur noſtra vrbs, illis temporibus, meliùs quàm aliæ adminiſtrata fuit, id regibus, de quibus paulò antè dixi, acceptum referri de-

** quæ ante totã orationem dixi, recordabũtur.*

Regum Atticorũ præſtantia.

ri de-

referri debet. Hi enim fuerunt, qui populum ad virtutem, ad iuſticiam, magnamq́ modeſtiam inſtituerint: & ſuis actionibus id docuerint, quod ego poſterius dico quàm ipſi fecerunt, QVAMVIS REIPVBLICAE FORMAM CIVITATIS ESSE ANIMAM: cuius ea vis ſit, quæ mentis in corpore. Nam hęc eſt, quæ omnibus de rebus deliberet, quæ cum res ſecundas tueatur, tum effugiat aduerſas: autor atq; effectrix omnium bonorum, quę ciuitatibus contingunt. Neque verò populus eius rei propter mutationem oblitus eſt, ſed in hoc magis quàm in alia incubuit, vt duces ſortiretur, qui & ſtatum popularem expeterent, & ijs moribus eſſent præditi, quibus illi, qui olim regnaſſent: ne per incuriam ſummæ rerum omnium eos præficeret, quibus nemo priuatim quicquam mandatum vellet: aut committeret, vt illi ad gubernacula ciuitatis ſederent, quorum in confeſſo eſſet improbitas: aut vocem illorum ferret, qui cum ſua ipſi corpora probris afficerent, alijs præſcribere ſtuderent, quemadmodum vrbs ſobriè feliciterq́ regenda ſit:

Reſpublica ciuitatis anima.

Magiſtratuũ delectus, reiectis improbis.

da ſit: aut illis in repub. locus eſſet, qui patrimonijs in fœdas voluptates profuſis, peculatu & rapinis inopiæ ſuæ conſultum vellent: aut illis, qui cum ad gratiam ſemper loqui cuperent, in multa ingrata & moleſta conijcerent eos, qui ipſis obtemperaſſent. Nam huius quidem generis homines omnes à conſilijs eſſe remouendos, quiſq; cenſuerit. Neq; verò hos ſolùm, ſed illos etiam, qui cum aliorum poſſeſſiones reipub. eſſe dicant, proprias ciuitatis opes depeculari ac diripere audent: & ſe amare populum ſimulant, quem apud omnes alios in odium adducunt, qui cum Græcis verbo metuant, eos re vexant & calumniantur: & efficiunt, vt ita erga nos affecti ſint, vt pleræq; ciuitates bellis conflictantes, malint hoſtibus portas quam primùm aperire, quàm noſtra præſidia intromittere. Nemo perſcribere ac enumerare poſsit omnem improbitatem & ſcelera iſtorum: quæ cũ illi odiſſeut, non temerè quoſuis ad conſilia & magiſtratus admittebant, ſed prudentiſſimos & optimos quoſq;, & vitæ integritate ſpectatiſſimos. Atque hos

Suaſores & magiſtratus et imperatores & legati ijdem.

hos ipſos tum imperatores creabant: tùm, ſi quãdo neceſſe eſſet, legatos mittebant: tum magiſtratus vrbanos omnes illis mandabant: exiſtimantes, qui pro cõcione optima ſuadere & vellent, & poſſent, eoſdem etiam ſeorſim omnibus in locis, et de omnibus negocĳs, eodem animo pariq; prudentia futuros. Neq; verò opinione ſua fruſtrati ſunt. Nam cum hac mente eſſent, paucis diebus leges in tabulas relatas, & publicè

Legum latio.

propoſitas viderunt: non his quas nunc habemus, ſimiles, neq; confuſionis plenas, * & inter ſeſe pugnantes, ita vt tã ratæ, quàm antiquatæ, propè nihil autoritatis habeant: ſed primùm paucas, ſic tamen vt & ſatis facerent, & cognitu faciles eſſent ĳs, qui vſuri erant. Deinde iuſtas & vtiles, & inter ſe conſentientes, & magis in hoc intentas, vt publica inſtituta præclara eſſent, quàm vt priuata commercia ſine fraude fierent: quales eſſe decet in republica benè conſtituta. Circa eadem tempora, magiſtratus creabant eos, qui à tribulibus et popularibus delecti erant. Neque verò dignitates tales fecerant,

** & ita inter ſeſe pugnãtes, ut nemo ferè antiquatas ab ijs quæ receptæ ſunt, poßit diſcernere.*

quæ

quæ magnoperè ambiendæ, aut expetendæ eſſent: ſed multo magis muneribus ſimiles, ĳs quibus mãdata fuerint, ſanè moleſtis, ſed & honoris aliquid afferentibus. Oportebat enim eos qui delecti erant, & rem familiarem negligere, & largitionibus, quæ magiſtratibus dari ſolent, non minus quàm donarĳs templorum abſtinere. Quæ quis eſt qui his moribus ferre velit? Quòd ſi qui officio functi eſſent, eos mediocriter collaudatos, aliam talem curationem ſuſcipere oportebat. Qui verò paululum de via declinaſſent, ſummis probris & maximis ſupplicĳs affici. Quare nemo ciuium, vt nunc fit, magiſtratus appetebat, ſed effugere quàm conſequi malebant: omneſq; putabant, nunquam exiſtere poſſe veriorem democratiam aut multitudini vtiliorem, ea, quæ & talium functionum populo immunitatem daret, & legendorum magiſtratuum autoritatem, & puniendi delinquentes tribueret. quæ non alia poteſtas eſt, quàm feliciſſimorum tyrannorum. Et hæc, quæ ego dixi,

Dignitates non ambitæ.

Domocratia Athenienſis mille annorum.

plutis

pluris eos feciſſe, illud maximo argumento eſt, quòd populus alias reipublicæ formas, quæ diſplicent, oppugnare & deſtruere, & magiſtratus occidere ſolet: hac verò vſus eſt non paucioribus, quàm mille annis: in eaq́ perſeuerauit ab illo tempore, qúo accepit, vſq; ad Solonis ætatem, Piſiſtratiq́ principatum. Qui populi gubernator factus, cum reipublícæ multum nocuiſſet, optimosq́ ciues tanquam oligarchicos eieciſſet: tandem populari ſtatu abrogato, tyrannidem occupauit. Fortaſsis autem aliqui me abſurdè facere dicent (nihil enim vetat hanc orationem reprehendere) qui hæc dicere audeam, tanquam de rebus perfectè mihi cognitis: quibus dum gererentur, non interfuerim. Sed ego me nihil horum temerè facere puto. Nam ſi ego ſolus ſermonibus de veterum inſtitutis, & ſcriptis, quæ ab illo tempore ad nos peruenerunt, fidem haberem: non iniuria reprehenderer. Nunc multos, eosq́ prudentes viros facere idem, quod me, apparet. Præterea ſi argumenta à me poſtulentur, probare queam, omnes homines

Piſiſtrati principatus.

Occupatio, ſe non incredibilia dicere

mines auribus plura quàm oculis co- *Auribus plu-*
gnoſcere: & maiores & pulchriores res *ra q̃ oculis*
ſcire, quas ab alijs audierint, quàm qui- *cognoſcimus.*
bus ipſi interfuerunt. Cæterum huiuſ-
modi reprehenſiones neq; negligendæ *Reprehẽſio-*
ſunt (nam ſi à nemine diluerentur, for- *nes quatenus*
taſſe veritatem læderent) neq; refutan- *curandæ.*
dis illis diutius immorandum. Sed vbi
tantum alijs ſubindicatum fuerit, ex
quo aduerſarios nugas agere oſtenda-
tur: ad propoſitum redeundum, & ab-
ſoluendum id quod inſtitutum fuit.
Quod ego quoq; faciam. Ordinatio igi- *Tranſitio.*
tur reipublicæ, & tempus per quod ea
ſunt vſi, quantum ſatis, expoſitum eſt.
Reſtat igitur, vt quæ actiones bonum
ciuitatis ſtatum ſecutæ ſint, explice-
mus. Ex his enim rectius intelligetur,
noſtros maiores rempublicam melio-
rem habuiſſe tum, quàm alios, & mode-
ſtiorem: atq; ijs & magiſtratibus & cõ-
ſiliarijs eſſe vſos, quorum autoritati
parêre prudentiæ eſt. Sed ne hæc qui-
dem prius dicẽda mihi ſunt, quàm pau- *Occupatio:*
ca præfatus fuero. Si enim neglectis eo- *Lycurgum*
rum reprehenſionibus, qui hoc vnum *rempub. A-*
didicerunt: vel de alijs rebus geſtis, vel *thenienſem*
 de mi- *eſſe imitatũ*

de militari diſciplina, quibus vſi maiores, & Barbaros ſuperarunt, & à Græcis bene audierunt, narrauero: fieri non poterit, quin aliqui me dicant leges recitare, quas & Lycurgus tulerit, & Spartani obſeruent. Ego verò me dicturũ eſſe multa fateor, q̃ illic recepta ſunt: nõ quò Lycurgus illa vel inuenerit vel excogitarit: ſed quòd maiorũ noſtrorũ gubernationẽ quàm optimè imitatus, domi democratiam inſtituit, ariſtocratia temperatam, qualis apud nos fuit: & magiſtratus non ſortitò, ſed per ſuffragia creari voluit; legemq; tulit, vt ſeniores, qui rebus omnibus præſunt, tanto ſtudio & cura legerentur, quanta ferũt à maioribus noſtris Areopagitas eſſe lectos: & eandem illis autoritatem tribuit, quam ſciret ſenatum apud nos habuiſſe. Lacedæmoniorum igitur eam eſſe rempublicam, quæ apud nos olim quoq; fuerit: è multis audire licet, ſi qui ſcire id cupiunt. Iam rei militaris peritiam non prius excoluiſſe, neq; melius tractaſſe Spartanos, quàm noſtros: certaminibus & bellis, & ijs, quę facta

Res militaris culta ab Athenienſibus.

facta eſſe illis temporibus omnes confitentur, me ita perſpicuè oſtenſurum arbitror, vt nec ineptè Laconum ſtudioſi habituri ſint, in quo meis verbis contradicant: nec illi etiam, qui ſimul & mirantur & inuident, & imitari cupiunt. Ab eo autem exordiar, quod auditu fortaſſe non omnibus iucundum, ſed dictu tamen non erit inutile. Si quis enim dicat, duas has vrbes plurima beneficia in Græciam contuliſſe, atque maximis malis eandem poſt Xerxis expeditionem affeciſſe: non poterit non dixiſſe verum ijs videri, qui res geſtas illorum temporum cognitas habent. Nam & quàm fortiſsimè fieri poteſt, contra eius potentiam dimicarunt: & eo facto, cum decuiſſet etiam ea quæ reſtabant, eas ritè adminiſtrare: in eam non amentiam, ſed inſaniam ſunt impulſæ, vt cum eo qui ipſas oppugnarat, qui vtranque vrbem delere funditus, qui cæteros Græcos ſeruitute opprimere deſtinarat (tali præſertim, quem facilè terra mariq; ſuperaſſent) pacem in omne tempus, tanquam cum

Reprehenſio utriuſq; urbis, per digreßionem, uirtutem utcrũ ut collatione illuſtret.

Pax cũ Xerxe facta.

benè merito, fecerint: & altera alterius virtutibus inuidentes, bello ſuſcepto, tanta pertinacia & æmulatione inter ſe contenderint, vt ſeſe mutuò cæteroſq; Græcos perdere non prius deſtiterint, quàm communi hoſti eam poteſtatem dediſſent, vt is noſtram vrbem per Lacedæmoniorum potentiam, in ſummum diſcrimen adduceret: ac rurſum Lacedæmonios, per noſtram vrbem. Quamuis autem Barbarus eas prudentia tam longè ſuperaſſet: tamen neq; illis temporibus, ob acceptas clades, ita vt par erat, ipſaſq; decuit, doluerunt: neq; nunc Græcarum vrbium maximas colere pudet eius opes, contentione quadam aſſentationis. Nam Argiui quidem & Thebani AEgyptũ illi, miſſis auxilijs, ſubegerunt: vt quàm maxima potentia munitus, Græcis inſidiaretur. Nos autem & Spartani, cum ſocietate coniuncti ſimus, alieniores alteri ab alteris animos habemus, quàm ab ijs, contra quos vtriq; bella gerimus. Cuius rei nõ paruum illud ſignum eſt, quòd nec vlla de re, communi conſilio deliberamus: & vtriq; ſeorſim legatos ad il-

Bellum inter ipſas.

Adulatio regi Perſarum.

Alienatio Athenienſium & Lacedæmoniorum.

ad illum mittimus: ſperantes, vtri eum magis propicium habuerint, in eorum poteſtate fore Græciæ dominatum: adeoq́; ſumus amentes, vt non animaduertamus, ſolere eum illos, à quibus colitur, contumelioſè tractare: cum ĳs autem qui aduerſantur, & eius potentiam contemnunt, omni modo dare operam, vt redeat in gratiam. Hęc recenſui, cum ſatis ſcirem non defuturos, qui dicere auderent, ea quæ dixerim, nihil ad inſtitutum pertinere. Ego verò nunquam quicquam eſſe dictum exiſtimo, quod ſuprà dictis magis conueniat: aut quo manifeſtius demonſtretur, maiores noſtros maximis in rebus fuiſſe prudẽtiores illis, qui tùm noſtram, tùm Spartanorum vrbem, poſt bellum cum Xerxe geſtum gubernarunt. Satis enim cõſtat, eas & illis temporibus cum Barbaris feciſſe, & cùm ſeipſas, tum alias ciuitates perdidiſſe, & nunc Græcis imperare velle: & legatos ad regem mittere, ad expetendam eius amicitiam & ſocietatem. Qui verò quondam noſtram vrbem tenuerunt, nihil tale fecerunt, ſed planè contrarium. Nam Græcis vrbi-

Accommodat digreßionem ad propoſitũ

Veteres Athenienſes Græcorum amantes, & Barbaris inimici.

Veteres Athenienſes Græcorum amantes, & Barbaris inimici.

bus abſtinere, tam conſtanter eis decretum fuit, quàm religioſis hominibus donarijs templorum. Bellum autem maximè neceſſarium & iuſtiſſimum, à quo mortalium nemo immunis eſſe deberet, id putabant, quod contra immanitatem belluarum gereretur: proximum, quod Grecorum auxilio inferretur Barbaris, qui & natura eſſent hoſtes, & perpetuò nobis inſidiarentur. Hæc quę dixi, non ipſe excogitaui, ſed ex illorum rebus geſtis ſum ratiocinatus. Nam cum alias vrbes in multis malis & bellis & turbis verſari, ſuam verò ſolam rectè gubernari viderent: non exiſtimarunt eorum eſſe officij, qui & rectius ſaperent, & rebus ſecundioribus vterentur, conniuere, ac pati, cognatas vrbes interire: ſed & rationem ineundam, & operam eſſe dandam, vt vniuerſas malis illis liberarent. His cogitationibus ſuſceptis, diſſidia ſaniorum ciuitatum legationibus & diſceptationibus tollere ſtuduerunt. Si quæ verò ſeditioſiores erant, ciues ſummæ apud ſe autoritatis ablegarunt, qui & conſilijs eas in rebus illis iuuarent, & congreſsitum cum ijs qui

in pa-

* in patria viuere non poterant, tum cum ijs, quorum inſita ferocia, legum decretis aduerſabatur (quod hominum genus vrbibus plerunque perniciosum eſt) perſuaſerunt, vt ſecum in militiam profecti, vitam illa meliorem quærerent. Cum igitur multi eſſent, qui ea vellent, & obtemperarent: conſtituto ex illis exercitu, & Barbaros qui inſulas occuparant, expulerunt: & eos, qui vtranque Aſiæ oram tenebant aggreſſi, omnibus eiectis, egentiſſimos Græcorum ibi collocarunt. Hæc & ipſi agere, & alijs ad imitandum proponere non deſtiterunt, donec audiſſent, Spartanos Peloponneſi vrbes, vt dixi, ſubegiſſe. Tum verò ſua tueri coacti ſunt. Quid igitur boni bella illa, & occupationes mittendi colonias, ſequutum eſt? (hoc enim exiſtimo pleroſque potiſſimùm audire velle) vt Græci ditiores & copioſiores fierent, magiſque conſentirent, tanta et tali multitudine hominum liberati: vt Barbari, extorres & profligati, ſubmiſſioribus animis eſſent, quàm prius: vt harum rerum autores,

ob egeſtatem.

Vtilitas coloniarum.

Hh 4 inſignem

inſignem caperent gloriam, duplo maiore facta Græcia, quàm initio fuerat. Ac maius quidem beneficium & communius, Græcis à noſtris maioribus datum, reperire nõ poſſum. Quod autem ſit cum peritia rei militaris coniunctius, nec minore prædicatione dignum, & omnibus manifeſtum, habituri fortè ſumus, quod dicamus. Quis enim ignorat, aut Bacchanalibus è Tragicis actoribus non audiuit, quas Adraſtus clades ad Thebas acceperit? Qui Oedipi filium, ſuum generum, in regnum reſtituere conatus, maximas Argiuorum copias amiſit, & omnes centuriones vidit interemptos, ipſe per dedecus ſeruatus. Et quia nec fœdus impetrare, nec cæſos afficere ſepultura poterat: ſupplex vrbi noſtræ factus, Theſeo adhuc eam gubernante, orauit, ne tales viros inſepultos iacere, aut vetus inſtitutum & patriam legem, apud vniuerſos homines receptam, abrogari ſineret, quæ non mortali prodita ingenio, ſed à diuina potentia imperata videretur. Quibus ille auditis, nulla mora interpoſita, legatos Thebas miſit, qui ſuaderent, vt & de

Adraſti ſupplicatio.

Ius ſepulturæ.

& de reddendis cadaueribus ſanctius conſilium inirent,et ęquius reſponſum, quàm dudum, darent: atq; illud ſubindicarent, noſtram vrbem eis non permiſſuram, vt cõmunem omnium Græcorum legem violarent. Qui verò tum Thebis imperabant, his acceptis, aliter ſtatuerunt, quàm & pleriq; de eis ſentiunt, & ipſi prius decreuerant: ſed & modeſtè ſuam cauſam egerunt, & accuſatis ijs, à quibus oppugnati eſſent, noſtrę vrbi cadauera tollẽda tradiderunt. Ac nemo putet me ijs, quæ in oratione Panegyrica de his ipſis ſcripſiſſe videar, ex inſcitia dicere contraria. Ego enim exiſtimo, neminem eorum, qui hæc perſpicere potuerunt, tanta eſſe inſcitia, & inuidia refertum, qui me non laudet, ac prudenter facere cenſeat, quòd tunc illo, nunc hoc modo de eis diſſeruerim. De his igitur ſcio me rectè ſcripſiſſe, atque vtiliter. Quantùm autem noſtra vrbs, illo tempore, bellica fortitudine præſtiterit (nam vt hoc demonſtrarem, ea recenſui, quæ Thebis facta ſunt) id exiſtimo, iſta ipſa re omnibus planiſſimum fieri, quæ & regem Argiuorum

Occupatio.

Thebana actio ſignum bellicæ potentiæ.

urbi noſtræ ſupplicem fieri coëgerit: & Thebanorum dominos eò redegerit, vt maluerint noſtræ vrbis ſermonibus, q̃ legibus à Deo latis obtemperare. Quorum vrbs noſtra nihil ritè perficere potuiſſet, niſi & autoritate & potentia cæteris longè præſtitiſſet. Quum autem multa & præclara maiorũ facinora dicenda habeam: diſpicio, qua ratione de eis diſſeram. Hæc enim maiori mihi curæ ſunt quàm cætera: cum iam in vltima propoſiti mei parte verſer, quo me probaturum aſſerui, maiores noſtros in bellis & prælijs magis antecelluiſſe Spartanis, quã cæteris rebus omnibus. Erit autem hęc oratio ab opinione multorum abhorrens illa quidem, ſed non minus vera tamẽ quàm ſuperiora. Modò equidem dubitabam, vtrum dimicationes & pugnæ Spartanorum, an verò noſtrorum ciuium prius recenſendæ eſſent? Nunc ab illis ordiri placet, vt ad finem diſputationis huius, facinora reſeruem clariora & æquiora. Poſteaquàm igitur Dorienſes, in Peloponneſum cum exercitu profecti, pulſis per iniuriam veteribus incolis, eorumq; agris

Dubitatio.

Admonitio.

Occupatio.

Optio.

Cõmemoratio rerũ à Lacedæmonijs geſtarum.

agris occupatis, trifariam vrbes diuiſerunt: qui Argos & Meſſenam ſortiti erant, eo ferè modo ciuitates ſuas adminiſtrarunt, quo reliqui Græci. Tertiam autem eorum partem, quos nunc Lacedæmonios dicimus, ita ſeditioſos fuiſſe, ab ijs, qui res illorum perquirunt, eſt proditum, vt nullos aliorum Græcorum. Optimates autem, cum elati ſuperbia plebem oppreſſiſſent: longè aliam rationem, & ab aliorum omnium, qui ſimiles turbas experti eſſent, conſuetudine abhorrentem, pacandorum tumultuum conſtituendæq; reipublicæ iniuiſſe. Nam cæteros, qui aduerſam factionem in eadem ciuitate viuere, & omnium commodorum ſocietate (magiſtratibus duntaxat & honoribus exceptis) frui patiantur: dementes haberi à prudentibus Spartanorum, ſi exiſtiment, ſibi & reipublicæ nihil ab ijs eſſe periculi, quos inſignibus iniurijs affecerint. Ipſos vero nihil tale feciſſe, sed inter ſeſe æqualitatem & democratiam eiuſmodi conſtituiſſe, qualis deceat eos, qui perpetuò concordes eſſe debeant; plebem

Poſt ſeditionem plebs eiecta in agrum.

autem

autem circum ſe in vicinia collocaſſe, ſeruitute oppreſſis illorum animis non minus quàm famulorum. Quæ cum perfeciſſent, agri, quem inter omnes æqualiter eſſe diſtributum oportuerat, ipſos qui pauci eſſent, non optimã duntaxat, ſed & tantam vendicaſſe partem, quantam nulli Græcorum habeant: & multitudini tantum deterrimæ terræ impertijſſe, vt magno labore vix excolere poſſint, quantum ad vitam ſuſtentandam ſit neceſſarium. Poſtea, diuiſa inopi multitudine, humiles & multos, in loco quàm fieri potuerit, anguſtiſsimo, conſidere coactos: qui cum ijs nominibus appellentur, quaſi ciuitates incolant, reuera minus autoritatis & opum habeant, quàm noſtratia municipia. Cum autem eis eripuiſſent omnia, quæ liberis hominibus permittenda ſunt: maximam periculorum partem in eos inclinaſſe. Nam in expeditionibus, quæ ductu regis fiebant, viritim in acie iuxta Spartanos ſtare cogebantur: quidam etiam deligebantur, qui ante primam phalangem collocarentur. & cum aliquo ſupplementa mittenda eſſent,

Agrorũ iniqua diuiſio.

Oppidorum nulla autoritas.

Periculorum & laborum onus.

quorum

quorum ope vel labores, vel pericula, vel mora belli facilius tolerarentur: hos mittere moris erat, vt ſua capita pro aliorum ſalute periculis obiectarent. Et quid multis opus eſt, omnes recenſere iniurias, quibus multitudo afficitur? quin potius, maximo malo prolato, cætera miſſa facimus? Nam eorum qui & ab initio tantas acerbitates perpeſſi ſunt, & ad quaſuis occaſiones operam ita ſtrenuam nauant, Ephoris licet, indicta cauſa, tot occidere, quot libitum eis fuerit: quæ quidem ſanguinaria crudelitas apud cæteros Grecos nefarium ſcelus habetur, ſi vel in perditiſſimos ſeruos exerceatur. De Spartanorum autem in ciues olim ſuos ſæuitia, & peccatis in eos admiſſis, ideo pluribus diſſerui, vt interrogarem eos, qui facta illorum omnia probant, num etiam hæc laudent, & prælia cum iſtis geſta præclara putent. Ego quidem magna illa exiſtimo fuiſſe, & acerba, quæ vt victis ingentia mala, ſic victoribus emolumēta plurima peperere, propter quæ iſti bella perpetuò gerunt: ſed neq; ſancta, neq; honeſta, neq; decora ĳs, qui præſtan-

Ephororum licentia.

Vituperatio ab iniuſto.

ſtantiam illam ſibi vendicant, non quæ in artibus, & multis aliis rebus ſic dicitur, ſed veræ virtutis, quæ viris bonis et honeſtis cum pietate & iuſticia in animis innaſcitur, de qua omnis oratio eſt. qua quidam neglecta, eos laudant, qui plura quàm alij peccata contraxerunt: nec animaduertunt, ſe mentem ſuam aperire, ac illud prodere, quòd eos etiam laudaturi ſint, qui maximis quidem opibus polleant, ſed & fratres ſuos & amicos & ſocios occidere non dubitarent, vt illorum quoque pecunia potirentur. Nam talia facinora, ſimilia ſunt factis Spartanorum: quæ qui probant, eos neceſſe eſt idem de ijs etiam ſentire, quæ modò commemorauimus. Miror autem, ſi qui ſunt, qui prælia & victorias, præter ius & æquum partas, non eſſe turpiores, & pluribus probris ſcatere cenſeant, quàm clades ſine ignauia acceptas: præſertim cum ſciant, magnos exercitus, quamuis ſceleratos, ſæpe ſuperiores eſſe viris honeſtis, qui pro patria pugnare non dubitant: quos multo laudari iuſtius eſt, quàm eos, qui alienarum opum cupiditate, mortem oppe-

Laudatio iniuriæ animũ iniurium arguit.

Clades accepta ſine culpa præſtat iniuſtæ victoriæ.

oppetere non recuſant, cōducticijs militibus ſimiles. Nam hæc improborum hominum opera ſunt. Quòd verò boni viri nonnunquam infelicius, quàm qui ſtudent iniurijs inferendis, præliantur: id incuriæ Deorûm fortaſsis eſt tribuendum. Et hac ratione vti queam, etiam de calamitate, quam Spartani ad Thermopylas acceperunt, quam quicunq; audiuerunt, laudant omnes, & mirantur magis quàm prælia & victorias, quibus aduerſarij quidem ſuperati, ſed & illi violati ſunt, quos minimè oportebat. Et ſunt tamen, qui ea laudare nō dubitent: ignari nimirum, nihil neque ſanctum, neq; honeſtum eſſe, niſi quod cum iuſticia & dicatur & fiat, quæ res Spartanis nunquam curæ fuerunt. Nihil enim aliud ſpectant, niſi vt aliena quàm plurima occupent. Noſtri autem nihil omnium rerum ita expetiuerunt, niſi vt apud Græcos gloria florerent: exiſtimantes, nullum poſſe iudicium fieri vel verius, vel æquius illo, quod à tota gente pronunciatum eſſet. Eos autem ita ſenſiſſe, cùm

Thermopylea clades.

Athenienſes Græcorum ſtudioſi.

ex alijs

ex aliјs eorum actis in republica perſpicitur, tum è rebus pro commodis & incolumitate Græciæ geſtis. Nam cum Græci tria bella, preter Troianum, cum Barbaris geſſerint: in his omnibus ſuā vrbem principem exhibuerunt. Quorum vnum fuit Xerxeum, in quo quicquid periculi adeundum fuit, tāto præſtantiores fuere Lacedæmonijs, quanto illi aliјs: alterum eo tempore, quo coloniæ condebantur, ortum, ad cuius ſocietatem Dorienſium nemo venit. Noſtra verò vrbs, ſe ducem profeſſa tenuiorum, & quorumuis aliorum, rem ita vertit & mutauit, eoq; redegit, vt, cum Barbari ſoliti fuiſſent maximas quaſq; Græcarum vrbium occupare, Græci ea, quæ prius ferebant, facere poſſent. Ac de duobus quidem bellis ſatis anteà diximus. Nunc de tertio verba faciam, quod conflatum eſt, cum & Græcæ vrbes nuper conditæ eſſent, & noſtra ciuitas adhuc Regibus pareret: in quorū tempora & bella plurima, & maxima pericula inciderunt, quæ omnia neq; cogitatione cōplecti, neq; oratione explicare queam. Omiſſis igitur eorum

Xerxeum bellum.

Bellum coloniarum.

Docilitatē et attentionem captat.

eorum plurimis, quæ tum facta ſunt, eademq́ dictu non ita neceſſaria: quàm breuiſsimè potero, referre conabor, tũ eos qui noſtram vrbem oppugnarunt, tum pugnas memorabiles, duceśq noſtros memoratu dignos, tùm cauſas quas hoſtes prætexebant, potentiamq́ gentium quæ illos ſecutæ fuerunt. Hęc enim ſatis multa erunt, quę cum aduerſariorum factis comparentur. Nam Thraces cum Eumolpo, Neptuni filio, in agros noſtros irruperunt, qui cum Erechtheo de vrbe contendens, Neptunum prius eã occupaſſe quàm Mineruam aſſerebat. Scythæ cum Amazonibus, quæ Martis filiæ dicebantur, & propter Antiopam ſororem Hippolytæ bellum faciebant: quæ patrijs legibus violatis, Theſei amore capta, & inde eum ſecuta, ac nupta illi fuerat. Peloponnenſes cum Euryſtheo, qui cũ Herculi pœnas iniuriarum non dediſſet, bello contra maiores noſtros ſuſcepto, vt eius liberos deditícios hinc abduceret (ad nos enim confugerant) ea pertulit quæ merebatur. Tantum enim abfuit, vt (* quod in literis iactarat)

Barbarorum expeditiones cõtra Athenienſes.

Thraces.

Eumolpus.

Scythæ.

Amazones.

Peloponnenſes.

Euryſtheus.

** eductio in expeditionẽ exercitu.*

ſupplices in poteſtatem ſuã redegerat, vt prælio ſuperatus, & captus à noſtris, ipſe ſupplex illis factus, quos ſibi dedendos poſtularat, occubuerit. Pòſt, qui miſſi à Dario fuerant ad vaſtandam Græciam, excenſu ad Marathonem facto, pluribus & maioribus cladibus acceptis, quàm ipſi noſtræ vrbi ſe allaturos ſperarant, fuga ſe ex vniuerſa Gręcia proripuerunt. His omnibus igitur quos recenſui, qui non vnà impreſsionem fecerunt, nec ijſdem temporibus, ſed vt & occaſiones & ſingulorum vtilitates & conſilia tulerant, prælio ſuperatis, illorumq; iniurijs propulſatis: non à ſtatu ſuo poſt tãtas res geſtas declinarunt, neq; id eis accidit, quod ijs, qui, cum prudenter conſulendo & rectè agendo magnas opes inſignemq; gloriam ſint adepti, pòſt ob ſucceſſuũ magnitudinem elati ſuperbia, & ſana mente amiſſa in deteriorem etiam & humiliorem priore fortunam deferuntur. Sed his omnibus euitatis, inſtituta vetera, ob rectam reipublicæ adminiſtrationem, retinuerunt: magis freti animi ſui

Marathonia pugna.

Atheniensiũ in rebus ſecundis moderatio.

mi ſui virtute, ſuaq́ prudentia, quàm prælijs commiſsis: maioreq́ in admiratione fuerunt apud alios ob conſtantiam hanc & ſobrietatem, quàm propter tolerantiam laborum & periculorum. Omnes enim videbant, multos etiam flagitijs coopertos, animoſos eſſe in prælijs: ſed moderationis & prudentiæ, quæ rebus in omnibus vtilis, omnes iuuare poſsit, expertes eſſe improbos: & hanc propriam eorum eſſe laudem qui benè nati, benè educati & inſtituti ſunt, cuiuſmodi fuerunt illi qui tum vrbem rexerunt, quibus ſucceſſus illi quos diximus, omnes, ſunt accepti referendi. Equidem video, alios maximis facinoribus, & inprimis memorabilibus, concludere ſolere orationes: atque eos qui ſic iudicant & agunt, ſapere cenſeo: ſed tamen ita accidit, vt ego aliter faciam, & plura dicere neceſſe habeam. Quod cur à me fiat, paulò pòſt oſtendam, vbi pauca omninò prius dixero. Tantam huius orationis partem perſcriptam, quanta iam recitata eſt, cum adoleſcentulis tribus aut quatuor, familiariter

Digreſsio & diſputatio cũ quodam Laconũ ſtudioſo, uarietatis cauſa, & ad magis arguẽdos Lacedæmonios conficta.

mecum viuere ſolitis, corrigebam. Quę cum nobis recenſentibus probata, concluſione tantũ indigere videretur: cõſultum eſſe duxi, quendam, qui me præceptore vſus, atq; in oligarchia verſatus, eo animo erat, vt perpetuò laudaret Lacedemonios, accerſere: vt ſi quid fortè falſò dictum nos prætериſſet, id ille animaduerſum nobis indicaret. Venit igitur ille vocatus, & lecta oratione (nã quæ alia interceſſerunt, quid multis dicere attinet?) cæterorum quæ ſcripſeram nihil moleſtè ferebat, ſed & ſummis laudibus efferebat, & de ſingulis partibus eadem ferè dicebat, quæ nos quoq; ſentiebamus: non obſcuram tamen ſignificationem dabat, ſibi diſplicere ea, quæ de Lacedæmonijs dixiſſemus: idq; mox oſtendit. Auſus eſt enim dicere, etiamſi nullũ aliud in Gręcos beneficium contuliſſent, ob illud tamen eis iure omnes gratiam habituros, quòd pulcherrimis inſtitutis inuentis, eadem & ipſi vſurpaſſent, & alijs demonſtraſſent. Hoc ita breuiter & paucis dictum, in cauſa fuit, ne ibi finirem orationem, vbi decreueram; ac turpe fore ducerem,

mini-

minimeq́ ferendum, ſi quenquam ex meis diſcipulis in conſpectu meo, verbis improbis vti paterer. Hæc cogitans interrogabam, nihil'ne curaret eos qui adeſſent; nec impia & falſa & multis contradictionibus referta dicere erubeſceret? Intelliges autem, inquam, ita eſſe, ſi prudentiores interrogaris, quę inſtituta pulcherrima eſſe putent? Deinde quantum temporis effluxerit, ex quo Spartani in Peloponneſo conſederunt. Nemo enim eſt, quin religioſum cultum Deorum, & iuſticiam erga homines, & prudētiam in alijs rebus, omnium pulcherrima inſtituta eſſe cenſeat: Spartanos autem, non amplius ſeptingentis annis eum locum tenuiſſe, conſentiat. Quę cum ita ſint, ſiquidem tu vera prędicas, cum pulcherrima inſtituta eos inueniſſe dicis: neceſſe eſt, alios qui multis ante ſeculis fuerunt, quàm Spartani ſedes iſtas occuparent, eorum expertes fuiſſe: eos etiam qui Troiam expugnarunt, & Herculis ac Theſei æquales, Minoem item Iouis filium, & Rhadamanthum, & AEacum, & reliquos omnes, qui propter iſtas virtutes diuinis

Refutatio, Spartanos pulcherrimorū inſtitutorum non eſſe autores.

Ab abſurdo.

laudibus celebrantur, falſaq; frui gloriola. Si verò tu nugas agis, & omninò par eſt, dijs genitos virtutibus iſtis magis & ipſos eſſe vſos, & poſteris imitandas eas propoſuiſſe: fieri nō poteſt quin furere videaris omnibus audientibus, qui adeò temerè quoſuis & iniquè laudes, & qui reprehendendi erant, eos commendes: quaſi quid ego dixiſſem, planè non audiſſes. Nam tum quoq; deliraſſes, ſed tibi tamen ipſe contrarius eſſe non videreris. Nunc, cum ego mea oratione prolata oſtēderim, multa crudeliter & nefariè Lacedæmonios & in cognatos ſuos, & in alios Græcos feciſſe: qui tibi dicere licuit, eos qui his criminibus obnoxij ſunt, pulcherrimorum inſtitutorum principes extitiſſe? Præterea illud etiam in eo mirabar, ſi qua deſint inſtitutis, vel artibus, vel quibuſuis alijs rebus, ea non excogitari à quibuslibet: ſed ab his qui ingenijs excellunt, & è veterum inuentis diſcere plurima potuerunt, & inueſtigationi rerum maiore ſtudio imcumbere voluerunt: à quibus rebus Lacedæmonij longè Barbaris eſſent alieniores. Hos enim

A pugnantibus.

A natura Lacedæmoniorum.

enim multorum inuentorum tum diſcipulos, tum doctores extitiſſe. Iſtos verò à communi inſtitutione ac ſtudijs tã longè abeſſe, vt ne literas quidem diſcerent: quæ tantam vim haberent, vt qui ijs inſtructi eſſent, recteq; vterentur, non ea ſolùm cognoſcerent, quæ ſua ætate gererentur, ſed illa etiam quæ ab omni memoria facta eſſent. Tu tamen (inquam) earum ignaros, pulcherrimarum diſciplinarum inuentores eſſe, affirmare non dubitaſti: quamuis ſcires, eos ad tales exercitationes liberos ſuos aſſuefacere, per quas ſperent eos alijs non eſſe benefacturos, ſed Græcis maxima detrimenta importaturos. Quæ ſi omnia percenſere velim: & mihi & auditoribus magnum faſtidium ea parerent. Sed vbi vnum duntaxat recitaro, quod & amant, & ſtudio inprimis habent: omne ingenium & mores eorum me declaraturum arbitror. Illi enim quotidiè pueros, mox à lecto, cum quibus ſingulis libitum eſt, ablegant, verbo ad venationem: re ad eos per furtum ſpoliandos, qui ruri habitant: in quo accidit, vt deprehẽſi &

Literæ.

Inuerſio, Lacedæmonios turpiſſima ſtudia excogitaſſe.

Furandi cõſuetudo.

nummos ſoluant, & plagas accipiant. Qui verò ſcelera plurima admiſerunt, eaq́ celare potuerunt: hi tum inter pueros alijs præferuntur: tum viri facti, ſi in illis ſtudijs permanſerint, quæ pueri meditati erant, aditum ſibi ad ſummos honores patefecerunt. Quod ſi quis oſtenderit, diſciplinam vllam apud eos in maiore precio aut honoratiorẽ eſſe: fatebor me nihil vnquam vlla de re dixiſſe. Enimuerò quidnam iſtiuſmodi facinorum vel pulchrum vel honeſtum eſt, ac non potius erubeſcendum? An non igitur amentes habendi ſunt, qui eos laudant, qui à communibus legibus tam longè receſſerunt, neq́ in vlla re vel cum Græcis vel cum Barbaris conſentiunt? Alij enim, maleficijs & furtis deditos, ſeruis nequiores iudicãt: illi autem iſtorum facinorum principes, inter pueros excellere, & maximè honorandos eſſe putant. Quis verò ſanæ mentis homo nõ emori malit, quàm de ſe famam diſsipari, quòd per huiuſmodi ſtudia virtutis exercitationem meditetur? His ille auditis, nihil omninò quod dixeram, cõfidenter refutauit:

Philolaconis defenſio.

nec

nec tamen obticuit prorſus. Sed tua quidem (me innuens, inquit) oratio, eò pertinet, quaſi ego omnia illorum probem, & præclara eſſe putem. Ego verò & puerorum licentiam, quæ apud illos eſt, & alia multa, iurè abs te culpari cenſeo: me autem accuſari iniuria. Nam cum orationem legerem, cùm ea quæ de Lacedæmonijs dicta eſſent, ægrè ferebam: tum illud multò magis, quòd nullam pro eis afferre defenſionē poſſem, quos hactenus laudare conſueuiſſem. Hoc æſtu animi cum iactarer: id afferebam, quod reliquum erat, ſcilicet: ſi nō ob aliud, propter illud ſaltem habendam eis eſſe gratiam à nobis omnibus, quòd pulcherrimis inſtitutis conſtanter vterentur. Eaq; verba neq; ad pietatem, neq; ad iuſticiam aut prudentiam, quæ tu percenſuiſti referebam: ſed ad gymnaſia ibi recepta, ad exercitationē fortitudinis, ad concordiam, ad ſtudiū deniq; rei militaris ſingulare: quæ omnes & præclara & illis vſitatiſſima eſſe fateantur. Quæ cum mihi reſpondiſſet, acquieui: non quòd vllum accuſationis caput diluiſſet; ſed quòd id quod

Per diſtinctionem.

Per inficiationem alterius partis.

Refutatio defenſionis à fine exercitationū Laconicarum.

acerbiſsimè dictum fuerat, occultaret, non inerudite, ſed ſapienter: & cætera modeſtius defendiſſet, quàm dudum iactarat. Veruntamẽ vt illud omitterem, me habere dicebam, cur illa ipſa longè grauius quàm puerorum furacitatem accuſarem. Siquidem, inquam, illis ſtudijs ſuos liberos corruperunt: illis verò, quæ tu modò commemoraſti, Græcos perdiderunt, quod ita eſſe, facilè perſpicitur. Exiſtimo enim, confeſsione omnium, peſſimos viros eſſe, grauiſſimaq́ꝫ pœna dignos, qui res ad hominum ſalutem inuentas, ad aliorum perniciem conuertunt, & ijs neqꝫ contra Barbaros, neqꝫ cõtra delinquẽtes, neqꝫ contra eos, qui in agros ipſorum impetum faciunt, ſed contra coniunctiſsimos & cognatos ſuos abutuntur, id quod Spartiatæ fecerunt. Nam quî dici fas eſt, illos re militari rectè vti, qui quos conſeruatos oportuit, eos perdere non deſtiterunt? Neque verò tu ſolus ignoras, qui rebus benè vtantur, ſed Græcorum pars ferè maxima. Nam ſi quos viderint, aut ex aliquibus audierint, ſtudioſè verſari in ijs ſtudijs quæ pul-

Res nõ ex natura ſua, ſed ex uſu hominũ eſtimãdæ.

pulchra habentur, laudant illos & multa verba de eis faciunt, cum ignorent, quid euenturum ſit. Decet autem veros iſtorum æſtimatores, initiò tranquillos eſſe, ac nullã de eis habere opinionem. Poſtquam verò ad id tempus venerint, quo eos & dicentes & agentes videant, ſiue priuatis ſiue publicis de rebus: tum demum ſingulos acutè contemplari, atq; eos qui iuſtè & honeſtè illis vtuntur quæ meditati ſunt, laudare & honorare: delinquentes autem & improbos, reprehendere & odiſſe, & cauere ſibi ab eorum moribus: qui eam eſſe naturam rerum ſciant, vt nobis per ſe neq; proſint, neq; obſint, ſed vſum hominum & actiones cauſam nobis eſſe omnium euentuum. Idq; inde perſpicitur, quòd vbique terrarum eædem res, planeq; nihil differentes alijs proſunt, alijs obſunt. Vt autem cum ratione haud conſentit, ſingulas res naturã ſibi ipſis cõtrariam, nec eandem habere: ſic prorſus diuerſa vſu venire his, qui rectè & iuſtè agũt, et ijs q̃ libidinoſe viuũt ac turpiter:

quis

quis homo prudens abſurdum eſſe exiſtimauerit? Quod ipſum de concordia quoq; dici poteſt. Nam huius etiam nõ eſt aliud, quàm cæterarum rerum ingenium. Quandam enim concordiam plurima bona peperiſſe reperiemus; quandam ingentibus malis & calamitatibus præbuiſſe occaſionem: cuiuſmodi & Spartanorum iſtam eſſe dico. Non enim diſsimulabo veritatem, tametſi aliquibus ſupra modum abſurda & incredibilia dicere videbor. Hi enim ſuo conſenſu freti, quum ex aduenis cognouiſſent, ceteros Græcos inter ſeſe diſsidere; ita ſe geſſerunt, vt rapiendi ſtudium ipſorum artificium eſſe videretur; &, quod alijs ciuitatibus omnium malorum grauiſsimum eſt, id omnium vtiliſsimum ſibi eſſe crediderunt. Quæ ciuitates igitur factionibus diſtractæ erant, eas ipſi arbitratu ſuo tractare poterant. Quare nemo eos propter concordiam iurè laudauerit, nihilo magis quàm piratas, aut eos qui maleficio & ſcelere paſcuntur. Nam hi quoq; inter ſe conſentientes, alios interficiunt. Si verò aliquibus hęc collatio indecora videtur,

Concordiã Spartanorũ alijs Græcis pernicioſa.

Collatio piratarum & Triballorũ.

detur, neq; illorum exiſtimationi eſſe conſentanea: hac omiſſa, de Triballis dico, quos omnes aiunt concordiores eſſe quàm vllos alios homines: ſed non finitimos tantùm, & in vicinia ſua habitantes perdere, ſed eos omnes ad quos penetrare poſſunt. Neq; verò decet, vt virtutis ſtudium profeſsi, illos imitentur: ſed vim potius ac naturam ſapientiæ & iuſticiæ, cæterarumq; virtutum. Hę enim non ſibimetipſis benefaciunt, ſed quorum animis conſtanter inſederint, eos felices reddunt, & beatos. Lacedæmonij contrà, quoſcunq; acceſſerint, perdunt, aliorumq; bona omnia ad ſe pertrahunt. His dictis, eum cum quo colloquebar, repreſsi, virū acrem, & multarum rerum peritum, & in arte oratoria non minus exercitatum, quàm quemuis meorum diſcipulorum. Cæterùm adoleſcentuli, qui his omnibus interfuerant, non idem ſenſerunt, quod ego. Nam me quidem laudarunt, vt qui iuuenilius expectatione ipſorum diſſeruiſſem, & in eo certamine me præclarè geſsiſſem: illum autem contempſerūt, non vero iudicio, ſed errore de vtroq; noſtrûm

A diſsimili.

Laus Philolaconis.

Adoleſcentulorum iudicium.

noſtrum. Nam ille prudentior factus, et animo ita contracto, modeſtoq; vt ſapientes decet: &, quod Delphis ſcriptũ eſt, & ſeipſum & Lacedæmoniorum ingenium magis quàm prius cognouerat. Ego verò vt fortaſſe non inuita Minerua diſputaram, ſic ob hoc ipſum amentior factus eram, et animoſior quàm noſtram ętatem decet, et plenus perturbatione ac tumultu iuuenili. Ac me ſic affectum eſſe, ſatis apparebat. Nam cum animo ſua tranquillitas reſtituta nonnihil eſſet: non prius conquieui, quàm eum ſermonem, quem modò cum voluptate habueram, paulò pòſt moleſtum futurum, puero dictaſſem. Quum verò triduum aut quatriduum interceſsiſſet: relegens eadem, & ordine conſiderans: quæ de noſtra vrbe dixeram, non culpabam (nam omnia rectè præclareq; de ea ſcripſeram) cum verò ad Lacedęmoniorum res veniſſem, indolui, ac grauiter tuli. Nec enim moderatè de eis diſſeruiſſe videbar, nec ita vt de alijs, ſed temere & negligenter, nimisq; acerbè, ac prorſus inconſideratè. Quare ſæpè incitatus cupiditate vel delendi, vel combu-

Modeſtia.

Superbia.

Pænitentia deſcripta oratione.

buren-

burendi eam orationis partem: mutabam conſilium, miſertus ſenectutis meæ, & laboris, quem illi conficiendæ impenderam. Dum verò his curis æſtuarem, ac me ſubinde conſiliorum pœniteret: conſultiſsimum eſſe duxi, vt meorum auditorum ijs, qui domi eſſent accerſitis, cum eis deliberarem, vtrum hæc oratio prorſus delenda eſſet, an edenda, ut à volentibus legeretur: ac omninò decreueram, vtrum illis viſum eſſet, id agere. His decretis, nulla mora interpoſita, mox & conuocati erant, *vt dixeram: & denunciatum, qua de cauſa conueniſſent: & lecta oratio atque laudata, & cum plauſu excepta, & ea conſecuta omnia, quæ ſucceſſum declamationum ſequuntur. His omnibus peractis, alij inter ſe diſputabant, de ijs nimirum quæ lecta erant: ſed is quem initiò in conſilium adhibueram, laudatorem illum Lacedæmoniorum dico, cum quo plura quàm decuit diſſerui, ſilentio facto, defixis in me oculis: Equidem, inquit, dubito, qd in præſentia mihi ſit faciendum. Nec enim negare volo, quæ

Deliberatio cũ diſcipulis.

** hi quos dixi.*

Approbatio orationis.

Philolacon artificium orationis explicat.

Dubitatio

quæ dixiſti: nec omninò poſſum credere. Miror enim, ſiue ita doluiſti, ac tam grauiter tuliſti, vt dicis, dicta illa de Lacedæmonijs (nihil enim tale in ijs ſcriptum eſſe video) ſiue conſultoribus de oratione iſta vti cum velles, nos conuocaſti, quos ſatis noſti, quicquid tu dixeris aut feceris, collaudare. Cum autem prudentiores omnes, ea in quæ magno ſtudio incumbunt, communicare ſoleant aut cum ſapientioribus, aut certè cum ijs qui ſententiam ſuam pronunciaturi ſunt: tu feciſti contrarium. Ac neutram quidem harum rationum ego probo, ſed & nos callidè conuocaſſe, & laudationem ciuitatis feciſſe videris nō ſimpliciter, neq; ita vt nobiſcum collocutus es: ſed periclitari nos voluiſſe, an ſeriò in ſtudia incumbamus, & ea meminerimus, quæ inter docendum dici ſolent: ac perſpicere queamus, qua ratione ſcripta ſit oratio. Tuam verò vrbem laudare inſtituiſſe, prudenti conſilio, vt & multitudini ciuium gratificareris, & laudem apud eos inuenires, qui vos beneuolentia proſequuntur. In iſto igitur propoſito, cogitaſti, ſi de ea ſola

Per deliberationis ſpeciē exploratio.

Ratio laudationis Atheniensium.

ſola verba faceres, & fabuloſa illa diceres, quæ omnibus in ore ſunt: quicquid diceretur, ſimile viſum iri ijs, quæ ab alijs ſcripta eſſent: id quod tu tibi turpiſsimum & moleſtiſsimum eſſe duceres. Sin his omiſſis, ea facta recitares, quæ confeſsione omnium vera ſunt, & Græcis plurimum profuerunt, & cum rebus geſtis Lacedæmoniorum conferres, & maiorum veſtrorum laudes cum illorum vituperatione coniungeres: tũ orationem excitatiorem viſum iri audientibus, tùm in ijſdem te manſurum. quod maiori quibuſdam admirationi futurum eſſet, quàm ea, quæ in alijs ſcripta eſſent. Initio igitur videris ita diſpoſuiſſe, & deliberaſſe de rebus. Cùm autem ſcires te Spartanorum vrbem ita laudaſſe, vt nemo alius fecit: metuiſſe, ne auditores ijs te ſimilem eſſe ducerent, qui quicquid in buccam venerit effutiunt: ac eos vituperare, quos prius vltra cæteros laudibus extuliſſes. Hæc cogitans, conſideraſti, quidnam de vtriſque dicendum eſſet, vt & vera dicere de ambobus videreris, & tuos

Peruulgatæ res noua ratione tractatæ.

Ambigua uerba in Laconum uituperatione captata.

maiores laudare arbitratu tuo poſſes: & Spartanos ijs quibus inuiſi ſunt, accuſare videreris: quod minimè faceres, ſed clàm & obſcurè commendares. Talia dum inquireres, facilè reperiſti ambigua dicta, quæ nihilo plus cum laudantibus, quàm cum vituperantibus facerent: ſed in vtranque partem flecti, ac multas diſceptationes admittere poſſent. qualibus vti, ſi de contractibus & emolumentis in foro litiges: turpe ſit, & magnum ſignum improbitatis. Cum autem de natura hominum, rebusque preclaris, & ab eruditione non alienis diſſeritur, præſtantis ingenij argumentum. Cuius generis eſt iſta, quàm audiuimus, oratio: qua tuos maiores pacis feciſti ſtudioſos, & Grecorum amantes, & æqualitatis in rebus publicis duces: Spartanos verò ſuperbos & bellicoſos, & primas vbique ſibi vendicantes: cuiuſmodi omnes eos eſſe exiſtimant. Talibus igitur ingenijs cum vtrique ſint, alteros ab omnibus laudari, & videri benè velle multitudini: alteris multos inuidere, & infenſos

Faceta impoſtura non improbanda.

Decori perſonarum obſeruatio.

Comitantia naturam.

ſenſos eſſe: nec deeſſe tamen qui eos laudent, & mirentur, ac dicere auſint, maioribus bonis eos eſſe præditos, quàm ſint ea, quæ maioribus tuis inſunt. Nam & ſuperbiam, à maieſtate, laudata re, non abhorrere: & qui tales ſint, omnibus magnificentiores videri, quàm qui æqualitatem introducant: & homines bellicoſos longè præſtare pacis ſtudioſis, qui neq; parare poſsint quæ non habeant, nec ea quæ habeant, fortiter tueri. Illos autem vtrunq; poſſe, tum capere quæ deſiderent, tum ſeruare quæ ſemel occuparint: quæ perfectorum officia eſſe videntur. Verùm de præcellendi ſtudio pulchriora etiam ſibi dicere poſſe videntur, quàm quæ nunc dicta ſunt. Nam qui contractarum rerum fidem frangant, & alios circumueniant, & falſis ratiunculis deludant: eos neque iuſtos, neque præcellentes eſſe putant, ſed & auaros & improbos. Quòd enim malè de ipſis exiſtimetur & contemni eos, & omnibus in rebus eſſe deteriore conditione.

Deſpicientia. *Bellicoſi.* *Præcellentia πλεονεξία.*

Spartanorum autem præcellendi ſtudium, & regum & tyrannorum, cùm optabile eſſe, atq; ab omnibus expeti: tùm neminem inceſſere conuicijs, aut execrari eos, quorum tantæ ſint facultates atq; opes: neq; inueniri tam abiecto ingenio quenquam, quin optet, talem à dijs poteſtatem tribui ſibi ipſi inprimis, aut ſaltem ſibi coniunctiſsimis. Vnde perſpicuum eſt, ſummum bonũ videri nobis, alijs antecellere. Ambitum igitur tuę orationis, in hanc ſententiam cõplexus mihi eſſe videris. Quòd ſi putaſſem, te parſurum eſſe his quæ dicta ſunt, & hanc orationem ſine reprehenſione prætermiſſurum, ne ipſe quidem plura dicenda mihi cenſuiſſem. Nunc, quia nihil de his pronunciaui, quorum gratia in conſilium aduocatus ſum, id tibi curæ non fore arbitror. Nec enim cùm nos conuocares, ea res ſeriò à te agi videbatur. Sed inſtituiſti, opinor, orationem cæteris nulla re ſimilem: quæ quidem ſegniter ac ocioſè legentibus ſimplex videretur, ac intellectu facilis: diligenter autem intuentibus, & id quod alios latuiſſet, perſpicere co-

Orationis cõmendatio.

re conantibus, difficilis appareret, & nō expoſita cuiuſuis intelligentiæ, multisq́ hiſtorijs & recondita eruditione referta, plena etiam omnigena varietate, & (ut ita dicam) mendaciloquentia, non ea quæ ciues improbè lædere conſueuit, ſed quæ cum vrbanitate iuuare & oblectare poſsit auditores. * Quæ ſi ego eruere ac proferre conabor: nihil eorum ita ſe habere dices, vt ea tu ſe habere volueris. Nam ſi ego, quæ vis ſit orationis, edocuero, & tuum conſilium expoſuero: me non animaduertere dices, orationem per me tanto illuſtriorem reddi, quanto eam dilucidiorem fecerim, & legentibus longè notiorem. Cùm enim ignorantibus ſcientiam tradam: me efficere, ne oratio deſerta ſit. Sed eundem de honore eius & dignitate multum detrahere, quæ acceſſiſſet ab illis, qui ipſi laborant, & ſibi negocium faceſſunt. Ego verò me prudētia, quàm longiſsimè fieri poſſit, te eſſe inferiorem fateor: ſed tamen vt hoc ſcio, ſic illud etiam non ignoro, vrbe veſtra maximis de rebus deliberante, ſapientiſſimos interdum à communi vtilitate aberrare:

Locus obſcurus.

Artificiū & cælatum & demonſtratum diuerſis placet.

Modeſtè ſuā ſententiam interponit.

& fieri nonnunquam, vt fortè fortuna quiſpiam è vilium contemptorumq; numero, & rectè ſenſiſſe, & optimè dixiſſe videatur. Quare mirandum non erit, ſi in hoc quoq; negocio tale aliquid nunc euenerit: vbi tu exiſtimas, te maximam laudem conſecuturum, ſi quàm diutiſſimè diſputaris, quo animo orationem compoſueris. Ego verò tecum optimè actum iri puto, ſi ſentẽtiam, qua in ea conficienda vſus es, quàm pauciſſimis perſpicuam reddere poſſis, tum alijs vniuerſis, tùm Lacedæmonijs, de quibus multa verba feciſti; quorum nõ nulla iuſta ſunt & grauia, quædam petulantia & nimis odioſa. Quę ſi quis eis oſtendiſſet, antequam ego meum iudicium interpoſuiſſem: fieri non potuiſſet, quin & offenſi & irati tibi eſſent, vt qui accuſationem contra ipſos ſcripſiſſes. Nunc Spartanorum pleroſq; nihil de vetere ſua conſuetudine puto mutaturos, neq; orationes hic ſcriptas magis curaturos eſſe, quàm ea, quæ extra columnas Herculis dicuntur. Eorum autem prudentiſsimos, qui orationũ tuarum aliquas habent, ac mirantur: ſi quẽ

Innuit, gratiam deberi Iſocrati à Lacedæmonijs.

nacti

nacti lectorem fuerint, & tempus, vt ſecum ipſi diligenter omnia perpendant: nihil ignoraturos eorum quę dicuntur, ſed & laudes animaduerſuros, quæ in vrbē ſuam, enumeratis rebus geſtis, cōferuntur: & conuicia contempturos, quæ ſine re dicuntur, verborumq; tantum aſperitatem habent: & exiſtimaturos, maledicta quæ in libro inſint, ab inuidia eſſe profecta. Res verò geſtas & pręlia, propter quę & ipſi multū ſibi tribuunt, & ab aliјs tribui vident, te ſcripſiſſe, & ab obliuione vindicaſſe, collectis ſeorſim omnibus, & per collectionē explicatis. Illud quoq; tibi acceptū referent, ſi ea multi & legere & percenſere velint, nō quòd illorum res geſtas audire deſiderēt, ſed quòd cognoſcere ſtudeant, quomodo tu de eis diſſerueris. Hæc cū animis ſuis cogitātes & repetētes, neq; veterum facinorum obliuiſcētur, ob quæ maiores ipſorum laudaſti, ſed hæc etiam ſæpe ſecum ipſi reputabunt: Primùm, ſe, quum Dorienſes eſſent, ac ſuas vrbes paruas & inglorias eſſe viderent, multarumq; rerum egentes: illis neglectis, bellum intuliſſe

Adiectio plurium laudum Lacedæmoniorū, aut declaratio potius.

Peloponneſi occupatio. ciuitatibus Peloponneſi primarijs, Argis, Lacedæmoni & Meſſenæ: victoriaq́ parta, & vrbibus & regione eos exegiſſe, quos ſuperaſſent: ac poſſeſsiones illorum omnes occupaſſe, quas etiã nunc tenent: quo maius facinus, & admirabilius, nemo oſtendet illis temporibus editum: aut quicquam eſſe geſtũ felicius, aut dijs magis propicijs, quàm id, per quod & ſuæ inopię conſuluerũt, & alienam felicitatem obtinuerunt. Atq; hæc cum omnibus expeditionis illius ſocijs geſſerunt. Poſtquam autem cũ Argiuis & Meſſenijs regionem partiti, Spartam ſeorſim ſe contuliſſent: illis temporibus animorum tãta magnitudine eos fuiſſe dicis, vt cum non plures bis mille eſſent, ſe vita indignos iudicarent, niſi omnibus Peloponneſi vrbibus potiri poſſent. Quo conſilio cum bellum ſuſcepiſſent: licet multis miſerijs & periculis circumuenti, non abiecerunt animos, neq; conquieuerunt, priuſquam eas omnes, Argiuorum vrbe excepta, ſubegiſſent. *Finitimæ urbes ſubactæ.* Cum autem iam et ditionem ampliſsimam, et potentiam maximam, & tantam gloriam cõ-

ſecuti

ſecuti eſſent, quantam eos par eſt, qui res tantas geſſerant: hoc ſibi non minus laudi duxerunt, quod ſoli Græcorum omnium, hac peculiari & præclara prærogatiua gloriari poſſent, ſe tam paucos numero, nullius vnquam vrbis, quantumuis amplæ, ductum ſecutos eſſe, aut imperata feciſſe: ſed ſua libertate perpetuò retenta, bello Barbarico Græcorum omnium duces conſtitutos: eoq; honore non ſine cauſa affectos, ſed propterea, quòd ex vniuerſo genere mortalium illis temporibus in plurimis prælijs verſati, in nullo, rege duce, ſuccubuiſſent, ſed omnes ſuperaſſent. quo nullum maius ac certius ſignum dici poteſt fortitudinis & tolerantiæ, & cõſenſionis inter ipſos, eo quod iam dicetur excepto. Nam cum tanta multitudo ſit Græcarum ciuitatum: cæterarum nulla dici aut inueniri poteſt, quæ non in calamitates illas inciderit, vrbibus accidere ſolitas. Spartæ autem nemo poteſt oſtendere factas eſſe vel cædes iniuſtas, vel direptiones pecuniarum, vel ſtupra vxorum & liberûm, imò ne reipub. quidem mutationem, neq; no-

Libertas.
Principatus.
Victoria.

Veteris diſciplinæ conſeruatio.

uas tabulas, neq; agrorum diuiſionem, neq; quicquam aliud inſignium calamitatum. Quę cum reputabunt, fieri non poterit, quin tui etiã, qui iſta cõgeſſeris, & tam eleganter diſſerueris, recordaturi, & magnam tibi gratiam habituri ſint. Non autẽ nunc idem, quod prius, de te ſentio. Nam ſuperiori tempore cũ ingenium tuum, & vitæ ordinem, & induſtriam, tum verò philoſophiæ veritatem inprimis mirabar: nunc verò te feliciſsimum & beatiſſimum iudico. Videris enim mihi viuens etiam gloria fore non quidem maiore, quàm merearis (vix enim id fieri poteſt) propinqua illi tamen, & euidentiore hac, qua nunc flores: defunctus autem immortalitatis particeps futurus, non eius qua dij fruuntur, ſed illius qua memoria eorum, qui re aliqua memorabili alios ſuperant, ad poſteros propagatur. Et hæc iure tibi contingent. Nam vtranq; vrbem pręclare laudaſti & conuenienter: alteram, ex opinione multitudinis, quam nulli viri celebres contempſerunt: ſed dum eam conſequi ſtudent, omnia pericula ſubierunt; alteram ſe-

Congratulatur, ac uelut epitaphium ſcribit Iſocrati.

Humana immortalitas.

Laudatio, ex opinione & ueritate.

cundum cogitationes eorũ, qui veritatem attingere coniectura ſtudent: apud quos in magna exiſtimatione eſſe, præſtabilius eſt, quàm apud alios, ſi duplo plures quàm nunc ſunt, exiſterent. Cum autem inexplebili hoc tempore cupiditate flagrem, & multa dicenda habeam tum de te, tum de vtraq; vrbe, tum de oratione hac: tamen omiſsis illis, de eo ſententiam dicam, cuius gratia me accerſitum eſſe dicis. Tibi enim autor ero, vt hanc orationem neq; comburas, neq; aboleas: ſed ſicubi aliquid deeſt, corrigas, & omnibus diſputationibus, quæ de ea habitæ ſunt, adſcriptis, legere volentibus impertias, ſi modò rem gratam facere ſtudes optimis viris inter Græcos, & verè, non ſimulatè philoſophantibus, & illos afficere moleſtia, qui cùm te magis quàm alij mirentur, orationes tuas in hominum frequentia proſcindunt (etſi declamantibus ijs plures ſunt qui dormiant, quàm qui auſcultent) quique ſperant, ſi vulgus hominum deceperint, ſuas declamatiunculas cum

Adhortatio ad editionem.

AEmulos perſtringit.

cum ſcriptis à te orationibus poſſe contendere: ignari nimirum, ſe longius abeſſe ab excellētia tua, quàm gloria Homeri vincuntur illi, qui in eodem genere poëſis elaborarunt. Quibus ille dictis, ab ijs qui aderant, petijt, vt ea de re, cuius gratia conuocati eſſent, ſententiam dicerent. Illi verò non applauſerunt, quod omnibus eleganter diſſerentibus facere ſolent: ſed exclamarunt, quaſi excellenter peroraſſet, factaque circa eum corona laudabant, mirabantur, beatum prædicabant. ac eius quidem orationi quod adijcerent nihil habebant, ſed pedibus euntes in eius ſententiam, ea mihi facienda cenſebant, quæ ille monuiſſet. Verùm ne ego quidem tacitus aſtabam, ſed cùm ingenium eius laudabam, tum diligentiam. De cæteris autem quæ dixerat, nihil locutus ſum, nec quàm propè cōiecturis ſuis ad meā ſententiam acceſsiſſet, nec quàm longè aberraſſet: ſed eā perſuaſionem, quam à ſe ipſe acceperat, eum tenere ſinebam. Ac verò de his quæ propoſui, ſatis dictum eſſe puto. Nam ſingula quæ prius dicta ſunt, repetere, alienum eſt ab hoc genere

Approbatio Philolaconis orationis.

genere orationum. Dicam autem de his, quæ in hac oratione mihi priuatim acciderunt: quam ego ſcribere inſtitui tot annos natus, quot initiò dixi. Cum verò media pars ſcripta eſſet, morbus me inuaſit, qui vt nominari verecundè non poteſt, ſic non ſeniores tantum triduò aut quatriduò tollere poteſt, ſed multos etiam integræ ætatis. Cum quo perpetuum trienium ego ſum luctatus, & ea tolerantia ſingulos dies tranſegi, vt & ij qui ſciunt, & qui è ſcientibus audiuerunt, meam illam tolerantiam mirentur magis, quàm ea quæ ſuperiori tempore mihi laudem pepererunt. Cũ verò iam & animum deſpondiſſem, & viribus deſtitutus eſſem, tum morbo, tum ſenectute: quidam eorum qui me viſebant, & eam orationis partem quæ ſcripta erat, ſæpe legerant, rogarunt & ſuaſerunt, ne dimidiatam & inelaboratam relinquerem: ſed parui temporis labore ſuſcepto, etiam reliquis abſoluendis animum adijcerem. Neq; verò ita loquebantur, vt defungendi cauſa id facerent: ſed & quæ ſcripſeram laudibus efferebant, & ea dicebant, quæ ſi qui

Appendix de morbo ſuo, uel ueniã petẽs, uel gloriã augens.

Cohortationes et laudationes amicorum.

qui audiuiſſent, neq; familiaritate neq; beneuolentia nobiſcum coniuncti, fieri non potuiſſet, quin exiſtimaſſent & illos fucum mihi facere, & me errore mẽtis affici, & fore ſtultum, ſi conſilijs eorum paruiſſem. Quanquam autem ſic affectus eram, vt fortaſſe quidam dicere auſi ſunt: parui (quid enim prolixa oratione opus eſt de his quæ reſtant) cum quidem triennio tantum ab anno ętatis centeſimo abeſſem: & ſic afflicta valetudine, qua alius tantum abeſt, vt orationem ſcribere inſtituiſſet, vt nec ab alio elaboratam & oſtenſam audire voluiſſet. Cur verò hæc commemoro? Nõ vtique vt orationi meæ veniam petam (nec enim ſic diſſeruiſſe mihi videor) ſed primùm vt oſtendam, quid mihi vſuuenerit: deinde, vt eos auditores laudem, qui hanc orationem probant: quiq; exiſtimant, eas orationes, quæ docent, & artem monſtrant, ijs quæ vel ad oſtentationem vel ad forenſia certamina cõparatæ ſunt, præferendas, & eruditiores iudicandas eſſe: eas item, quæ veritati ſtudeant, illis eſſe potiores, quæ auditoribus

Admonitio, non temerè, ſed prudẽter eſſe iudicandum.

Præſtantiſſimæ oratiões.

ditoribus fucum facere ac receptas opiniones extorquere conentur: pluris etiam eas fieri debere, quæ delicta reprehendant atq; admoneant, quàm quę voluptati & auræ populari ſeruiant. Eos autem qui diuerſum ab his ſentiũt, monere volui, in primis ne ſuis ſententijs plus æquo tribuant: neq; vera eorum iudicia eſſe putent, qui ſunt animis ocioſis. Secundo loco, ne temerè ac inconſideratè pronuncient de his, quæ prorſus ignorant: ſed tantiſper expectent ac differant, dùm illis aſſentiri queant, qui de ijs quæ oſtenduntur, orationibus peritiſſimè iudicant. Nemo enim eos, qui hac modeſtia fuerint, ineptos & ſtolidos iudicabit.

Argu-

ARGVMENTVM Hieronymi Vvolfij, in V. orationem.

SOphiſtæ apud Athenienſes olim dicebãtur, viri ſapientes: & eloquentiæ aliarũq; bonarum artium doctores: atq; id nomen ſuapte natura honeſtiſsimum fuit, vt tyranni, qui non alius eſt quàm rex, aut princeps, qui vnus rerum potitur: id quod è Xenophonte, Iſocrate, Demoſthene atque alijs, ut in Annotationibus noſtris oſtenſum eſt, facile intelligitur. Tandem, ut fit, quorundam inſcitia & improbitas omnibus inuidiam peperit: itaq; factum eſt, ut Sophiſtæ appellarentur, qui oſtentationis aut quæſtus cauſa philoſopharentur. In eius igitur generis dicendi magiſtros hac oratione inuehitur Iſocrates, ut qui præter

præter quæſtum nihil propoſitum habeant, & inanium pollicitationum magnificentia nõ alios tantùm decipiant, ſed & ſemetipſos, & omnes eruditos, in ſummum odium & inuidiam adducant. Ineſt in hac oratione præter alia inſignis locus de ingenij ui, & inſtitutionis vtilitate, prudentiſsmè tractatus.

ISOCRATIS CONTRA Sophiſtas oratio V. Hieronymo Vvolfio interprete.

Reprehenſio arrogantiæ Sophiſtarũ, quæ doctrinã omnem infamet.

SI omnes iſti qui docere inſtituunt, vera dicere vellent, neque maiora promitterent, quã præſtare ſolent: vulgò non malè audirent. Nunc eorum audacia, qui ſe nimis inconſideratè iactant, factum eſt, ut rectius ſibi conſulere videantur ij, qui in ocio degere malunt, quàm ſapientiæ ſtudioſi. Quis enim non ſimul & oderit, & contemnat, primùm eos qui in rixis verſantur: qui cũ veritatis indagationem præ ſe ferant, ſtatim ab initio ſuarum pollicitationum mentiri non dubitent? Omnibus enim perſpicuum eſſe arbitror, futurarum rerum prænotionem non eſſe noſtri ingenij, ſed humanæ prudentiæ captum vſq; adeò excedere, vt Homerus opinionem ſapientię maximam cõſecutus, etiam Deos interdum de futuris dé-

1. Accuſatio eorum qui in rixis uerſantur.

ris deliberantes introduxerit. Qui etſi animum eorum non perſpectum habuit: nobis tamen oſtendere voluit, id ex eorum eſſe numero, quæ vires humanas ſuperarent. Iſti autem tāta ſunt audacia, ut perſuadere conentur adoleſcentibus, eos, ſi ipſis magiſtris vſi fuerint, & quid agendum ſit ſcituros, & per eam ſcientiam felicitatis fore cōpotes. Cum autem tantorum bonorum doctores & dominos ſe conſtituerint: ea quaternis aut quinis indicare minis non erubeſcunt. At ſi quid aliarum rerum longè infra iuſtum precium venderent: ne ipſi quidem ſe deſipere negarent. Nunc, cum virtutem & felicitatem vniuerſam tantillo venundent: tāquam ſapientes, aliorum præceptores eſſe volunt: & auro quidem & argento atque diuitijs, quæ minuendi forma peculiolam appellant, indigere ſe negant; cum, appetitione parui lucelli diſcipulis tantum nō immortalitatē pollicea̅tur. Iam, quod omniū maxime ridiculū eſt, ijs diffidunt à quibus numerāda merces eſt, quibus ſe iuſticiam tradituros promittūt: quorū autem magiſtri

Deorum deliberationes de rebus futuris

Pollicitatio ſcientiæ & felicitatis.

Facta uerbis contraria.

nunquam fuerunt, eos pro diſcipulis ſpondere iubent. Qua ſanè re non malè ſibi cauent: ſed eâdem pollicitationes ſuas euertunt. Nam qui aliquid aliud docent, eos quàm accuratiſsimè ſibi prouidere decet, ne in contractibus fraudentur. Nihil enim prohibet, quò minus ij, qui alterius cuiuſpiam artis peritiam adepti ſunt, pacta & conuenta violent. Eos autem qui ex virtute & temperantia queſtum faciunt, quid abſurdius, quàm non diſcipulis potiſsimùm fidem adhibere. Nam ſi erga cæteros, ſe bonos & æquos præbuerint: non vtique illis iniuriam facient, quorum opera tales euaſerunt. Quum igitur indoctorum quidam his omnibus conſideratis, animaduertunt, eos qui ſapientiam docent, & felicitatem tradunt, ipſos anguſtia rei familiaris premi, & à diſcipulis mercedulam exigere: & quas in ſententiolis contradictiones obſeruent, eaſdem in actionibus ipſis non perſpicere: & in affectatione ſcientiæ futurorum, de ijs quæ ante pedes ſunt, nihil opportuni uel dicere poſſe, uel deliberare: ſed eos magis inter ſe conſen-

Concluſio p. enumerationem.

conſentire, & plura dextrè perficere, qui opinionibus ducuntur, quàm qui ſe ſcientiam habere gloriantur: iurè opinor iſtos contemnunt, & nugas eſſe atque ſordes, non animi eruditionem exiſtimant eius generis diſputationes. Necq́ verò hi tantùm accuſandi ſunt, ſed etiam ciuilis diſciplinæ magiſtri: qui cum & ipſi veritatem ſecurè negligant, hoc artis eſſe putant, ſi quàmplurimos et exiguitate mercedis, et magnificentia pollicitationum, ad ſe pellexerint, ut aliquid ab eis capere poſsint. Qui adeò ſtupidi & ipſi ſunt, & alios eſſe cenſent, vt, cum deteriores orationes ſcribant, quàm aliqui indocti ex tẽpore habeant: tamen ſe diſcipulos ſuos ita velle ad artem oratoriam acuere polliceantur, ut nihil quod in rebus inſit, prætermiſſuri ſint: Nec in ea facultate vel vſui rerum, vel ingenio diſcipuli quicquam tribuunt: ſed eloquentiæ præcepta, perinde ut literarum ſcientiam ſe tradituros aiunt, quę utriuſq́ rei natura ſit, non cõſiderantes: ſed, ob excellentiam promiſsionum, tum ſe in admiratione futuros, tum oratoriæ inſtitu-

II. Accuſatio ciuilis diſciplinæ magiſtrorum.

Falſæ & inconſideratæ pollicitationes.

ſtitutioni precium acceſſurum eſſe exiſtimantes: in quo certè falluntur. Artibus enim autoritatem conciliant, non qui multa inſolenter de eis iactare audent, ſed qui id eruere ac proferre poſſunt, quod vnaquaq; continetur. Ego verò, tantum poſſe Philoſophiam, quantum iſti iactant, magnis opibus anteferrem. Fortaſsis enim neq; nos poſtremi eſſemus, neque fructus ex ea minimos caperemus. Sed cum non ita ſe res habeat: nugatores iſtos tandem cōticeſcere velim. Nō enim delinquentibus tantum maledici, ſed & cæteros vniuerſos peti video, & illis diſcipulos committi miror, qui non animaduertunt, ſe eius artis quæ & ordinata eſt, et opere cernitur, afferre exemplum. Quis enim, iſtis exceptis, ignorat, literas loco moueri non poſſe, ſemperq; eaſdem manere: vnde ij ſdem in ij ſdem quidem verbis perpetuò vtimur: cum eloquentiæ ſit diuerſiſsima ratio. Nam quod ab alio dictum eſt, dicenti poſt illum non perinde expedit: ſed is periſsimus artis eſſe creditur, qui pro dignitate rerum dixerit, eaq; protulerit, quæ

Optatio.

Exagitatio ſophiſticæ ſimilitudinis.

Scriptura.

Oratio.

quæ ab aliȷs antè inuenta non fuerint. Maximum autem huius diſsimilitudinis argumentum illud eſt: quòd orationes præclaræ eſſe non poſſunt, niſi temporum & decori diligens habita ratio fuerit: literæ autem horum nihil deſiderant. Qui igitur huiuſmodi exemplis vtuntur, eos multo æquius eſſet dependere quàm accipere pecuniam: qui cum ipſi doctoris opera in primis egerent, alios erudire aggrediantur. Quòd ſi non tantùm aliȷ accuſandi ſunt, ſed mea quoq; ſententia explicanda eſt: omnes mihi aſſenſuros arbitror, multos artibus eruditos priuatam uitam exegiſſe: alios nullo vnquã præceptore uſos & dicendi peritiam & reipub. gerendæ ſcientiam eſſe aſſecutos. Nam tum eloquentiæ tum cæterarum rerum omnium facultates & à natura dantur hominibus ingenioſis, & vſu rerum atq; exercitatione comparantur: inſtitutio autem eoſdem & acuit, & ad vitam degendam reddit inſtructiores. Nam ea in quæ hactenus velut errantes inciderant, quaſi è penu

Iſocratis ſententia de ingenij ui, et doctrinæ utilitate.

Ingenium.
Exercitatio.
Doctrina.

confeſtim depromere docet. At ſi qui ſunt infirmioribus ingenijs præditi, hi quantumuis diligenti inſtitutione nunquam eò peruenient, ut vel dextrè in rebus gerendis verſentur, vel elegantes orationes ſcribant: id quidem fortaſsis aſſequentur, ut ipſi ſeſe quodammodo vincant, & multis in rebus prudentiores fiant. Libet autem, poſtquam huc prouectus ſum, dilucidius hæc exponere. Dico igitur, genera illa præceptionum, ad quarum normam orationes omnes & dicimus et componimus, ſi quis magiſtrum non facilè pollicentem, ſed artis peritum inuenerit, cognitu non eſſe perdifficilia. In ſingulis autem rebus, quæ prius diſcernendæ, & inter ſe miſcendæ, & ordine diſponendæ ſunt: neq; ab illis, nec à decoro aberrare, ſed & argumentis totam orationem decenter variare, & verba ita collocare, ut numeroſa ſint, & muſicum quendam concentum efficiant: hæc demum curam ingentem poſtulant, & animum generoſum atq; ſagacem requirunt. Præterquam autem quod neceſſe

Præcepta rhetorica facilia, uſus difficilis

ceſſe eſt, diſcipulũ ab ingenio non deſtitui, etiam genera cauſarum noſſe, & in illarum vſu exerceri oportet. Magiſtrum verò & explicare præcepta omnia, quàm accuratiſsimè fieri poteſt, oportet, ita ut nihil quod doceri poſsit, prætermittat: & cæterorum diſcipulis tale eſſe exemplum, ut qui id expreſſerint, imitariq; potuerint, ſtatim ornatius & elegantius, quàm alij, dicere videantur. Quæ omnia ſi coniuncta fuerint, tum demum ſtudioſi perfectum aliquid habituri ſunt. Sin quicquam ex his quæ diximus deſiderabitur, neceſſe erit, ab ea parte diſcipulos minus paratos eſſe. Equidem ſcio, Sophiſtas iſtos modò ſubortos, & iſtam arrogantiam recens amplexos: etſi magna eſt eorum & multitudo & inſolentia, omnes tamen ad hoc argumentum pertinere. Reſtant ij qui ante noſtram ætatem artes, quas vocant, ſcribere auſi, nõ ſine reprehenſione dimittendi ſunt. Promiſerunt enim ſe docturos, quomodo in iudicio contendendum ſit, odioſiſsimo vocabulo delecto: id quod inuidos eorum potius, quàm huius do-

Diſcipuli & magiſtri officium.

III. Trãſitio ad eos qui litium artes conſcripſerunt.

ctrinę principes facere decuiſſet: præſertim, cum ea quæ doctrina comprehendi poſſunt in illa re, nihilo plus ad forenſes controuerſias, quàm ad cætera genera orationum conferre queant. Tantò autem ſunt deteriores ij s, qui in contentionibus volutantur, quòd hi, cum tales oratiunculas recitēt, quibus ſi quis in rebus gerendis inſiſteret, ſtatim in omnibus eſſet improbandus, tamen virtutem et temperantiam ijs contineri profitentur: illi autem cum ad gerendæ reipublicæ doctrinam percipiendam adhortentur: neglectis alijs quæ in ea re inſunt commoditatibus, curioſitatis & auariciæ ſe doctores nominare non dubitant: licet ij qui doctrinæ iſtius præceptis obtemperarent, facilius fortaſsis ad æquitatem quàm ad eloquentiam acuerentur. Neque me quiſquam in ea opinione eſſe putet, quaſi iuſticiam doceri poſſe putem. Nullam enim prorſus talem artem eſſe puto, quæ ingenijs ad virtutem non appoſitis, uel temperantiam vel iuſticiam inſerat: ſed tamen aptiſsi-

aptiſsimam eſſe puto eloquentiæ diſciplinam ad præparationem quandam & exercitationem virtutis. Ne verò & aliorum pollicitationes criminari, & ipſe rem ſupra modum exaggerare videar: deſino, & hæc me alijs etiam facilè probaturum confido ijs argumentis & rationibus, quæ me in hanc ſententiam adduxerunt.

QVARTA

QVARTA CLASSIS FORENſium orationum

ARGVMENTVM HIEronymi Vvolſij, Plataici.

PLATAEA Bœotiæ ciuitas fuit, clade Mardonij, atq; interitu Perſarum memorabilis: Atheniensium ſemper q̃ Thebanorum ſtudioſior. Vnde id tandem conſecuta eſt, vt petentibus, Thebanis, oppido à Lacedæmonijs euerſo, quicunq; Platæenſium deprehenſi erant, occiderentur: reliqui Athenas confugerunt. Verùm hæc non ſunt huius argumenti. Nunc enim à Thebanis, pacis tẽpore euerſi, ob ſpretam illorum iuriſdictionem, petunt ſe in integrum reſtitui. Etſi autem, vtrum in foro, an concione, an ſenatu, an verò in con-

in concilio ſociorum (quod veriſimilimum videtur) habita ſit, non ſatis conſtat: tamen in forenſem referendã eſſe claſſem viſa eſt, tum quòd de iure diſceptat, tum quòd acris eſt & vehemens. Fortaſsis autem non ſcripta eſt Platæenſibus, ſed ab Iſocrate, ſtyli exercendi cauſa, ut & Archidamus putatur, compoſita. Verùm de hoc, ſuo quiſque arbitratu ſtatuat. Platæenſes autem non modò iniuriam ſibi eſſe factam contendunt, ſed tum ſuam fidem & beneuolentiam Athenienſibus probare, tum Thebanos accuſatione leuitatis, perfidiæ & crudelitatis eorum, in ſummum odium adducere conantur, in fine orationis prolixa calamitatum ſuarum exaggeratione vſi.

Plataicus

PLATAICVS, HOC EST, Platæenſium exulum ad Athenienſes oratio I. Hieronymo Vvolſio interprete.

Beneuolentiæ captatio à perſonis.

QVVm ſciamus, Athenienſes, vos & affectis iniuria libenter opitulari ſolitos, & pro acceptis beneficijs cumulatè referre gratiam: Venimus ſupplicaturi, ne nos tempore pacis patrio ſolo à Thebanis pulſos negligatis. Etſi autem iam multi ad veſtram fidem confugerunt, & omnia quæ petierant, adepti ſunt: curam tamen vrbis noſtræ vobis inprimis putamus ſuſcipiendam. Nec enim vllos qui vel iniuſtius quàm nos tantis calamitatibus ſint oppreſsi, vel qui veſtram vrbem diutius & fidelius coluerint, inuenietis. Ea præterea petituri ſumus, quæ ut periculi prorſus nihil habent, ita ſi à vobis impetrauerimus, omnes vos ſanctiſsimos & iuſtiſsimos Græcorum iudicabunt. Quòd ſi Thebanos omnino ita

Per collationem.

Ab ipſa re.

eſſe paratos videremus, vt vobis perſuadere ſtuderent, ſe nulla nos affeciſſe iniuria: noſtram orationem paucioribus abſolueremus. Cum autem ea noſtra ſit infelicitas, vt non cum iſtis tantùm nobis confliƈtandum ſit, ſed etiam cum eloquentiſsimis oratoribus, quos noſtris bonis conciliatos, ſuæ cauſæ patronos adhibuerunt: neceſsitas poſtulat, vt rem prolixius explicemus. Difficile quidem eſt non minora dicere quàm perpeſsi ſumus. nam quæ oratio noſtris malis æquari queat? aut quis orator Thebanorum in nos crudelitatem ſatis acriter accuſet? Opera tamen danda eſt, vt, ſicut poſſumus, iſtorum iniquitatem & violentiam pateſaciamus. Illud autem maximè indignamur, quòd non modò longè deteriore conditione ſumus, quàm cæteri Græci: ſed quòd pace conſtituta, fœderibusque ſancitis, non modò communis libertatis expertes ſumus, verùm ne moderatam quidem ſeruitutem potuimus impetrare. Oramus igitur, Athenienſes, vt cum beneuolentia nos audiatis: cogitantes, nihil accidere

Criminatio potentiæ aduerſariorum.

Accuſatio cũ amplificatione.

Ab iniuſto.

Petitio per collationem.

nobis

nobis poſſe, quod cum omni ratione tantopere pugnet, quàm cum Thebanis, vrbis veſtræ perpetuis inimicis, libertatem reſtitueritis: nos ne ſupplicantes quidem, eadem quæ inimiciſsimis data ſunt, poſſe adipiſci. Ac expoſitioni rerum actarum longius immorari, non video quorſum attineat. Quis enim ignorat, eos et agrum noſtrum diuiſiſſe, & vrbem euertiſſe? De ijs autē vos præmonendos eſſe ducimus, per quæ ſe vobis fucum facturos putant. Interdum enim dicere audent, nos propterea ſic tractatos eſſe, quòd in eorum concilio eſſe noluerimus. Vos autem cogitate, primùm, æquum ne ſit, ob tā ta ſcilicet crimina, tam iniquas & acerbas exigere pœnas? Deinde, an vobis videatur, Platæenſium vrbi vim potius fuiſſe afferendam, quàm perſuadendum, vt cum Thebanis ſe coniungeret? Equidem nihil iſtis eſſe audacius exiſtimo, qui & noſtras vrbes euertant, & ad ſuæ Reipublicæ cōmunitatem adigant, qua non opus eſt nobis. Præterea in nos aliter graſſantur, quàm in alios. Cum enim perſuadere noſtræ vrbi non poſſen

Præteritio.

Confutatio, Platæenſes ob detrectatā Thebanā iuriſdictionem euerti non debuiſſe.

ab iniquo.

poſſent: nos, quemadmodum Theſpienſes & Tanagræos ſubigere duntaxat ſub Thebanam iuriſdictionem debuiſſent. Sic enim intolerabilibus malis oppreſſi non eſſemus. Nunc, non id eis fuiſſe propoſitum, ſed agri noſtri occupationem, ſatis apparet. Miror equidem, in quod vetus exemplum intuentes, aut qua iuris regula vtentes, hæc dicturi ſint ſe à nobis poſtulare. Nam ſi patrium morem conſiderant: non alijs imperare, ſed Orchomenijs pendere tributum debent: ita enim ſe res olim habuit. Sin fœdera eſſe rata volunt, ſicut æquum eſt: negare qui poterunt, ſe per iniuriam ea violare? quæ paruas ciuitates non minus quàm magnas, ſuis vti legibus iubeant. Arbitror autem, eos non fore tam impudentes, vt hæc negare audeant: ſed illam cauſam arrepturos, nos Lacedæmonijs in bello fuiſſe coniunctos. ſe igitur noſtro excidio ſocietatis vniuerſæ commodis conſuluiſſe. Ego verò æquum eſſe cenſeo, ne vllum crimen, vlla excuſatio plus valeat fædere & iureiurando. Veruntamen ſi qui ob Lacedæmoniorum ſocie-

Auaritia Thebanorũ.

Dilẽma, nullam eos cauſam habuiſſe.

Cõfutatio ſecũda, ſe propter Lacedæmoniorũ ſocietatem non fuiſſe puniendos.

Exceptio & tranſlatio.

tatem plectendi ſunt: non æquum fuit Platæenſes potiſsimùm ex vniuerſis Græcis deligi. Nec enim voluntate noſtra illis, ſed coacti ſeruiuimus. Quis verò credat, tanta nos fuiſſe amentia, ut eos, qui vrbem noſtram euerterant, ijs præferremus, qui ſua ciuitate nos donarant? Enimuerò difficile erat, nouis rebus ſtudere, cum & nos paruum oppidum haberemus, & tanta eſſet illorũ potentia: atque etiam Harmoſtes cum præſidio intra portas eſſet, & Theſpijs tantus exercitus caſtra haberet, qui nos nõ tantùm nihilo minus quàm Thebani, ſed iuſtius etiam perdidiſſet. Hos enim non decuit, pace conſtituta, veteres offenſas vlciſci: illi in bello deſerti, iure nos maximo ſupplicio affeciſſent. Iam nec illud ignorare vos arbitror, multos etiam ex alijs Græcis coactos eſſe corporibus illos ſequi, animis & beneuolentia vobiſcum coniũctos: quibus quid animi fore cenſendum eſt, cũ audierint Thebanos Athenienſi populo perſuaſiſſe, nemini eſſe parcẽdũ, qui ſubactus à Lacedæmonijs fuerit? Non enim aliò, quàm huc, iſtorum ſpectare, videtur

A cõiectur. (margin)

Translatio periculi in auditores. (margin)

videtur oratio. Nec enim ob crimen ali-
quod peculiare noſtram vrbem euerte-
runt: ſed idem hoc illis etiam obijcere
poterunt. Quare cogitandũ eſt, & pro-
uidendum, ne iſtorum inſolentia mul-
tos, qui iam Lacedęmoniorum imperiũ
oderunt, reconciliet: atque efficiat, ut
ſuam ſalutem in illorum ſocietate poſi-
tam arbitrentur. Recordamini porrò
vos proximum ſuſcepiſſe bellum, non

A belli cauſa.

propter veſtram aut ſociorum liberta-
tem (omnes enim eam habebatis) ſed
eorum cauſa, quibus contra iuſiuran-
dum & fœdus libertas erepta erat. A-
cerbiſsimum igitur fuerit, ſi eas vrbes,

Exaggeratio uiolẽtiæ Thebanæ, ꝑ collatione humanitatis Atheniensium.

quas Lacedæmonijs ſeruire iniquum
putaſtis, nunc à Thebanis euerti patie-
mini: qui veſtram clementiam adeò nõ
imitantur, vt, quod omnium miſerrimũ
habetur, bello capi, illud ipſum ab hac
vrbe nos perpeſſos eſſe, præſtitiſſet, q̃
iſtos vicinos habuiſſe. Nã quorum vos
vrbes ui expugnaſtis, hi mox ꝑfecto La
conico et ſeruitute à ſe repulſa, nũc con-
cilij par ius & libertatẽ receperũt. Qui

Ab aduerſariorum iudicio, & ex minori.

aũt propè iſtos habitãt, hi partim nihilo
minus q̃ ære empta mancipia ſeruiunt:

partim iſti prius eos exagitare non deſinēt,q̄ eodem modo quo nos tractarint. Ac Lacedæmonios quidē accuſant ob Cadmeam occupatam & prǫſidia vrbibus impoſita: ipſi autem ſe nihil graue committere putant, qui non præſidia imponunt, ſed aliorum mænia ſubruunt, alios funditus perdunt: tantaq́ ſunt impudentia & improbitate, vt ſuę ſalutis curam haberi ab omnibus ſocijs poſtulent, cum alios ſeruitute opprimendi poteſtatem ſibi arrogent. Quis igitur non oderit cupiditatem iſtorum, qui & dominari ſtudent imbecillioribus, & cum potentioribus æquum ius affectant: & veſtrę quidem vrbi agrum ab Oropijs datum inuident, ipſi autem alienum vi partiuntur. Neque hac improbitate contenti, ſe propter communem ſociorum vtilitatem hæc egiſſe dictitant. Cùm autem, hic concilium ſit, & veſtra vrbs prudentius quàm Thebana deliberare poſsit: eos non huc venire ad purganda ſua facta, ſed priuſquam huiuſmodi quicquam agerent, ad vos conſilij capiendi cauſa profectos eſſe decuiſſet. Nunc vbi noſtras opes ipſi

Cadmeæ occupatio.

Ager Oropius.

Confutatio tertia: Thebanorum factum non eſſe è Republica ſociorum.

ipſi priuatim diripuerunt: adueniunt, crimen cum omnibus ſocijs communicaturi: quod vos, ſi ſapitis, non admittetis. Longè enim honeſtius eſt, eos ad veſtram ſanctitatem imitandam cogi, quàm perſuaderi vobis, vt participes ſitis iniuriarum, quas illi faciunt, qui nihil decernũt, quod cum iudicijs aliorum conſentiat. Inter omnes enim conſtare arbitror, prudentium hominum eſſe munus, dare operam, vt & in bello quouis modo ſint hoſtibus ſuperiores: & pace conſtituta, nihil pluris faciant fœderibus & iureiurando. Iſti autem tum in omnibus legationibus nihil niſi libertatem, niſi leges ſingulis vſitatas iactabant: poſtquam verò impunitatem ſibi faciendi quicquid libeat, datam eſſe cenſent: neglectis cæteris omnibus, priuata compendia et violentiam ſuam defendere audent: ac dicere, quòd Thebani noſtras fortunas occuparint, id verò eſſe è Republica ſociorum: ſuo malo ignorantes, nihil vnquam iniuſta lucra cuiquam profuiſſe: ſed multos qui aliena per iniuriam appetiuerunt, iurè de ſuis in maxima pericula veniſſe.

Pacis & belli diſtincta officia, neglecta à Thebanis.

Recriminatio Thebanæ pfidiæ et ſuæ fidelitatis cõmemoratio. Iam ne illud quidem dicere poterunt, ſe fidem cõſtanter ſeruare ijs, cum quibus ſe coniunxerint: metuendum autem eſſe, ne recuperata patria nos ad Lacedęmonios deficiamus. Noſtrum enim oppidum bis expugnatum eſſe, propter amicitiam veſtram: iſtos ſæpè hanc vrbẽ iniurijs affeciſſe reperietis. Ac veteres proditiones recenſere, operoſum fuerit: ſed *Corinthiacũ bellum.* Corinthiaco bello propter iſtorum iniurias conflato, cum Lacedęmonij contra eos exercitum duxiſſent, à vobis conſeruati, non modò gratiam non retulerunt: ſed cum bellum ſedaſſetis, relictis vobis ad Lacedæmonios ſe cõtulerunt. Ac Chij quidem, & Mitylenæi & Byzantij in fide manſerunt: iſti autem, qui tantã vrbem incolerent, ne quieſcere quidem, ac neutrarum eſſe partium ſunt auſi, ſed ea & timiditate & improbitate & amentia fuerunt, vt fide data affirmarint, ſe illos cõtra vos, qui vrbem ipſorum ſeruaueratis, ſecuturos eſſe. Propterea diuinitus illis pœna hęc inflicta eſt, vt occupata Cadmea ſint ad vos confugere coacti. *Cadmeæ occupatio.* Vnde etiam perfidia eorum maximè perſpecta

ſpecta eſt. Nam denuò veſtris auxilijs conſeruati, & in patriam reſtituti, ne minimum quidem tempus in fide manſerunt: ſed mox legatis Lacedæmonem miſsis, vltrò ſeruituti ſe obtulerunt, parati ſeruare omnia, quæ pridem promiſiſſent. Quid multis opus eſt? Niſi enim illi iuſsiſſent exules recipi, & facinoroſos vrbe pelli: nihil obſtitiſſet, quo minus inita cum Lacedæmonijs, à quibus læſi erãt, ſocietate, vos optimè de ſe meritos bello petijſſent. Qui igitur & nuper erga veſtram vrbem ſe tales præbuerunt, & olim totam Græciam prodiderunt, veniam tamen adeò voluntarijs & tantis iniurijs impetrarunt: hi nobis eorũ quæ coacti fecimus, nullam gratiam faciendam cenſent: Sed, cum Thebani ſint, Laconum ſtudium alijs obijcere non dubitant: quos omnes ſcimus diutiſsimè Lacedæmonijs ſeruiſſe, & pro illorũ imperio promptius quàm de ſua ſalute dimicaſſe. Cui enim impreſsioni hanc in regionẽ factæ non interfuerunt? Qui vobis perpetuò inimiciores, & infeſtiores, q̃ iſti fuerunt? Nonne in Decelico bello vos grauius affli-

Proditio Xerxis tempore.

Laconum ſtudium & Athenienſium odium.

Decelicum bellum.

afflixerunt, quàm ij qui veſtros fines populabantur? Non'ne cum cladem accepiſſetis, ſoli è ſocijs decreuerunt, veſtram vrbem & euertendam eſſe, & agrum in ouium paſcua cõuertendum, quemadmodum Criſæum campum? Itaq; ſi Lacedemonij Thebanis auſcultaſſent, nihil obſtitiſſet, quo minus vos, qui Græcos omnes conſeruaſtis, ipſi à Græcis patria et libertate ſpoliaremini, & in maximas calamitates incideretis. Quod verò tãtum beneficium commemorabũt * ? aut quod ſatis graue ſupplicium luent, ad extinguendas veſtras inimicitias, quas his de cauſis iure ſubijſſent? Nulla igitur iſtis poſt tanta delicta excuſatio ſupereſt. At patronis eorum hoc vnum relinquitur, vt dicãt: Bœotiam nunc propugnare pro veſtra regione. Si verò vos ab eorum amicitia remoueritis, id ſocijs malè ceſſurum eſſe. Magnum enim in hoc momentum fore, ſi iſtorum vrbs cum Lacedæmonijs ſe coniunxerit. Ego verò nec è re ſociorum eſſe puto, vt imbecilliores potentioribus ſeruiant (nec enim ſuperiori tempore propter vllam rem aliam, niſi ob

Decretum in Athenienſes.

** quod tantum ualeat ut extinguat.*

Confutatio quarta: Non eſſe metuendam Thebanorum defectionem.

ſi ob hanc, bella geſsimus) nec Thebanos in eum furorem deuenturos, vt veſtra ſocietate repudiata, Lacedæmoniorum poteſtati ſuam vrbem permittant: nō quòd eorum ingenijs fidendum putem, ſed quia ſcio, ipſos intelligere, alterutrum neceſſariò futurum, vel vt in vrbe manentes occidantur, & quæ perpetrauere ſimili pœna luant; vel vt in exilium euntes egeant, ſpe prorſus omni deſtituti. Num enim cum ciuibus eis benè conuenit? quorum alios interfecerunt, alios vrbe eiecerunt, direpta eorum re familiari? Aut cum alijs Bœotijs? quibus non modò per iniuriam imperare conantur, ſed & quorundam mœnia ſubruerunt, quorundam agros rapuerunt. Neq; etiam ad veſtram ciuitatem quaſi poſtliminio redire poterunt, toties à ſe tam apertè proditam & deſertam. Quare fieri non poteſt, vt pro alieno oppido veſtras ſuſcipiant inimicitias, quò ſuam vrbem adeò temerè ac indubitanter amittant: ſed & in omnibus actionibus multò moderatiores erunt, & vos tanto magis obſeruabunt: quanto magis ſibimetipſis timuerint.

Ciu. *Bœotij.* *Athenienſes.*

A natura Thebanorũ, qui ſint rebus ſecũdis inſolentes, aduerſis ſupplices.

muerint. Quibus autẽ ingenijs & quomodo tractandi ſint: actis Oropijs oſtenderunt. Nam dum poteſtatem ſibi datam eſſe putarunt, faciendi quod libuiſſet: vobiſcum non vt cum ſocijs egerunt, ſed vt infeſtiſsimis hoſtibus inſultarunt. Cum autẽ ob ea delicta fœderibus eos, decreto facto, excluderetis: abiecta ſuperbia & ferocia, ad vos humiliore geſtu magisq́ ſupplices venerũt, q̃ nos hoc tempore. Quare ſi qui Oratorum vos perterrefacere conabũtur, periculum eſſe dicentes, ne mutata ſententia cũ Lacedæmonijs ſe coniungant: nihil moueri debebitis. Ea enim neceſsitate premuntur: vt multo libentius veſtrũ imperium, q̃ ſocietatem Lacedæmoniorũ ſint ſubituri. Vt autem cõtraria omnia facturos concedamus: tamen ne ſic quidẽ decere arbitror, maiori curæ vobis eſſe vrbẽ Thebanorum, q̃ fœdus & iusiurandum. Cogitandum enim, primùm veſtri moris eſſe, vt non pericula, ſed probra, et dedecus metuatis, deinde, vſuuenire, vt in bello ſuperiores ſint, nõ qui ciuitates vi euertũt, ſed qui ſanctius & clemẽtius Græciam admini-

Vt deficiant Thebani, tamen honeſtatem utilitati anteferendam eſſe.

miniſtrant. Et hæc plurimis exemplis demõſtrari queunt. Sed quis eſt, qui vel ea, quę noſtris accidêre tẽporibus, ignoret? Nõne Lacedęmonij veſtram potẽtiã, quę inſuperabilis videbatur, repreſſerũt, quamuis initio nõ optimè ad nauale bellũ inſtructi: ſed tantũ opinione hac Græcis ad ſe pellectis? Viciſsim & vos imperiũ eis eripuiſtis, quamuis vrbẽ non munitam & parũ firmam haberetis, iuſticiæ ſocietate & præſidio freti? Atq; illa regi Perſarũ non eſſe aſſcribenda, his poſtremis tẽporibus eſt manifeſtè declaratum. Nam cũ iqſi *Xerxi negocium faceſſeretur: vos omni ſpe deſtituti, omnibus penè ciuitatibus Laconum ſeruitute oppreſsis: bello tamẽ eis tantò ſuperiores fuiſtis: vt pacem cupidiſsimè ſint amplexi. Nemo igitur veſtrûm cohorreſcat, ſi pericula propter iuſticiam adeunda fuerint: neque ſibi ſocios defore putet, ſi quis opitulari voluerit iniuria oneratis, & non ſolis Thebanis: cõtra quos ſi nunc ſentẽtiã tuleritis: vt ad veſtrã àmicitiam multi ſe cõferre velint, efficietis. Vbi enim vos paratos eſſe bella æquè contra oẽs pro

Ab exemplis Athenienſiũ & Lacedæmoniorum.

Probatio ex euentu.

* *Artaxerxi.*

Inuerſio, etiã profuturam eſſe Thebanorum condemnationẽ.

pro defenſione fœderum ſuſcipere oſtẽderitis: qui nam tam erunt amentes, vt cum oppreſſoribus Græciæ ſe coniungere malint, quàm vobiſcum, libertatis ipſorum defenſoribus? Sin aliter animati eſtis: quibus verbis Græcos allicietis, bello iterum ingruente, ſi libertatem prætendentes, Thebanorum libidini quaslibet ciuitates vaſtandas permiſeritis? quo pacto leuitatis & inconſtantiæ crimen effugietis, ſi Thebanos iusiurandum & fœdera violare ſinetis, pro quibus ipſis ſanciendis vos Lacedęmonijs inferre bellum profiteamini? Cum ipſi veſtris poſſeſsionibus cedere volueritis, vt ſocietatem quàm maximam redderetis: iſtos'ne aliena tenere & ea facere ſinetis, propter quæ vniuerſi peius de vobis exiſtimabunt?

Accedit ad Perorationẽ, ac commiſerationẽ mouet.

Illud autem omnium abſurdiſsimum, ſi vobis deliberatum erit, iſtis opem ferre, qui continenter à Lacedęmonijs ſteterunt, ſi quid eis fœderi contrarium illi imperarint: nos verò, qui longiſsimo tempore veſtram ſectam conſtanter ſecuti ſumus, in extremo duntaxat bello parere Lacedæmonijs coacti, propter

pter hanc cauſam mortalium omnium miſerrimos eſſe patiemini. Quos enim nobis miſeriores quiſquam inueniat; qui & vrbe & agro & opibus vno die ſpoliati, rebus omnibus maximè neceſſarijs æquè omnes deſtituti, errones & mendici facti ſumus, ignari, quò nos conuertamus? Pulſi enim patria, deſperabundi & errantes, Græciam circuimus, & omnibus habitationibus angimur. Siue enim calamitoſos aliquos inuenerimus: dolemus, qui præter mala domeſtica, etiã alienorum fieri participes cogamur. Siue ad felices peruentum eſt: dolor noſter recrudeſcit, non quòd illorum opibus inuideamus: ſed quia in aliorum rebus ſecundis, noſtras miſerias, quantæ ſint, perſpicimus: quæ nos nullam diem ſine lachrymis exigere ſinunt. Nam & patriam lugere, & hanc mutationem lamentari, nullo tempore deſiſtimus. Quid enim nobis animi eſſe cenſetis, cum videmus, parentes noſtros ſenio confectos longè aliter quàm pro dignitate tractari: neq; liberos noſtros, ea ſpe, qua eos ſuſcepimus, educari, ſed multos ob paruas quaſdam

Opum amiſsio.

Habitationes moleſtæ.

Dedecora.

quaſdam ratiunculas ſeruire: alios ire mercede locatum ſuam operam: alios, vt quiſq; poteſt, victum quæritare, aliter quàm & gloria maiorũ, & ſua ætas, & noſtrorum animorum magnitudo poſtulabat. Illud autem omnem doloris acerbitatem vincit, ſi quis videat, à ſe inuicem diuelli, nõ ciues tantum à ciuibus, ſed & vxores à maritis, & liberos à matribus, & totam cognationẽ diſsipari: quod noſtrorũ ciuium multis ob egeſtatem vſuuenit. Victus enim communis amiſſus effecit, vt ſpe priuata ſinguli nitantur. Ac vos ne cætera quidem probra ignorare arbitror, quæ paupertas & exilium afferunt: quæ nos, etſi moleſtius animo quàm cætera mala ferimus: tamen ſilentio præterimus, non nimis accuratè in calamitates noſtras inquirendum eſſe rati. Oramus autem, vt ipſi illa conſiderantes, aliquam noſtri curam ſuſcipiatis. Nec enim vobis alieni ſumus, ſed cùm beneuolentia vniuerſi vobiſcum coniuncti, tum cognatione maxima noſtrûm pars. Nam propter conceſſum affinitatis ius, & è veſtrorum ciuium filiabus pleriq;

Diſiunctio cariſsimorũ.

Præteritio.

Petitio.

Ab amicitia & cognatione.

pleriq; nati ſumus. Quare vobis non licet ea negligere, quæ petituri venimus. Quid enim fieret incõuenientius, quàm vos, cum olim veſtræ patriæ ius nobis dederitis: nunc noſtram vrbem reſtituendam non cenſere? Deinde nec illud conſentaneum eſt, cùm ſingulorum, quos vel fortunæ temeritas afflixit, vel hominum iniuriæ, miſereamini: totam vrbem ſic contra omnem ęquitatem euerſam, nihil omnino miſericordiæ poſſe à vobis impetrare? cum præſertim ad veſtram fidem confugerit, & vobis antehàc ſemper glorioſum & honorificum fuerit, ſupplicum eſſe miſertos. Nam maiores veſtri, Argiuorum precibus, qui ſupplices petierant, vt ſub Cadmea interfectos tollerent, adducti, Thebanos æquiora ſequi conſilia cum coëgiſſent: non ipſi ſolùm illis temporibus claruerunt, ſed vrbi etiam veſtræ immortalem gloriam in omne deinceps æuum reliquerunt, quæ vobis nunc temerè amittenda non eſt. Etenim turpe ſit facta maiorum ſibi laudi ducẽtes, interim ſecus de ſupplicibus ſtatuere; præſertim cũ nos propter

A maiori.

A minori.

Ab exemplis & euentu.

res

res multò maiores & æquiores vobis ſupplicemus. Nam illi cum prius alienam ditionem oppugnaſſent, vos rogarunt: nos patria noſtra amiſſa. Illi vos ad mortuorum ſepulturam vocabant: nos ad reliquiarum conſeruationem. Neq; verò par ac ſimile eſt, ſepultura prohiberi mortuos, & viuentes patria fortuniſq; omnibus ſpoliari. Ac illud quidem ijs qui prohibent contumelioſius eſt, quàm ijs qui prohibentur. Sed ſine vllo receptaculo carentem patria, ſingulis diebus affligi, & ſuis opem adeò ferre non poſſe, vt cura de eis abijcienda ſit: quorſum dicere attinet, quanto ſit alijs calamitatibus acerbius? Quapropter vobis vniuerſis ſupplicamus, vt nobis noſtrum agrum & vrbem reſtituatis: ac ſeniores commonefacimus, vt cogitent, quàm miſerabile ſit, hac ætate calamitoſum conſpici, & quotidiani victus penuria laborantem: adoleſcentes oramus & obteſtamur, ut æquales ſuos iuuent, ne cum plura mala quàm diximus, tulerint, plura tolerare cogantur. Debetis autem nobis ſolis Græcorum, hanc veluti ſti-

Per collationem.

Ab ætate.

Referri gratiam ſibi poſtulant.

ti ſtipem, ut profligatis opitulemini. Nam & maiores noſtros aiunt, cum veſtri patres bello Perſico hac terra exceſſiſſent, ſolos ex his qui extra Peloponneſum habitant, ſocietate periculorum adita, conſeruandæ ciuitatis adiutores fuiſſe. Itaq; iure nobis idem beneficium reddetis, quod priores in vos contulimus. Quòd ſi vobis decretum eſſet, perſonas noſtras omnino negligere: tamen à veſtra virtute alienum fuerit, committere, vt ea regio vaſta & inculta iaceret, in qua clariſsima veſtræ virtutis, ac cæterorum, qui illi prælio interfuere, monumenta ſunt relicta. Nam reliqua trophæa ab alia ciuitate contra aliam ſunt erecta: illa, pro tota Græcia contra totius Aſiæ potentiam ſunt conſtituta. Quæ quidem Thebani iure aboleuerint, quibus illorum operum memoria contumelioſa eſt: vobis autem conſeruanda ſunt, nam illa facinora vos Græciæ duces effecerunt. Neq; verò heroum, qui locum illum tenent, obliuiſcendum eſt, cauendumq;, ne illorum honores intercidant: quibus vos

Obteſtatio pro religione et triumphis.

Perſtringit Thebanos.

Pro herois bus.

Nn cum

cum litaſſetis, id periculum ſubijſtis, quo & iſtos & alios Græcos omnes in libertatem vindicaſtis. Eſt etiam maiorum quædam habenda ratio, neq; pietatis in illos officia ſunt prorſus negligenda. Cogitandum, quibus animis eſſent (ſi modo defuncti aliquid rerum noſtrarum intelligunt) ſi animaduerterent, vobis rerum potientibus, eos qui Barbaris ſeruire voluerunt, aliorum Græcorum dominos eſſe factos: nos verò, qui in prælio pro tuenda libertate geſto, ſtrenuam operam nauauimus, ſolos è Græcis omnibus eſſe profligatos: fortiumq; virorum monumentis iuſta non perſolui, propterea quòd nulli adſint, qui id faciant: ſed Thebani, qui contraria fecerunt, eam regionem teneant. Illud etiam recordamini, Lacedęmonios à vobis acerrimè ob hoc fuiſſe accuſatos, quòd Thebanis, Græcorum proditoribus, gratificantes, vos benemeritos perdidiſſent. Ne igitur admittatis, vt hoc conuicium in veſtram vrbem retorqueatur: neq; iſtorum libidinem exiſtimationi veſtræ præferatis.

Pro maioribus.

A iudicio auditorum.

Etſi

Etſi autem multa dici poſſent, quibus ad curam noſtræ ſalutis excitemini: tamen non poſſum breui oratione complecti omnia. Quamobrem vos decet, tùm prætermiſſa perſpicere, tùm verò iuriſiurandi & fœderum, itemque noſtræ beneuolentiæ, & inimicitiarum, & quæ vobis cum iſtis ſunt, recordatos, ita ſtatuere de nobis, vt ius & æquum poſtulabit. *Breuis enumeratio.*

ARGVMENTVM
Hieronymi Vvolfij, in orationem de permutatione facultatum.

QVvm Iſocrates inſtituendis nobiliſsimis adoleſcentibus, & ſcribendis orationibus, non tantum magnas opes, ſed inſignem etiam gloriam eſſet adeptus: inuidiam, quæ perpetua felicitatis & indiuidua comes eſt, effugere non potuit. Moleſtiſsimi autem ei fuere inter alios, Sophiſtæ, eiuſdem doctrinæ æmuli, hominum genus ferè indoctum, arrogans, auarum, inuidum, maledicum: qui cum ſatis ſcirent, quæ res Athenis inuiſæ odioſæq́; eſſent, cùm alijs calumnijs eum paſsim traduxerunt: tum illud criminati ſunt, quòd tantas diuitias forenſibus et litigioſis oratiunculis vendendis, & cauſis melioribus ui eloquentiæ ſubuertendis, deterioribus fucandis, coaceruaſſet, prauaq́; diſcipulos inſtitutione corrupiſſet. Quibus

bus fundamentis iactis, extitere nonnulli, qui ſperarent, eum iam in magnam inuidiam adductum, iudicio (fiebant autē Athenis, fortaſsis alibi etiā, aliquando iudicia non ex religione iuriſiurandi, ſed ita vt vel à malis affectibus, vel eloquentibus cauſidicis dictabantur) ſuperari & magna rei familiaris clade poſſe affici: neque prius deſtiterunt, quàm votorum compotes facti eſſent. Nam Lyſimachus quidā, queſtus, minores ſuas opes eſſe, quàm Iſocratis, diem illi dixit obeundæ Trierarchiæ. Fuit autem (autore Libanio) talis lex & conſuetudo Athenis. Trecenti ciues opulentiſsimi deligebanrur, qui Trierarchi ab inſtruendis pro patriæ defenſione triremibus (idque priuatis ſumptibus fieri neceſſe erat) dicebātur. Quòd ſi qui ex illis tantos ſumptus ſe tolerare poſſe negabant, ita eo onere liberabantur, ſi quem ſe locupletiorem è cæteris ciuibus demonſtraſſent. Is verò ſi munus illud detrectabat, fortunas ſuas omnes cum illius fortunis à quo indicatus aut accuſatus fuerat, permutare cogebatur; ne prætextu inopiæ debita

patriæ munia ſuffurari conaretur. Quapropter id actionis & iudicij genus permutatio vocabatur. Noſter igitur autor victus à Lyſimacho, trierarchiam obijt non ſine magnis ſumptibus, qui tamen ei non ita doluerunt, ut inuidiæ rabies, & peruerſum de ſe populi iudicium. Et quia non alia ei arma ſuppetebant, quibus iniurias vlciſceretur, inuidiamq́ retunderet: hanc orationem ſcripſit, in qua in calumniatorem inuehitur, ſuamq́ innocentiam, & de Græcia benè merendi ſtudium, prolatis quibuſdam ſuis orationibus, tanquam teſtibus fide digniſsimis, tuetur & defendit. Inſignes hîc loci ſunt: vnus de improbitate ſycophantarum, alter de genere ſtudiorum. Tota oratio lectu digniſſima eſt, & quandam ſimilitudinem habet cum Apologia Platonica Socratis, vt vel illum ab hoc, vel hunc ab illo nonnulla mutuatum eſſe ſuſpiceris. Sed illud exiſtimare prudentius & candidius eſt, Platonem, Socratem & Iſocratem fuiſſe amiciſsimos, optimos & ſapientiſsimos viros, & in pleriſq́ rebus ſimili fortuna vſos. Vt igitur naturalis

inter eos fuit animorum conſenſio, ſic etiam cogitationes & orationes nõ diſſimiles habuerunt. Dionyſius Halicarnaſſeus in libello quem de figuratis orationibus inſcribit, vtrunq; per ſpeciem defenſionis, laudationem conſcripſiſſe, Platonem Socratis, Iſocratem ſui: atq; idem etiam Demoſthenis, in oratione de Corona, eſſe artificium oſtendit.

ISOCRATIS DE PERmutatione, Oratio II. Hieronymo Vvolfio interprete.

Attentio & docilitas.

SI hæc quæ iam legetur oratio, ſimilis eſſet ijs quæ vel ad forenſes cōtrouerſias, vel ad oſtentationem ſcribūtur: nihil opus fuiſſet de ea pręfari. Nunc propter nouitatem & diſcrimen, neceſſe eſt cauſas prius exponere, cur eam alijs ita diſsimilem ſcribere inſtituerim. His enim non indicatis, multis abſurda fortaſſe videretur. Ego cum ſcirem quoſdā Sophiſtas mea ſtudia calumniari, ac dicere, me forenſes orationes ſcribere ſolere (in quo perinde faciunt, ac ſi quis Phidiam, qui Mineruæ ſimulacrum fecit, puparum fictorem appellare auderet: aut Zeuxidis & Parrhaſij eandem eſſe artem diceret, quæ illorum eſt, qui tabellas pingunt) nunquam tamen illam mei extenuationē vſus ſum; quòd exiſtimabam, cùm nugas illorum nullam vim habere: tum conſtare inter o-

Narratio de obtrectationibus ſophiſtarum.

Iſocratis magniloquētia.

mnes

mnes, me & ſcribere & dicere inſtituiſſe, non de priuatis contractibus, ſed de talibus & tantis rebus, ut de ijſdem nemo alius quicquam conetur, præter eos, qui vel me doctore vſi ſunt, vel hos imitari voluerunt. Longo igitur tempore ætatis meæ putabam tum ob inſtitutum hoc, tum ob perpetuum quietis ſtudium, omnes indoctos & plebeios homines æquos et beneuolos me habere. Nunc, quum vitæ finis propè mihi inſtat, facultatum permutatione ob triremium inſtruendarum munus facta, eaq; de re iudicio conflato: etiam illorũ quoſdam non ſic erga me affectos eſſe animaduerti, ut ſperaueram: ſed alios de vitæ meæ ratione falſiſsima perſuaſione imbutos, eò inclinare, ut ijs auſcultent, qui abſurdi aliquid de me dicunt: alios, cum ſatis ſciant, quibus in rebus verſer, inuidere mihi non minus quàm ſophiſtas, & delectari ijs, qui falſam de me habent opinionem. Atq; hanc mentem ſuam eſſe, declararunt. Nam cum aduerſarius de ipſa cauſa nihil equi diceret, nec meam defenſionem refutaret, ſed & eloquentiæ meæ vim

Querela de inuidia plebeiorum.

Iniqua Iſocratis condemnatio.

calumniaretur, & in multitudinem diſcipulorum, & opulentiam inſolenter inueheretur: munus illud mihi obeundum eſſe iudicarunt. Ac ſumptus quidem ita tulimus, vt eos decet, qui neq; rebus huiuſmodi nimis percelluntur, neq; pecunias negligēter ac temerè abijciendas cenſent. Quum verò, vt dixi,

Cauſa ſcribēdæ orationis. plures eſſe ſenſiſſem, qui prauè de me iudicarent: cogitabam, qua ratione & illis & poſteris oſtēderem, tum qui mei mores eſſent, tum qualem vitam degerem, tum in quo doctrinæ genere verſarer, ne ſic velut indicta cauſa me damnari talium criminum ſinerem, nec ut modò factum, in maledicorum poteſtate eſſem. Quæ cùm animo agitarem, me non alia ratione faciliùs id aſſecuturum animaduerti, quàm ſi oratio tanquam imago animi & totius vitæ meæ ſcriberetur. Per eam enim ſpes erat, meas rationes longè pulchrius cognitum iri, quàm ex æreis monimentis.

Ratio conficiendæ orationis. Ac ſi me quidem laudare vellem, ſentiebam, nec omnia me complecti poſſe quæ decreuiſſem, nec cum gratia de ijs & ſine inuidia poſſe dicere. Si autem

me

me in iudicium eſſe vocatum, & in diſcrimen addůctum ponerem, & * qui mihi dicam impegiſſet, ac negocium faceſſeret, eſſe calumniatorem: qui quidem ijs criminationibus vteretur, quas in iudicio permutationis attuliſſet: me autem verba facere per ſpeciem defenſionis: ſic mihi demum pręclaram occaſionem datum iri, de rebus omnibus arbitratu meo diſſerendi. Hæc igitur animo agitans, hanc orationem ſcripſi, nō florente ætate, ſed natus annos duos & octoginta. Quapropter venia danda erit, ſi prius à me editis mollior eſſe videbitur. Nec enim facilis fuit, neq; ſimplex, ſed multum laboris, variamq; tractationem poſtulauit. Nam quæ hic ſcripta ſunt, partim in iudicijs dici commodè queūt, partim ad talia certamina nō quadrant, ſed de philoſophia liberè dicta vim eius oſtēdunt. Eſt etiā tale aliquid quod adoleſcentibus diſciplinarū & eruditionis cupidis, audiuiſſe conducat. Multa quoq; olim à me ſcripta, inſerta ſunt his, quę nunc dicuntur, nō temerè, nec intēpeſtiue, ſed inſtituto meo conuenienter. Tantam igitur orationis pro-

** calumniatorē eſſe ſcriptorum meorum, qui mihi negocium faceſſeret.*

Iterum attētos facit.

prolixitatem contueri, & tot formas adeocꝫ inter ſe diſtantes coniungere, & ſequentes antegreſsis adaptare, atcꝫ efficere, vt inter ſe vniuerſę conſentirent: non parui omnino laboris fuit. Tamen nō deſtiti, etſi adeò natu grandis, priuſquam eam abſoluiſſem: veriſsimam illam omnino quidem, ſed cætera talem, qualis videbitur audientibus. Oportebit autem etiam illos, qui eam legent, aut recitabunt, primùm quaſi mixta ſit oratio, & ad hæc argumenta omnia accommodata, ſic auſcultare. Deinde ſtudioſius aduertere, quid dicēdum reſtet, quàm quid antè ſit dictum. Præterea non id agere, vt primo impetu totam pellegant, ſed tantam eius partem, quæ auditoribus moleſtiam non pariat. Nā his obſeruatis, rectius perſpicietis, an aliquid dixerimus noſtra exiſtimatione dignum. Et hactenus quidem præfandum fuit. Nunc autem defenſionem legite, quæ quidem fingitur de iudicio eſſe ſcripta: ſed id propoſitum habet, vt & veritatem de me oſtendat, & ignorātes doceat: & id efficiat, vt qui nobis inuident, magis etiam eo morbo crucientur.

Monet lectorē officij ſui.

entur. Grauius enim eis ſupplicium irrogare non poſſum. Eos ego improbiſſimos omniũ & maxima pœna dignos eſſe puto, qui de ijs rebus alios accuſare audent, quibus ipſi conſtricti tenentur: quod Lyſimachus fecit. Qui cum ipſe de ſcripto dicat, de meis ſcriptis plura verba fecit, quàm alijs de rebus omnibus: quod perinde eſt, ac ſi quis alium ſacrilegij reum agat, qui donaria deorũ ipſe in manibus haberet. Vehementer autem vellem, me ab eo tam eloquentẽ iudicari, quàm apud vos dixit. Nunquam enim negocium mihi faceſſere inſtituiſſet. Nunc me, quem cauſam inferiorem dicẽdo poſſe facere ſuperiorem ait, uſq; adeò contemnit, ut ipſe ſperet, ſe mentientem, veradicente me facile fore ſuperiorem. Tantis equidem ab omni parte difficultatibus conflictor, ut, cum alij calumnias orationibus refutent: meas Lyſimachus orationes maximè traduxerit: vt, ſi quidem ſatis feciſſe cauſæ videar, in me hærere appareat eloquentiæ crimen, ab eo mihi allatum. Sin tenuius quàm pro ea expectatione, quam apud vos de me concitauit, diſ-

Beneuolentiã captat à criminatione aduerſarij.

Optatio cum inficiatione.

Querela de ſycophantico dilemmate.

uit, diſſeruero: me cauſam deteriorem habere putetis. Vos igitur oro, vt verbis aduerſarij fidem nec habeatis, nec abrogetis, antequam defenſionem quoque noſtram totam audiueritis: cogitantes, ſuperuacaneum fuiſſe, reis pro ſe dicendi poteſtatem dari, ſi ex accuſatoris oratione rectè ferri ſententia potuiſſet. Nunc vtrum accuſatoriè ſeſe quiſpiam ac malicioſè inferat, nemo qui adeſt ignorat: an autem vera dixerit, iudicibus ex oratione prioris intelligere, non ita promptum eſt: ſed boni conſulendum, ſi ex vtriuſq; verbis veritatem elicere poſsint. Neq; verò eos ego miror, qui plus temporis conſumunt in accuſandis impoſtoribus, quàm in ſemetipſis defendendis: neq; illos etiam, qui dicunt, ſummum malum eſſe calumniam. Quid enim ea fieri poſsit maleficentius? quæ facit, ut de mentientibus benè exiſtimetur, ut planè innocentes iniurij eſſe videantur, ut iudices peierent: quæ deniq; veritatis lucem extinguit, & caligine mendaciorum auditoribus inuolutis, quemuis ciuium per iniuriam interficit? Quare prouidendũ vobis

Petit audientiam ſine præiudicio.

A calumniæ pernicie.

vobis eſt, ne tale quid vſuueniat: aut ipſi ea cõmittatis, quæ ab alijs facta reprehenderitis. Arbitror autẽ, vos non ignorare, noſtrã vrbem ſæpè pænituiſſe iudiciorum, quæ per iracũdiam potius, quàm re examinata facta fuerunt: adeò ut paulo pòſt & impoſtores punire deſiderarit, & calumnijs oppreſſos, rebus vti ſecundioribus quàm prius, optarit. Hæc igitur tenenda ſunt, ne verbis accuſatorum temerè credatis: neq; cum tumultu & ſæuitia, reorũ excuſationibus aduerſemini. Neq; enim decet, ut qui alijs in rebus clementię nomine prę Gręcis omnibus prędicamini, in hís iudicijs ea videamini facere, quæ iſti ſint opinioni cõtraria. Et cũ alibi moris ſit, calculorũ partẽ, in iudicijs capitalibus, reis addi: apud vos, eos qui in periculũ adducti ſunt, deteriore etiam eſſe conditione, q̃ calumniatores. Et cũ quotannis iuretis, vos eâdem æquitate audituros tam reos quàm accuſatores: tam lõgè ab ęquabilitate illa recedere, vt quicquid delatores crimini dederint, approbetis: q verò ſe tueri conantur, eorũ aliquãdo ne vocẽ quidẽ toleretis: et quũ in ijs vr-

Ab exemplis.

A decoro.

Ab exemplo contrario.

A iureiurãdo

ijs vrbibus habitandum eſſe non putetis, in quibus indicta cauſa ciuiū aliqui perimātur: iſtuc ipſum ab ijs fieri ignoretis, qui non eandem reis beneuolentiam præſtant. Iam illud omnium iniquiſsimum eſt, ſi quis ipſe in iudicium adductus fuerit: eum calumniatores accuſandos eſſe cenſere. Cum verò alteri ius dicit, in eadem ſententia non permanere. Enimuerò ſapientis eſt iudicis, talem erga alios ſe præbere, quales in ſe alios eſſe vellet: quum præſertim, in tanta ſycophantarum audacia, metuendum ſit omnibus, ne in idem periculum vocati, eadem quæ ego nunc, apud eos qui ſuffragia laturi ſunt, dicere cogantur. Nec enim vitæ moderatione atq; innocentia ſua quiſquam ita fretus eſſe debet, ut ſibi perſuadeat, ſe propterea ſine vllius incommodi metu, vitam in vrbe acturum. Quibus enim & ſua negligere, & alienis inſidiari, deliberatum eſt: non illi quidē ciuibus modeſtis parcunt, facinoroſos autem ad uos adducunt: ſed experti vires ſuas in innocentibus, ab ijs quorum ſcelera palàm ſunt plus argenti extorquent. Quo eodem animo

Ab auditorū iudicio.

A periculoſo

animo Lyſimachus mihi etiam pericu- lum hoc creauit, cum exiſtimaret, hoc contra me iudicium, ab alijs ſibi vecti- gal pariturum: &, ſi me viciſſet eloquẽ- tia, quem aliorum magiſtrum vocat, ne- minem fore perſuaſum haberet, qui vim ipſius ſuſtineri poſſe confideret. Idq; ſe facile confecturum ſperat, qui et vos pręproperè nimium criminationes atq; calumnias approbare videat: & me non ita, ut exiſtimatio mea poſtulet, eaſdem poſſe refutare, cùm ob ſenectu- tem, tum propter imperitiam iſtiuſmo- di actionum. Sic enim vixi hactenus, vt nemo vnquam uel in oligarchia, vel in democratia, me vllius vel contumeliæ vel iniuriæ accuſarit: neq; iudex, neq; arbiter fuerit, qui de meis actionibus vnquam quicquam pronũciarit. Nam hæ meæ artes fuerunt, vt ne quid ipſe erga quenquam delinquerem. Mihi ve- rò ſi qua facta eſſet iniuria, ut non iudi- cio me de inimicis vindicarem, ſed con- trouerſias eorũ amicis dirimendas per- mitterem. Quorum nihil mihi profuit: ſed quum vitam ad hanc vſq; ætatem, ſine vllius querela produxerim: in eo-

A ſceleſto accuſatoris cõſilio.

Beneuolẽtiæ captatio à ſua innocentia.

Querela & Fiducia ſui

dem periculo verſor, ac ſi omnes offendiſſem. Non tamen prorſus abieci animum ob mulctæ magnitudinem: ſed ſi cum beneuolẽtia me audire volueritis, magnam ſpem habeo, ſi qui de meæ vitæ ratione falſò exiſtimant, & eò inclinant, ut aſſentiantur illis qui de me parum candidè loquuntur, fore ut quamprimum de ea opinione deducantur. Qui verò me, qualis ſum, talem etiam eſſe putant: in ea ſententia confirmentur. Ne verò vobis moleſtiæ ſim, dum multa ante rem dico: his omiſsis, ea vos iam docere conabor, de quibus ſuffragia inituri eſtis. Proinde accuſationem mihi lege.

ACCVSATIO.

Accuſationis capita.

ADuerſarius igitur accuſatione iſta me in odium conatur adducere, quòd corrumpam adoleſcentes, præceptis eloquentiæ tradendis, quibus inſtructi, contra ius & æquum victoriam in iudicijs adipiſcantur. Cæteris autem verbis ſuis tantum me facit, quantus nemo vnquam fuit, neq; cauſidicus in

iudi-

iudicum ſubſellijs verſatiſsimus, neq;
in ocio philoſophiæ ſtudijs deditiſsi-
mus. Nec enim priuatos duntaxat ho-
mines mihi fuiſſe diſcipulos ait, ſed &
oratores, & duces & reges, & tyrrãnos,
à quibus magnam pecuniæ vim partim
acceperim, partim nũc etiam accipiam.
Hac autem de cauſa hoc modo actio- *Sycophantæ*
nem inſtituit, quòd exiſtimaret, iſta de *conſilium.*
me atq; opibus & multitudine diſcipu-
lorũ iactitando, ſe mihi apud omnes au-
ditores inuidiam conflaturum: iudicio-
rum autẽ tractatione interferenda, ve-
ſtram iracundiam & odium contra me
concitaturum: quibus affectibus iudi-
ces perturbati, reis iniquiores fiunt.
Sed ego eum quædam immodicè exag- *Petitio ut iu-*
geraſſe, quædam prorſus ementitum *dices præiu-*
eſſe, facilè me probaturum confido. Pe- *dicia miſſa*
to autem à vobis, ne verbis maledico- *faciant.*
rum & calumniatorum, quæ de me
prius audiſtis, auſcultetis: ne ea creda-
tis, quæ ſine vlla probatione, ſine iudi-
cio dicta fuerint: nec ijs opinionibus,
in quas illi vos per iniuriã adduxerunt,
inſiſtatis: ſed qualis eſſe vobis ex hac
accuſatione & defenſione viſus fuero:

ita de me ſtatuatis. Nam hoc pacto decernentes, & ipſi rectè ac ſecundum leges iudicabitis, & ius ego meum adipiſcar. Neminem igitur vel eloquentia, vel ſcriptis meis eſſe læſum: hoc diſcrimen maximo eſſe mihi teſtimonio crediderim. Nam ſi quem offendiſſem, is, & ſi tempore ſuperiore quieuiſſet, hac certè occaſione arrepta, me vel accuſaret, vel falſo teſtimonio læderet. Quum enim iſte, qui nullo vnquam verbo à me læſus eſt, in tantum diſcrimen me adduxerit: quanto magis illi, quibus maleteciſſem, à me pœnas expetere conarentur. Nam illud quidem neq; conſentaneum eſt, nec animo fieri poteſt, ut ego multos offenderim: illi verò qui in calamitates per me cõiecti ſunt, quieſcant, nec accuſare auſint: & in periculis meis maiore erga me manſuetudine vtantur, quàm iſti quibus nulla eſt à me orta iniuria, cum eis liceret conqueſtione iniuriarum ſummum mihi ſuppliciũ irrogare. At neq; prius, neq; nũc quicquam obieciſſe conſtat. Quare ſi accuſatori concederem, & vltrò largirer, me omnium hominum eſſe eloquentiſsimum.

Confutatio obiectorum criminum.

A ſignis, quòd in periculo à nemine petitur.

A minori.

Inuerſio per conceßionem

mum, & orationum quæ vobis moleſtę eſſent, talem ſcriptorem, qualis nemo alius extitiſſet: humanitatis potius laudem quàm pœnam merear. Nam excellere alijs vel eloquentia, vel rebus gerendis: fortunæ meritò tribuetur. Verũ ingenio benè & moderatè eſſe vſum, probitatis meæ propria laus fuerit. Etſi autem hæc de me ipſo dicere poſſum: tamen ne ſic quidem eas orationes mihi ſtudio fuiſſe apparebit. Idq́ꝫ ex quotidianæ vitæ meæ conſuetudine potiſsimùm cognoſcetis, quæ veritatem longè certius indicat, quàm verba calumniatorum. Arbitror enim hoc ignorare neminem, omnes homines in eo loco verſari ſolere, vnde victum parare decreuerunt. Qui igitur è contractibus, qui in veſtrum iudicium afferuntur, atque ex iſtiuſmodi occupationibus uictitant: eos in foro tantùm non habitare videatis. Me verò nemo vnquam nec in conciliabulis, nec in iudicijs, nec in prætorijs, nec apud arbitros vidit: quæ ego ita omnia fugio, ut nullus ciuium aliorum. Deinde, illos apud vos ſolos rem poſſe facere: ſi quò autem aliò

Per inficiationem.

A ſignis & locis frequẽtandis.

nauigarint, nec vnde famem depellant, habere. Mihi autem eas copias, quas iſte dicit, ab externis potiſsimum contigiſſe reperietis. Præterea iſtis ſeſe adiungere illos, qui vel ipſi in malis ſunt, vel alijs negocium exhibere volunt: mihi verò Græcorum omnium ocioſiſsimos. Audiſtis & accuſatorem inter alia dicere, me à Nicocle Salaminiorũ Rege, multa & magna munera accepiſſe. Et quis veſtrum eſt qui credat, illa mihi propterea dediſſe Nicoclem, ut cauſas agere diſceret: qui controuerſias aliorum, tanquam dominus, diſceptabat? Ex ipſius igitur aduerſarij verbis facilè intelligitur, me à rebus illis alieniſſimum eſſe, quæ ad forenſia negocia pertinent. Iam illud etiam notum eſt omnibus, plurimos eſſe, qui litigantibus in iudicijs orationes parent. Quorum cum tanta turba ſit, eorum neminem dignum eſſe habitum conſtat, cuius fidei diſcipuli mandarentur. Ego verò (vt accuſator ait) plures habui, quàm omnes alij qui in ſtudio literarum verſantur. Enimuerò quis credat, eos quorum ſtudia tantum diſtant, & inter ſeſe diffe-

[margin: ..miliarita] [margin: Diſcipuli.] [margin: Explicatio in quo doctrinæ]

differunt, in iiſdem verſari actionibus? Etſi autem multa diſcrimina meæ vitæ & cauſidicorum poſſem oſtendere: eo modo tamen potiſsimum vos ab iſta opinione deduci poſſe cēſeo, ſi quis vobis oſtenderit, mihi nullos earum rerum diſcipulos fuiſſe, de quibus accuſator dixit, neq; me forenſium orationum egregium eſſe artificem. Arbitror enim vos, refutato crimine quod in me coniectum fuit, priore opinione vltrò repudiata, cupidè audituros, quo genere orationum tractando tantam mihi gloriam compararim. Ac veritatem quidem dicere, an mihi profuturū ſit, neſcio. Difficile enim eſt veſtram intelligere ſententiam: ſed tamen apud vos nihil cenſeo diſsimulandum. Nam vel diſcipulorum puderet, quum ſæpè dixerim, me optare ciuibus omnibus & vitę meę rationem, et genus orationum quod tractem, eſſe notum, ſi nūc eas non oſtenderem, ſed occultarem. Tanquam igitur veritatem audituri, ſic animaduertite. Ac illud in primis intelligendum eſt, genera doctrinarum

genere uerſetur.

Bona conſcientiā lucem amat.

Varia doctrinarū genere.

Varia doctrinarũ genera. non eſſe pauciora quàm poëmatum, quæ certis dimenſionibus conſtant. Nã alij familijs ſemideorum inquirendis ætatem contriuerunt: alij de poëtis aliquid meditati ſunt: alij res in bellis geſtas congerere voluerunt: alij in reſpõſionibus et interrogationibus ſunt verſati, quos à contradicendi ſtudio Antilogicos appellant. Sed immenſi negocij fuerit, omnes orationũ formas enumerare. Eius igitur, quæ mea intereſt, mentione facta, cæteras omittam. Sũt enim qui nec ea quę diximus, ignorent: ſed orationes eas ſcribendas ſuſceperint, quæ non de priuatis negocijs agũt, ſed de ſtatu Gręcię & rerumpublicarũ, & quæ in maximis celebritatibus recitẽtur: quas nemo eſt quin carminibus, quæ muſica ratione ac numeris conſtant, quàm forenſi dictioni, ſimiliores eſſe fateatur. Nam & ſermonis genus habent magis poëticum, & maiorem rerum varietatem continent, et argumenta elatiora, magisq; noua conſectantur: atq; etiam tota oratio alijs figuris illuſtrioribus & pluribus adornatur. Quæ qui audiunt, non minore voluptate afficiun-

Iſocraticarũ orationum elegantia.

ſiciuntur, quàm ſi recitationi poëmatis intereſſent. Ac multi exiſtunt, qui eadem diſcere cupiant, exiſtimantes, qui in hoc genere excellant, eos multò ſapientiores & meliores eſſe, ac plus prodeſſe poſſe, quàm probatos etiam cauſidicos: quippe qui ſciant, hos cupiditate faceſſendi alijs negocia, litigandi peritiam ſibi peperiſſe: illos ex earum orationum, quas modò dicebam, ſtudio facultatem eam conſecutos: eos qui litium iura perdidicerunt, eo die duntaxat ferri poſſe, quo cauſas agunt: hos in omnibus congreſsibus, & omnibus temporibus in precio haberi, & bonos viros perhiberi. Præterea illos, ſi ſemel atq; iterum in iudicijs conſpiciantur: in odium & reprehenſionem incurrere: hos, quò ſæpius & cum pluribus congreſsi fuerint, eo maiore in admiratione eſſe. Adhæc, cauſidicos illam orationis excellentiam minimè poſſe aſſequi: hos, ſi vellent, forenſes etiam orationes facilè habituros. Hæc illi reputantes, & hanc ſtudiorum ſectam longè præſtantiorem rati, eius eruditionis participes fieri volunt: id quod mihi

Collatio cauſidicorum & Iſocraticorũ

quocꝙ non defuit, ſed magnam & gratiam peperit & celebritatem. De mea igitur, ſeu facultatem dicere vultis, ſeu philoſophiam, ſeu exercitationem: ſimplicem veritatem audiuiſtis. De me ipſo autem legem feram etiam grauiorem, quàm de alijs, & aliquid audacius quàm pro ætate mea dicam. Peto enim, non modò, ſi noxijs orationibus operam do, ne mihi quicquam veniæ detur: ſed niſi in talibus elaboro, in qualibus nemo alius, ut maximis ſupplicijs afficiar. Necꝙ verò tam confidenter hæc iactarem, niſi vobis eas etiam oſtenſurus eſſem, vt, quid inter ſit, facilè perſpiciatis. Sic enim ſe res habet. Ego pulcherrimam & iuſtiſsimam defenſionem eam eſſe duco, quæ quàm fieri poteſt certiſsimè iudicibus demonſtrat eas res, quibus de rebus ſuffragia ſunt ferenda, ut ne in errorem inducantur, aut dubitent, vtri vera dicant. Quòd ſi mihi lis intenderetur rei cuiuſpiam malè geſtæ: in conſpectum ego veſtrum eam afferre non poſſem: ſed vobis neceſſe eſſet, ex oratione rei naturam coniecturis ut cunque indaga-

Iſocraticæ orationes à nullo alio tractatæ.

Iudicium de orationibus, ex ipſis orationibus faciendum.

dagatam dijudicare. Cum autem orationes meæ culpentur, puto me veritatem vobis dilucidius expoſiturum. Ipſas enim vobis oſtendam tum dictas à me, tum ſcriptas: ut non ex opinione, ſed ex certa cognitione de eis iudicetis. Ac omnes quidem integras recitare nõ poſſum. Tempus enim nobis datum exiguum eſt. ſed tanquam frugum, ſic cuiuſque ſpecimen quoddam proferre conabor. Parua enim parte audita, facilè tum mores meos perſpicietis, tum vim orationum omnium cognoſcetis. Rogo autem, ſi qui ea quæ iam recitanda ſunt, ſæpè legerunt, ne à me in præſentia nouum aliquid requirant: neq; me importunum propterea exiſtiment, quòd eas proferam, quibus veſtræ aures iam olim perſonuerunt. Nam ſi eas oſtentationis cauſa recitarem: iure hoc nomine reprehenderer. Nunc in iudicium & diſcrimen vocatus, ad hunc modum eis vti cogor. Quid enim magis à me ridiculum fieri poſſit, quàm, ſi, cum accuſator criminatus ſit, me orationes ſcribere, quæ & reipublicæ noceant, & adoleſcentes corrumpant,

Deprecatur repetitionis faſtidium.

alio

alio modo me defenderem, cum, ipſis orationibus prolatis, liceat omnem calumniam refutare: Peto igitur, ut propter hæc veniam mihi detis, & adiutores ſitis. Orationes autem abſoluere aggrediar, paululùm quiddam præfatus, ut ea quę dicentur faciliùs aſſequamini. Nam quæ prima uobis oſtendetur, iis eſt ſcripta temporibus, quum Lacedæmonij Græcis imperarent, noſtræ verò opes tenues eſſent. Hortatur autem Gręcos ad expeditionem contra Barbaros ſuſcipiendam, & cum Lacedæmonijs de principatu cōtendit. Hoc argumento ad tractandum ſuſcepto, quicquid Græcia bonorum habeat, id noſtræ vrbi acceptum eſſe referendum oſtendo. Quò autem euidentius principatum noſtrę vrbis eſſe demonſtrarem: diſputatione de illis beneficijs ſeorſim inſtituta, ad hunc ferè modum ſum exorſus: Reipub. noſtræ propter bellica pericula plus etiam honoris, quàm ob cætera merita deberi. Equidem putaui me ipſum iſta recitaturum, ſed me ſenectus impedit, animumq; deſpondere cogit. Ne igitur prorſus deficiam, cum mihi

Argumētum Panegyricæ orationis.

Simulat imbecillitatem.

mihi multa dicenda reſtent, facto à nota initio, ea lege quæ de ipſo principatu ſcripta ſunt.

E PANEGYRICO.

Arbitror autem maiores noſtros, nõ minùs ob res bello geſtas, quàm propter alia beneficia eſſe honorãdos. Nec enim parua, neq; pauca, nec obſcura certamina ſubierunt, ſed multa & acria & magna, partim pro patriæ defenſione, partim ad tuendam aliorum libertatem. Nunquam enim ab omni memoria deſtiterunt urbem ſuam præbere communem, & Græcos ab iniurijs quouis tempore vindicare. Quamobrem etiam nonnulli nos accuſant, quòd non rectè nobis conſulamus, qui colere imbecilliores ſoleamus: quaſi ea verba non cũ ijs faciant, qui nos laudare volunt. Nec enim eò quòd ignoraremus, quantum ſocietates potentiores ad ſecuritatem præſtarẽt, rationem hanc ſecuti ſumus: ſed cum alijs longè melius ſciremus, qui harum rerum euentus eſſe ſolerent: tamen imbecillioribus, etiam neglecta vtilitate, maluimus opitulari, quàm potentioribus, priuatæ vtilitatis gratia, adiuto-

adiutores eſſe iniuriarum. Cognoſci autem ex eo & conſuetudo & potentia noſtræ vrbis poterit, ſi eos protulerimus, qui noſtram opem implorarunt. Ac ſupplicationes vel recens, vel paruis de rebus factas, omittam, ſed diu ante Troiana tempora (inde enim fidem iurè petunt, qui de iure patrio contendunt) venerunt & Herculis liberi, & paulo ante illos, Adraſtus Talai filius, rex Argiuorum: qui cum in expeditione Thebana, clade accepta, ſub Cadmea interfectos ipſe tollere nō poſſet, à noſtra vrbe petijt, ut communis ſortis miſerti, opem ferrent: neq; occiſos in prælijs iacere inſepultos, aut vetus inſtitutum et patriam aboleri legem paterentur. Herculis verò liberi, Euryſtheum hoſtem fugientes, deſpectis cæteris vrbibus, vt quæ tantis calamitatibus mederi non poſſent, noſtram ſolam eam eſſe putauere, quæ iuſtam gratiam referret pro beneficijs, quæ pater ſuus in vniuerſum genus mortalium contuliſſet. Hinc facilè perſpicitur, noſtram vrbem tum etiam imperatoria dignitate fuiſſe præditam, & nunc non iniuria con-

ria contēdere de principatu. Quis enim eſt qui ſupplicandum cenſeat vel inferioribus, uel aliorum ſubiectis imperio, præteritis potentioribus? de rebus pręſertim nō priuatis, ſed publicis, & quarum curam ſuſcepturos conſentaneum erat, non niſi eos qui primas inter Gręcos ſibi vendicarent? Deinde, eos ſpe ſua non fruſtratos eſſe conſtat, qua freti ad maiores noſtros confugerant. Suſcepto enim bello, defunctorum cauſa contra Thebanos, propter Herculis liberos aduerſus Euryſthei potentiam: tum illos admoto ad vrbem exercitu, cadauera ſepelienda cognatis reddere coegerunt: tum inſtructa acie, Peloponnenſes, qui cum Euryſtheo in noſtrum agrum impetum fecerant, obuiam progreſsi, prælio vicerunt, illiusq; ferociam compeſcuerunt. Cum autem ob alia quoq; facinora in admiratione eſſent, ob hęc facta magis etiam celebrati ſunt. Nec enim paruum quiddam præſtiterunt, ſed vtrorunq; fortunas ita mutauerunt, ut & is qui nobis ſupplicandum eſſe cenſuerat, hoſtibus ui ſuperatis, confectisq; ijs quæ pe-

tierat

tierat omnibus, diſceſſerit: & Euryſtheus, qui vim nobis facturus aduenerat, ipſe captus, ſupplex fieri coactus ſit. Ac eum quidem qui natura humana præſtantior, & Ioue natus fuit, & mortalis adhuc, diuinum robur habuit, & edictis & iniurijs per omnem ętatem diuexauit. Poſtquam autem erga nos deliquit, res eius ita mutatæ ſunt, ut in poteſtatem liberorum Herculis redactus, contumelioſa morte perierit. Cùm autem multa beneficia in ciuitatem Lacedæmoniorum contulerimus, ſic accidit, vt de hoc vno dicerem. Nam occaſione ſalutis vſi noſtra opera partæ, maiores eorum qui nunc Spartæ, regnant, Herculis poſteri, atq; in Peloponneſum reuerſi, Argis & Lacedæmone & Meſſena occupatis, tum Spartæ conditores, tum bonorum quibus nunc fruuntur omnium, principes eis, autoresq; extiterunt. Decuiſſet igitur eos horum memores, nunquam eam regionem inuaſiſſe, è qua maiores eorũ progreſsi, tantam felicitatem ſunt adepti: nec ei vrbi creaſſe periculum, quæ pro Herculis liberis ſuum caput periculis

culis obiecit. Cnius poſteris cum regnũ detulerint, quî conuenit, vt eam ciuitatem ſeruitute oppreſſum eant, quæ totam eius familiam ab interitu vindicauit? Quòd ſi gratiæ referendæ, & æquitatis officijs omiſsis, ad inſtitutum redeundum, & in ipſius cauſæ arcem inuadendum eſt: non vtiq; patrium eſt, duces eſſe aduenas indigenarum: neq; beneficijs affectos benemeritorum neque ſupplices, eorum à quibus ſunt cõſeruati. Cæterum maiore etiam compendio his de rebus poſſum diſſerere. Græcarum vrbium, noſtra ciuitate excepta, Argos & Thebæ & Lacedæmon, ut tum fuerunt, ſic etiam hodie ſunt maximæ. Manifeſtum autem eſt, maiores noſtros tantùm inter omnes excelluiſſe, ut propter Argiuos aduerſa fortuna uſos, Thebanis, cum animoſiſsimi eſſent, imperarint, & ob liberos Herculis, Argiuos, cęterosq; Peloponnenſes prælio ſuperarint: & è periculo, quod ab Euryſtheo imminebat, Spartæ conditores & Lacedęmoniorum duces liberarint. Quare haud ſcio quid nam de Græciæ principatu, ab vllo demon-

rupere Thraces,cum Eumolpo Neptuni filio: Scythæ cũ Amazonibus,Martis filiabus, non uno tempore, ſed eo vtriq;, quo Europæ imperium affectabant,infenſi quidem Græcis vniuerſis, ſed priuatim nos accuſantes. Exiſtimabant enim,ea ſe ratione vnam duntaxat vrbem aduerſariam habituros, & vniuerſarum ſimul potituros. non tamen votorum compotes facti, ſed cum ſolis noſtris maioribus congreſsi, non minus ad internecionem deleti ſunt,quàm ſi vniuerſis hominibus bellum feciſſent. Quantam verò cladem acceperint, ex eo apparet, quòd fama illa tam diu durare non potuiſſet,niſi res geſtę multum alijs præſtitiſſent. Nam Amazonum quidem,quę huc venerint,nullam domum redijſſe: & cæteras, quæ domi manſerant,ob cladem hic acceptam, regno pulſas eſſe ferunt. Thraces autẽ, cum ſuperiore tempore in vicinia noſtra habitaſſent, ob expeditionem tum factam tam longè receſsiſſe,vt intra noſtros & illorum fines multæ gentes variæq; conſederint, & magnæ vrbes

ſint conditæ. Præclara quidem & hæc ſunt, ac digna ijs qui de principatu contendunt: cognata uerò his quæ diximus, & talia ſunt, qualia decent à tantis viris oriundos, ea quæ illi geſſere, qui Darij & Xerxis arma repulerunt. Cum enim maximum id bellum conflatum eſſet, & plurima pericula eodem tempore vrgerent, & hoſtes ob multitudinem non ſuſtineri poſſent, & ſocij virtute ſe inſuperabili eſſe præditos putarent: vtriſque victis, ut vtriſque conueniebat, & in omnibus prælijs præſtantia ſuæ virtutis probata, inſignem ſtatim fortitudinis laudem meruerunt: neque multò pòſt maris imperium ſunt adepti, & delatum Græcis cæteris, & iſtis, qui nunc eo nos ſpoliare contendunt non aduerſantibus. Neque verò me quiſquā ignorare putet, etiam Lacedæmonios circa hæc tempora, multa in Græcos beneficia contuliſſe. Tantùm verò abeſt, vt noſtrę vrbis laudes propterea minuantur, ut eò maiores etiam ſint, quòd talibus æmulis tantum excelluit. Dicam autem paulò plura de his vrbibus, neque celeriter nimium pręteruehar: ut in memoriam

moriam vtrunque vobis reuocetur, tum virtus maiorum noſtrorum, tum inimicitiæ Barbarorum. Neque me fugit, quã difficile ſit, poſt alios omnes de rebus dicere iam olim occupatis, de quibus eloquentiſsimi quique ciues in publicis ſepulturis ſæpe verba fecerunt. Neceſſe enim eſt, maxima ex illis, iam antè in medium allata, & parua quædam relicta eſſe: non tamen ea quæ reſtant, quoniam ad inſtitutum noſtrum faciunt: ſilentio prætereunda ſunt. Optimè igitur meritos, & maximis laudibus eos fuiſſe dignos exiſtimo, qui ſua corpora pro Græciæ defenſione periculis obiecerunt. Sed & eorum nonnulla ratio habenda eſt, qui eo bello ætate ſuperiores in utraque vrbe ſummæ rerum præfuerunt. Illi enim fuêre, qui præpararunt poſteros, & populum ad virtutem cohortati, eos Barbaris acerrimos aduerſarios effecerunt. Nec enim illi nullam reipublicæ curam habebant, neque publicis opibus fruebãtur ut priuatis, ut alienas negligebant, ſed eas adminiſtrabant ut priuatas, ita ijs abſtinebant vt abſtinere decet prorſus alienis, nec

 pecu-

pecunia felicitatem metiebantur: ſed is opes poſsidere tutiſsimas & pulcherrimas ſibi videbatur, qui ita ſe gerebat, vt & ipſe maximam laudem mereretur, et liberis ſuis honeſtiſsimam famam relicturus eſſet. Neq; verò audacia inter ſe certabant, nec alios alij ferociter impetebant: ſed grauius eſſe putabãt, malè audire à ciuibus, quàm honeſtè pro patria occumbere: & magis erubeſcebant, ſi quid publicè delictũ eſſet, quàm nunc priuatim peccaſſe pudeat. In cauſa illud erat, quòd operam dabant, ut leges accuratæ & præclarę eſſent, nõ tam priuatorũ contractuum, q̃ publicæ diſciplinæ. Sciebant enim, bonis & honeſtis viris nihil opus eſſe multis ſcriptis, ſed paucis velut teſſeris, ut de re tum publica, tum priuata conſentirent. Iam tantum fuit eorum reipub. ſtudium, ut inter eos factiones eſſent, non vtri, alteris ſublatis è medio, reliquis dominarentur: ſed vtri ſuam in ciuitatem beneficentiam declararent. Societates coibant nõ ob priuata commoda, ſed propter populi vtilitatem. Eodem modo etiam res aliorum adminiſtrabant; vt

cole-

colerent Grȩcos, non exagitarent. Exiſtimabant enim, non tyrannidem, ſed imperium in eos exercendum: & duces potius quàm dominos appellari, ſeruatores & non vaſtatores nominari ſe cupiebant. beneficijs ciuitates alliciebãt, nõ vi euerſas ad ſe pertrahebant: eorũ ſermoni plus inerat grauitatis, q̃ nunc iuriiurando: pacta & conuenta vltrò ita conſeruabant: quaſi neceſsitate cõſtricti tenerentur: non tam ob potentiã ſuperbiebant, quàm vitæ modeſtiam laudi ſibi ducebant: erga imbecilliores ita affecti, ut potẽtiores erga ſe affectos eſſe voluiſſent. Ciuitates ſuas priuatarum vrbium loco habebant: Græciam verò cõmunem patriam exiſtimabant. Quum igitur his animis eſſent, & his moribus adoleſcentiam informarent: eos qui cum Aſianis pugnarunt, ſic ad fortitudinem acuerunt, ut nemo vnquam neq; poëtarum, neque oratorum, eos pro rerum geſtarum dignitate potuerit celebrare. In quo ego illis facilè ignoſco. AEquè enim difficile eſt eos laudare, qui aliorum virtutes ſuperarunt, ac illos qui nihil præclari

geſſerunt. Nam alteris res deſunt, alteris apta verba reperiri non poſſunt. Nã quæ talibus viris oratio par eſſe queat, qui Troiæ oppugnatores tanto interuallo ſuperarunt, ut illi vna vrbe expugnanda decem annos cõtriuerint: cum hi totius Aſię vires exiguo tempore debellarint: neq; patriam quiſq; ſuam duntaxat cõſeruarint, ſed totam quoq; Græciam à ſeruitute vindicarint. Quæ verò facinora, quos labores aut pericula detrectaſſent, vt viuentes gloria florerent, qui famæ gratia poſt obitum cõſequendæ tam alacriter mortem oppetere voluerunt? Equidem deorum aliquem arbitror bellum illud concitaſſe, admiratione virtutis eorum, ne tam generoſis animis præditi, in obſcuro deliteſcerent, aut vitam ingloriam exigerent: ſed pari honore cum filijs deorum afficerentur, quos ſemideos appellant. Nam illi quoq; ut corpora naturæ neceſsitati reddiderunt: ſic virtutis ſuæ memoriam immortalem reliquerunt. Ac inter maiores noſtros, & Lacedæmonios ſemper æmulatio quædam, honoriſq; contentio fuit, ſed de rebus pul-

cherrimis

cherrimis non ut hoſtes, ſed ut æmuli eiuſdem gloriæ, temporibus illis certarunt. Nec enim ad opprimendam Grę-corum libertatem Barbaro ſunt adulati, ſed ſimul & de communi ſalute conſenſerunt, & vtri eam palmam obtinerent, de eo certamen fuit. Ac primum virtutem ſuam aduerſus copias à Dario miſſas declararunt. Quæ cum è nauibus in Atticam deſcendiſſet, noſtri non expectatis ſocijs, commune bellũ ſibi priuatim depopoſcerunt, ac domeſtico milite inſtructo, totius Græciæ contemptoribus occurrerunt: pauci infinitis, tanquam alienæ vitæ periculo dimicaturi. Lacedęmonij autem, quum primùm de bello Attico audiuiſſent, relictis rebus omnibus, opem & auxiliũ nobis tulerunt, non minore feſtinatione ac ſtudio, quàm ſi hoſtes ipſorum agrum vaſtarent. Signum autem celeritatis eorum & contentionis illud eſt: quòd ferunt, maiores noſtros, eodem die & Barbarorum excẽſum audiuiſſe, & ad agri ſui terminos defendendos procurriſſe, & ſuperatis hoſtibus trophæum ſtatuiſſe. Illos verò tribus die-

 bus,

bus, totidemq́ noctibus, mille ac ducēta ſtadia cum exercitu confeciſſe. Vſq; adeò feſtinarūt, alteri ut ſocij periculorum eſſent, alteri vt ante auxiliorum aduentum cum hoſte confligerent. Poſthæc ſecundum bellum ſuſceptum eſt, cuius ipſe Xerxes dux fuit: relictaq́ regia imperator auſus fieri, totius Aſiæ vires contraxit: de quo quis vnquam inſtituit immenſa dicere, qui non minora veris dixerit? Nam tanta ſuperbia elatus, ut rem paruam exiſtimaret ſubigere Græciam, & id ſui monimentum relinquere cuperet, quod humanam naturam excederet: non prius deſtitit, quàm id inueniſſet, perq́ vim extorſiſſet, quod omnibus in ore eſt, ut cum exercitu continentem nauigarit, pedibus mare ambularit, tum Helleſponto ponte iuncto, tum Atho monte perfoſſo. Aduerſus eū igitur, cuius tanta fuit elatio animi, qui tanta perfecit, qui tot populis imperitauit, occurrerūt, diſtributo periculo: Lacedæmonij ad Thermopylas contra pedeſtrem exercitum: delectis mille de ſuis, & ſociorum paucis adhibitis, ut in anguſtijs eum vlteriore

progreſſu

progreſſu prohiberent: noſtri patres ad Artemiſium, ſexaginta triremibus contra vniuerſam hoſtiũ claſſem inſtructis. Atq; hęc fecerunt, nõ tam hoſtium contemptu, q̃ mutua æmulatione: Lacedęmonij, quòd vrbem noſtram ob Marathoniam pugnam admirantes, ſe nobiſcum exæquare cupiebant: veriti, ne Græcia ſecundùm à nobis conſeruaretur: noſtri maiores, tũ ut partam gloriã tuerentur, & omnibus oſtẽderent, priorem etiam victoriam non fortunæ, ſed ſuæ virtuti eſſe tribuendam: tũ ut Græcos ad nauale prælium ineundũ adducerent, eiſq; demonſtrarent, multitudinem non minus mari quàm terra, ſuccumbere virtuti. Cum autem pari fuiſſent audacia, non parem fortunam ſunt experti. Nam illi quidèm occubuerunt, victores animis, corporibus defatigati. Eos enim eſſe victos, dictu profectò nefas eſt. Nemo enim eorum fugere voluit. Noſtri autem primas naues vicerunt. Sed cum hoſtes tranſitu potitos eſſe audiuiſſent: domũ reductis nauibus, & rebus vrbanis ordinatis, ea de cæteris conſilia inierunt, ut cum prius

multa præclarè geſſiſſent, in extremis periculis longè fuerint excellentiores. Nam cum & omnes ſocij animos deſponderent, & Peloponenſes Iſthmum munirent, & ſuæ ſalutis priuatim rationem haberent, & aliæ vrbes à Barbaris ſuperatæ cum illis militarent (niſi fortè aliquæ ex minoribus per contemptum præteritæ eſſent) & triremes mille ac ducentæ aduentarent, & terreſtres copiæ innumerabiles in Atticam irrupturæ eſſent, nec vlla ſalutis ſpe oſtenderetur: ſed & deſtituti à ſocijs, & omnibus ijs, quæ expectarant, fruſtrati, quamuis eis non illa tantum pericula effugere liceret, verùm eximios etiam honores conſequi, quos eis rex offerebat, exiſtimans, ſe noſtræ vrbis claſſe adiuncta, mox etiam Peloponneſi potiturum: tamen eius munera repudiarunt, nec irati Græcis, à quibus deſerti eſſent, cupidè patificationes Barbaricas arripuerunt, ſed tum ipſi ad bellum pro libertate gerendum ſe accinxerunt, tum ijs qui in ſeruitutem ſe tradiderant, ignouerunt. Humilibus enim oppidis, quauis cõditione ſalutem eſſe quærendam:
ijs au-

iĳs autem vrbibus, quæ Græciæ principatum ſibi vendicarent, nullo modo pericula recuſanda eſſe putabant. Sed vt viris fortibus optabilius eſt honeſtè mortem oppetere, quàm viuere turpiter: ſic etiam primariĳs vrbibus expedire magis, ex hominum memoria aboleri, quàm ſeruitute oppreſſas conſpici. Atq; his eos animis fuiſſe, perſpicuum eſt. Cum enim fieri non poſſet, ut contra vtraſq; copias ſimul exercitum inſtruerent, omni oppidana multitudine in naues impoſita, in vicinam inſulam traiecerunt, ut per vices cum alteris copĳs, & non ſimul contra ambos exercitus, Martis aleam experirētur. Enimuerò, viri præſtantiores illis, aut Græcorum amantiores oſtendi qui poſſunt: qui, ne ſeruitutem Græcis afferrent, & vrbem deſolatam, & agros vaſtatos, & ſacra ſpoliata, & templa incenſa, vniuerſi deniq; belli molem in patriam ſuā conuerſam intueri ſuſtinuerunt? ac ne his quidem contenti, contra naues mille & ducentas ſoli pugnare aggreſsi, nō tamen etiam ſiti fuerunt. Peloponnenſes enim eorum virtute pudefacti, &, ſi

noſtri interiſſent, ne ſe quidem fore incolumes: ſin viciſſent, ſuas vrbes ignominiam accepturas cogitantes, periculorũ ſocij eſſe ſunt coacti. Ac tumultus qui in ea re incidunt, et clamores, & cohortationes, quæ communia ſunt omnium bellorum naualium: non video quorſum attineat multis commemorare. Quæ autem huius loci propria ſunt, & digna principatu, & ſupradictis conſentanea: ea demum eſt mei officij dicere. Tantum enim noſtra vrbs cæteris, dum incolumis eſſet, antecelluit, vt euerſa etiam, plures triremes ad prælium pro Græciæ ſalute committendum contulerit, quàm cæteri omnes, qui nauali prælio interfuerunt. Neque verò quiſquã adeò nobis inimicus eſt, quin fateatur, id nauale prælium victoriæ cauſam extitiſſe, atq; idipſum noſtrę vrbi acceptum eſſe referendum. Itaq; cũ bellum erit Barbaris inferendum, quorum potius decet eſſe principatum? non eorum, qui bello ſuperiore præclaclariſsimè ſe geſſerunt? qui & priuatim ſæpè pro alijs dimicarunt, & in communibus diſcriminibus primas meruerunt?

runt? Non eorum, qui pro Græciæ ſalute ſuam vrbem deſeruerunt? non eorum, qui & olim plurimas vrbes condiderunt, & eaſdem denuò maximis è calamitatibus eripuerunt? An verò non iniquiſsimè nobiſcum agetur, qui maximam partem malorum exanclauimus, ſi in iudicio dignitatis minus honoris conſequamur? & qui tum pro ſalute omnium in prima acie ſtetimus, nunc alios ſequi cogamur? Ac principatum quidem meritò noſtræ eſſe ciuitatis, facilè ex ijs quæ diximus, cognoſcetur. Cogitate igitur cum animis veſtris, corrumpere'ne adoleſcentes videar, an verò ad virtutem & ſubeunda pericula pro republica potius adhortari? æquius'ne ſit ob hanc mihi orationem mulctam irrogari, an potius maximam à vobis gratiam referri? qui ijs laudibus tum vrbem noſtram, tũ maiores, tum præclara illorum temporum facinora ornarim, ut & ij qui prius idem argumentum tractarant, eorum pudore quæ dixerant, omnes ſuas orationes aboleuerint: & qui etiam hodie inter eloquentes habentur, hiſce de rebus, *Commẽdatio Panegyricæ orationis.*

diffiſi

diffiſi ingenijs ſuis, nihil amplius dicere audeant. Quæ cum ita ſint, tamen exiſtent aliqui ex iſtis, qui ipſi quidem excogitare nihil aut dicere poſſunt, quod audire ſit operæprecium, ſed in eo ſtudio ætatem conſumpſerunt, ut aliorum dicta cauillentur, & exagitent: qui eleganter quidem hæc eſſe dicta, ſine inuidia fateantur: longè tamen vtiliores eas orationes eſſe dictitent, quæ ea quæ nunc prauè ac temerè gerantur, reprehendant, quàm quæ res olim geſtas laudent: & quæ quid agendum ſit, ſuadeant, quàm quæ vetera facinora commemorent. Vt igitur neq; hęc poſſint dicere: omiſſa defenſione ſuperiorum, tantum vobis alterius orationis partem recitare conabor, quanta modò recitata eſt: in qua me in harum rerum omnium curam ſedulò incubuiſſe conſtabit. Agitur autem initio de pace facienda cum Chijs, Rhodijs & Byzantijs. Cum enim oſtendiſſem, è repub. eſſe, ut bellum deponeretur, accuſo dominatum in Græcos vſurpatum, & dãno maris imperium: ac pronuncio id nihil eſſe aliud, q̃ monarchiam quandam,

Tranſitio à laudatione ad reprehenſionem.

Argumentũ orationis de Pace.

dam, ſiue actiones ſiue clades ſpectentur. Commemoro etiam, quid ex eo noſtræ ciuitati, quid Lacedæmonijs, quid alijs omnibus vſu venerit. His explicatis, & Græciæ calamitates deploro, & ciues admoneo, vt malis illis remedium aliqud inuenire ſtudeant. Deniq; ad colendam iuſticiam adhortor, & errata reprehendo, & de repub. in poſterum ordinanda do conſilium. Orſus igitur inde, vbi his de rebus diſſerere incipio; hanc etiam partem recita.

EX ORATIONE DE PACE.

SIc autem cenſeo, pacem non tantum decernendam, ſed non prius dimittendam eſſe cõcionem, quàm ratio fuerit inita, qua eam conſeruemus. Nec enim conſultum fuerit committere, ut, more noſtro, non multò pòſt, ijſdem tumultibus agitemur, aut moram duntaxat aliquam his malis producamus: ſed opera danda, ut eis omnino liberemur. Quarum rerum nihil fieri poteſt, niſi perſuaderi vobis patiamini, [plus vtilitatis & lucri eſſe in tranquillitate, quàm in conatu ſuperuacaneo multarum re-

rum: iuſticiam præſtare iniuriæ: ſua-
rum rerum curam appetitioni alienarũ
opum. Quibus de rebus quum orato-
rum nemo vnquam apud vos verba fa-
cere auſus fuerit: orationis meæ maxi-
ma pars in his ipſis conſumetur. Hinc
enim pendêre felicitatem uideo, & non
in ijs ſitam eſſe rebus, quas nunc agita-
mus. Omnino autem neceſſe eſt, eum
qui à conſueta dicendi ratione receſſe-
rit, & à ſententia vos deducere ſtudue-
rit, multis de rebus facere mentionem,
atq; alicubi diutius immorari. Nam alia
vobis in memoriam redigenda ſunt,
alia reprehendenda, quædam lau-
danda, de nonnullis conſilium dãdum:
quæ ſi quis omnia præſtiterit, tamen
haud illi prõptum erit, vos ad meliorem
mentem reuocare. Sic enim ſe res ha-
bet, mea quidem ſententia: vniuerſi
mortales vtilitatis ſuæ ſunt ſtudioſi, &
in eo elaborant, ut plus poſsint alijs.
Verùm quibus rationibus id aſſequan-
tur, in eo falluntur pleriq;, & differunt
inter ſeſe opinionibus. Nam alij rectè
iudicant, & bono conſilio id deligunt,
quod eſt rebus atq; tẽporibus maximè
accomo-

accõmodatum: alij à ratione vtilitatis, toto(quod aiunt) cælo aberrãt: id quod etiam noſtræ ciuitati vſuuenit. Nam in ea ſumus opinione, ſi multis triremibus mare nauigemus, & vrbes tributa pendere cogamus, & huc mittere aſſeſſores: nos aliquod feciſſe operæprecium: in quo lõgiſsimè à veritate aberrauimus, & ſpe noſtra prorſus fruſtrati ſumus. Nam illæ ipſæ res & inimicitiarum & bellorũ, & multorũ ſumptuũ cauſæ nobis extiterunt. neq; poofectò iniuria. Nam prius etiã huiuſmodi inquieta cõſilia, nos in extrema diſcrimina coniecerunt. Dum aũt publicè iuſticiæ ſtuderemus, dum opem ferremus oppreſsis, dum nihil alienum concupiſceremus: Græci principatum vltrò nobis detulerũt: quos nunc incõſideratè, nimisq; petulanter longo iam tẽpore contẽnimus. Quidam enim eò dementiæ venerunt, vt exiſtiment iniuſticiã probroſam quidem eſſe, ſed afferre lucrum, & in quotidiana vita cũ primis eſſe conducibilẽ: iuſticiam verò, & ſi laudari ſoleat, nihil emolumenti párere, & alijs vtiliorẽ eſſe quàm ijs qui ea præditi ſunt. Verùm

illi non intelligunt, neq; ad parandas opes, neq; ad res neceſſarias gerendas, neq; deniq; ad felicitatem adipiſcēdam, tantam eſſe vim in iniuria, quanta eſt in virtute & eius partibus. Nam his bonis quæ animo inſunt, etiam cæteras vtilitates, quibus opus eſt, paramus. Quare qui mentem ſuam negligunt, non animaduertunt, ſe id negligere, vt alijs neq; rectius ſentiant, nec meliore fortuna vtantur. Atq; adeò mirum mihi videtur, eſſe qui putent, eos qui, in propoſito & conſtantia colendę pietatis & iuſticiæ labores ſuſcipiant, & pericula adeant, deteriore conditione fore quàm improbos, nec in maiore quàm alios tā deorum quàm hominū gratia fururos. Ego verò perſuaſum habeo, ſolos hos ijs rebus antecellere, quæ veras vtilitates pariunt: reliquos ne intelligere quidem, quid expediat. Nam qui palmam iniuriæ dant, & ſummum bonum in eo ponunt, vt alienis opibus potiantur: eos ſimiles eſſe vide feris, quæ ineſcantur: ac initiò quidem his quæ prehenderint, cum voluptate frui, ſed paulo pòſt in maximis eſſe malis. Eos autem

qui

qui pietatem & iuſticiam colunt, et perpetuò in tuto eſſe, & de reliquo æui ſpacio vniuerſo ſpem habere meliorem. Quæ ſi non in omnibus ita euenire cõſueuerunt, at plerunq; hoc modo fiunt. Eſt autem cordatorum hominum officium, quoniam quid profuturum ſit ſemper, non perſpicimus: quod frequentius prodeſt, id amplecti. Quid autem eſt eorum opinione abſurdius, qui cum rem honeſtiorem & Deo gratiorem exiſtiment iuſticiam iniuria: vitam eorum qui illa vtuntur, fore miſeriorem cenſent, quàm eorum qui ſe improbitati manciparunt? Vtinam verò tam facile eſſet, auditores amore virtutis inflammare, quàm eam laudare facile eſt. Nunc metuo ne fruſtra hæc à me dicantur. Corrupti enim & deprauati ſumus longo iam tempore ab hominibus, qui nihil niſi fucum facere didicerunt: qui populum vſq; adeò contemnunt, ut, cum ipſi largitionibus corrupti, bellum aliquibus inferre ſtudent, dicere auſint, maiores eſſe imitandos: neq; committendum, ut ludibrio ſimus alijs, aut vllis mare pateat, qui vobis

nolint tributa penſitare. Ego verò perquàm ex illis audire cupio, quorum ſuperioris ætatis hominũ nos ſimiles eſſe ſubeant? Eorum'ne q circa bella Perſica fuerunt: an eorum qui ante bellum Decelicũ, rempublicam geſſerunt? Quòd ſi horum: quid quæſo ſuadent aliud, q̃ denuo fortunas omnes, ipſamq́ libertatem periclitandam? Sin illorum, qui in Marathone vicerunt, & eorum qui ante illos vixerunt: an non ſunt omniũ impudentiſsimi, qui eos laudent, qui tum vrbi præfuerunt, cum nunc cõtraria vobis faciẽda cenſeant? Nam eò quidem vos inducunt, & ad ea delicta impellunt, vt ego ſim animi dubius quid agam: vtrum ut in cæteris, id quod res eſt, dicam an metu veſtræ offenſionis ſilentio pretercam? Nam illud quidẽ potius eſſe duco, nihil it diſsimulem: ſed idẽ vos eis grauius iraſci ſolere video, qui reprehendunr, q̃ ijs qui calamitate vos affecerunt. Verùm vtcunq́ res ceciderit, turpe iudico, meæ famæ potius q̃ publicæ ſalutis rationem habere. Vt igitur & meum, & cæterorum qui rempublicam curant, officium eſt, ea dicere

quæ

quæ nõ auditu iucundiſsima, ſed quæ factu ſunt vtiliſsima: ſic vos contra ſtatuere debetis, primùm morborũ corporis multas & varias curationes à medicis eſſe inuẽtas, animis autẽ ignaris, & malarum cupiditatũ plenis, nullum aliud eſſe remedium, niſi orationem, quæ liberè delicta reprehendat. Deinde ridiculum eſſe, cũ vſtiones & ſectiones medicorũ toleremus, quò plures dolores depellamus: orationes, antequã planè cognitum ſit, an eã vim habeant, ut audientibus proſint, improbare? Hæc eò præfatus ſum, quòd de cæteris ſine omni diſsimulatione, & prorſus apertè apud vos dicere decreui. Quis enim obſecro eſt, q peregrè adueniẽs, & noſtri erroris expers adhuc, ſi hiſce rebus de improuiſo interueniat, nõ delirare nos & inſanire arbitretur? qui cũ res à maioribus præclarè geſtas, laudi nobis ducamus: & rempub. noſtram eo nomine celebrare poſsimus: tantũ abeſt, ut eos vlla ex parte imitemur, ut planè cõtraria faciamus. Nã illi quidẽ pro Græcis contra Barbaros pugnare non deſtiterunt: nos verò, eos qui in Aſia victum

quæritabant,huc retractos,cõtra Græcos duximus. Illi,dum Græcis vrbibus libertatem reſtituunt, dùm opem ferunt,Græciæ principatum acceperunt: nos qui ſeruitutem illis imponimus, qui planè diuerſum agimus, indignamur, eundem honorem nobis non haberi:cum inter dicta & facta noſtra atq; illorum tantum interſit,ut ipſi pro conſeruandis Græcis patriam deſerere non dubitarint, & terra mariq; pugnando Barbaros ſuperarint: cum nos ne pro noſtra quidem auaricia dimicare audeamus. Imperitare quide ſtudemus omnibus, ſed militare nolumus: ac nemo ferè eſt mortalium omnium, quem bello non laceſſamus,ſed rei militaris exercitationem ipſi prorſus negligimus. Et cum hi, quorum operas conducimus, partim exules, partim transfugæ, partim omni flagitiorum genere cooperti, huc confluxerint,ſic animati, ut ſi quis plus ſtipendij numeret, eius ductu nos oppugnaturi ſint: adeò tamen eos diligimus, ut etiam ſi liberis noſtris vim aut iniuriam fecerint,pœnas ab eis exigere ne velimus quidem. Iam illorum

aua-

auariciæ, rapinis & iniquitati, tametſi nobis crimini dari ſoleat, quód illi commiſerint, adeò non ſuccenſemus: vt lætemur etiam, ſi quid eos eiuſmodi perpetraſſe audiuerimus. eo deniq; ſtulticiæ venimus, ut ipſi annonæ penuria laborantes, peregrinum alere militem inſtituamus: & à ſocijs noſtris tributa per iniuriam extorqueamus, quò mercedem communibus omnium hoſtibus numeremus. Poſtremò tanto deteriores ſumus maioribus noſtris (de laudatis illis nihil dico, ſed de his qui in odio fuerunt) ut illi, ſi quibus bellum facere decreuiſſent, quamuis auro & argento refertum eſſet ærarium, tamen ſuis corporibus exequenda, quæ ſtatuerant, cenſerent: nos ad tantam egeſtatem redacti, in tanta ciuium multitudine, perinde vt magnus rex, conducticijs exercitibus vtamur. illi claſſe in mare deducta, peregrinos & ſeruos nauibus agendis præficiebant, ciues armis ornatos emittebant: nos conducticijs militibus grauem armaturam damus, ciues remigare cogimus. Vnde fit, ut in hoſtilem agrum egreſsi, qui ſibi imperium in

Græcos arrogant, nauticum inſtrumẽtum geſtent: illi verò talibus ingenijs prǫditi, qualia paulò antè deſcripſimus, armati in acie verſentur. At verò domi reſpublica ſic adminiſtratur, ut in eam intuẽti bona ſpes fiat etiam de cæteris: & imò illud ipſum eſt, quod maximè indigneris. Nam cum nos & indigenas eſſe, & hanc vrbem ante cæteras eſſe conditam dicamus, & nos vniuerſis exemplum præbere conueniat præclaræ ordinatæq́ reipublicæ: noſtram vrbem deterius & perturbatius adminiſtramus, quàm ij, qui modò oppida condunt. Splendore quidem natalium ſuperbimus, & alijs generoſiores eſſe volumus: ſed facilius quibuſuis hanc nobilitatem impertimus, quàm Triballi aut Lucani ſuam ignobilitatem. Leges plurimas ferimus: ſed eaſdem ita contemnimus, vt, cum pœna capitis in eum ſancita ſit (vno enim audito etiam de cæteris iudicabitis) qui ſit ambitus conuictus: eos qui palàm id faciunt, imperatores deligamus: & quò quiſq́ plures ciues corruperit, eò rebus à nobis maioribus præficiatur. Cum de reipubli-

publicæ forma non minus ſoliciti ſimus, quàm de ſalute: totam ciuitatem negligimus. Cum popularem ſtatum tranquillis & pacatis rebus creſcere & confirmari ſciamus, bellis verò iam bis ſublatum eſſe: pacis ſtudioſos, quaſi omnia ad paucorum arbitrium reuocare conentur, odimus: qui autem bella concitant, hos demum & populares & beneuolos iudicamus. Cũ eloquentiſsimi & rerum gerendarum peritiſsimi haberi velimus, ea temeritate ſumus, ut eodẽ die de rebus ijſdem non eadem decernamus: ſed quæ domo egreſsi damnabamus, illa ipſa in concione ſuffragijs noſtris cõprobemus: & paulo pòſt domum regreſsi, quę hic decreta ſunt, denuò cauillemur. Cum nos Græcoẽũ ſapiẽtiſsimos eſſe profiteamur, ab eorum conſilijs pendemus, quos nemo eſt qui nõ aſpernetur. Tam longè autẽ à more maiorum receſsimus, ut eoſdem illi & ſummæ reipublicæ præficerent, & imperatores crearent: exiſtimantes, qui pro concione optima ſuaderet, eundem nihilo deterius etiam per ſe deliberaturum. Nos contrà, quibus in gra-

uiſsimis

uiſsimis rebus conſultoribus vtimur, illis tanquam ſtolidis, imperium non deferimus. Qui verò eius generis ſunt, ut nemo publicè priuatimúe illorum conſilium expetat, hos dictatores mittimus: quaſi verò illic ſapientiores futuri ſint, & facilius conſultaturi de totius Græciæ ſtatu et bello adminiſtrando, quàm de rebus quæ hic conſiderandæ proponuntur. Neq; tamen hæc æquè ad omnes pertinere volo: ſed ad eos duntaxat, qui tales ſunt, quales iam diximus. Dies me defecerit, ſi in omnia noſtrarum actionum delicta coner ſeuerius inquirere. Qua ratione igitur hoc tumultu liberabimur? quo pacto reipub. ſtatum corrigemus, & in melius prouehemus? Primùm ſi deſierimus calumniatores habere pro popularibus, honeſtosq; uiros pro oligarchicis. Illud enim tenendum eſt, natura neminem neq; popularem, neq; paucorum eſſe potentiæ ſtudioſum: ſed eam quenq; Reipub. formam expetere maximè, in qua maximè honoratur. Quòd ſi coletis & amplectemini bonos viros præ malis, ſicut olim factum fuit; ad ve-

Orationis de pace peroratio, in qua nĉ nulla de industria ſunt mutata.

ſtras rationes magis accommodatos habebitis tribunos plebis, & reliquos magiſtratus. Secundò, ſi vobis adiungere præſidia ſociorum, non bellis aut obſidionibus, ſed beneficijs inſtitueritis. Ex his enim amicitias oriri, conſentaneum eſt: ex ijs autem rebus, quales nunc agitamus, inimicitias. Tertium eſt, ut ſecundum pietatem in deos, nihil maiori ſtudio habeatis, q̃ ut Græci quàm honeſtiſsimè de vobis & ſentiant & loquantur. Nam quos illi ſic animatos viderint, his vltrò & potentatus & principatus deferunt. Quòd ſi ea quæ diximus, præſtiteritis, & ita vos comparaueritis, ut & rei militaris exercitationibus atq; apparatibus ad bellum inſtructi ſitis, & pacis ita ſtudioſi fueritis, vt ne quid aliter, quàm ius & æquum poſtulat, agatis: non hanc modò vrbem, ſed etiam omnes Græcos beabitis: quos ne aliarum quidem vrbium ulla offendere audebit, ſed conſentient omnes, & in ſummo ſe ocio cõtinebunt, cum noſtram potentiam veluti è ſpecula proſpicientem omnia, viderint, & in hoc intentam, ut oneratis

iniuria

iniuria opituletur. Sed vtrum illæ fecerint, reipub. noſtræ præclarè atque vtiliter conſultum erit. Nam ſiue potentioribus vrbibus viſum fuerit, abſtinere iniurijs: ea felicitas nobis imputabitur. Siue graſſari cœperint: qui in metu ſunt, & malè tractantur, ad nos confugient, & ſupplices auxilium expetent, nec principatum nobis tantum tradēt, ſed etiam ſemetipſos fidei noſtræ committent. Quare non defuturi ſunt, quorum auxilijs delinquentes coherceamus: ſed multos habebimus, qui ſtrenuam atque alacrem operam nobis nauent. Quæ enim vrbs, aut quis mortalium noſtram amicitiam & ſocietatem non ducet expetendam, ſi viderint nos vtraque re excellere, & inſigni iuſticia, & maxima potentia? Itaque paratos, ut alijs ſaluti eſſe & poſsimus & velimus, cum ipſi nullis anxilijs egeamus? Quā-ta uerò noſtræ vrbis incrementa expectanda erunt, ſi aliorum tanta fuerit erga nos beneuolentia? Quantis opibus affluet reſpublica, ſi vniuerſa Græcia per nos conſeruabitur? Qui nos tantæ felicitatis autores, laudibus non extollent?

lent? Sed ego propter ſenectutis imbecillitatem, oratione mea non omnia cōplecti poſſum, quæ animo perſpicio: niſi quòd præclarum eſt, ut nos, in aliorum iniurijs & inſania, primi ad ſanam mentem reuerſi, Græcorum ſalutis & libertatis curam ſuſcipiamus potius, quàm ut peſtes illorum appellemur, & virtute illuſtres facti, auitam gloriã recuperemus. Nunc id dicam quod caput eſt, quò & ſuperiora omnia pertinent, & in quod intuentes, omnes noſtræ vrbis actiones probare debemus. Nam ſi maledicta, quæ nunc in nos cōferuntur, reprimere, ſi temeraria bella reſtinguere, ſi principatum perpetuò tenere ſtudemus: nulla tyrannica imperia & poteſtates affectare nos oportebit, uel ſecuturis calamitatibus conſideratis: & reges Lacedæmoniorum imitari atque æmulari, quibus cum minor delinquendi poteſtas ſit, quàm priuatis hominibus: tanto feliciores ſunt alijs, qui vi tenent imperia, ut tyrannorum interfectoribus maxima præmie publicè conſtituta ſint: pro illis verò qui mortem oppetere in prælijs dubitant,

ſitant, ignominioſiores habeantur ijs qui ordines deſeruerunt, aut clypeos abiecerunt. Operæprecium igitur eſt, talem expetere principatum. Earum autem rerum, quas vobis ſequendas eſſe dixi, hæc natura eſt, ut per eas à Græcis eum honorem conſecuturi ſitis, qui Spartanis regibus à ciuibus habetur: ſi credere poterunt, veſtram potentiam ſpectare non ad Græciam opprimendam, ſed conſeruandam. Etſi autem de hoc argumento multa & varia dici poſſent: tamen, ut dicendi finem faciam, vtraq; me admonent, & orationis longitudo, & annorum meorum multitudo. Iuniores autem, & per ętatem me robuſtiores, moneo & hortor, ut ea & dicant & ſcribant, quibus maximæ vrbes & alijs nocere ſolitæ, ad virtutem & iuſticiam incitentur. Nam in rebus Græciæ ſecundis, eruditorum etiam hominum res multo fieri meliores conſueuerunt. Duarum igitur orationum quaſdam partes andiuiſtis. Volo autem etiam è tertia pauca recitare, vt omnes meas orationes ad virtutem & iuſticiam referri planius intelligatis.

Argumētum orationis ad Nicoclem de regno.

Monet

Monet autem hæc quę iam legetur oratio, Nicoclem, qui eo tempore Cypri regnum tenebat, quomodo ciuibus ſit imperandum. Neq; verò eodem modo ſcripta eſt, quo eæ, quæ iam lectæ ſunt. In illis enim quicquid dicitur, id cum ſuperioribus perpetua ſerie cohæret, ac deuinctum eſt: in hac autem contrariũ fit. Diſſolutas enim & diſtinctas à prioribus præceptiones, in capita, quæ vocantur, redegi, ut omnia, quæ ſuadeo, paucis verbis explicarem. Id autem argumentum propterea tractaui, quòd exiſtimabam, monendo, præcipiẽdoq; me & eius ingenio maximas vtilitates allaturum, & mores meos optimè demonſtraturum. Qua eadem de cauſa vobis etiam nunc eam oſtendere conſtitui: non quòd inter cæteras ornatiſſimè ſcripta ſit, ſed quòd ex ea optimè cognoſci queat, quo pacto & cum plebeijs hominibus, & cum principibus viris agere ſoleam. Hinc enim apparebit, me liberè & è dignitate noſtræ ciuitatis, cum eo diſſeruiſſe: nec diuitijs illius, nec potentiæ adulantem, ſed & populi cauſam egiſſe, & ipſam guberna-

tionem quàm fieri potuit leniſsimam (quantum in me quidem fuit) conſtituiſſe. Cum autem cum rege agens, populoſim patrocinatus: quãto magis in populari verſantibus repub. hortator & autor ero colendę multitudinis? Ac in exordio quidem & primo veluti limine orationis, reprehendo principes, qui, cum excolere mẽtem, & ingenium exercere magis q̃ alij deberent, peius inſtituti ſint hominibus priuatis. Ea diſputatione abſoluta, Nicoclem moneo, ne ſocordiæ indulgeat: ne'ue ita omiſſo animo ſit, quaſi regnum tanquam ſacerdotium ſuſcepiſſet: ſed ut ſpretis voluptatibus, animum rebus gerendis intendat. Illud etiam ei perſuadere conor, rem abſurdiſsimam exiſtimandum, ſi deteriores cum imperio præeſſe videat præſtantioribus, ac prudentioribus dare mandata ſtultiores: atq; aſſero, fore, ut quanto magis aliorum inſcitiam contemnat, tanto diligentius ingenium ſuum exerceat. Etſi autem multa in mentem mihi veniunt: neſcio tamen quid de eis ſtatuere debeam. Nam

Dubitatio.

ſingu-

ſingula quæ cogito, per ſe mihi dictu commoda & æqua videntur. Si verò nunc omnia proferantur, magna moleſtia & me & auditores affectura eſſe: atque adeò vereor, ut prolixa etiam ſuperiorum commemoratio faſtidium effugerit. Omnes enim tam inſatiabili dicendi cupiditate tenemur, ut opportunitatem laudemus, nec quicquam præſtabilius eſſe dicamus. Cum verò aliquid habere videmur, quod dicamus, neglecto modo, ſemper aliquid prioribus paulatim adijciendo, in extremam importunitatem incidamus. Nam & ego qui hęc dico ac ſentio, pauca adhuc vobiſcum diſſerere volo. Indignor enim, cum ſycophantiam conditione meliore eſſe video, quàm philoſophiam: & illam quidem accuſare, hanc verò cauſam dicere. Quòd quis veterum fuit, qui futurum eſſe crederet? apud vos præſertim, qui ſapientiores alijs haberi vultis? Apud maiores certè quidem alia ratio fuit. Nam eos qui Sophiſtæ dicebantur, magni faciebant, eorumque familiares beatos

Excuſatio prolixitatis.

Querimonia de licentia calumniandi.

A contrario maiorum exemplo.

iudicabant: ſycophantas autem perniciosiſsimos homines exiſtimabant. Cuius rei maximum ſignum illud eſt, quòd Solonem, qui primus ciuium hoc cognomen ſortitus fuit, gubernatorem ac principem ciuitatis eſſe voluerunt. In ſycophantas autem grauiores, quàm in alios maleficos, leges tulerunt. De ſummis enim iniurijs in vno iudicari prætorio voluerũt. hos verò & ad Sexuiros citari, & deferri apud ſenatum, & apud populum accuſari ſinunt: exiſtimantes, iſtius generis artifices, omnem improbitatem excedere. nam alios id ſtudere tamen, ut ſua maleficia tegant: iſtos vbiq; oſtentare ſuam crudelitatem & inhumanitatem, odiumq; de induſtria quæritare. Ac illi quidem ſic de eis ſtatuerunt: vos verò tantum abeſt ut puniatis eos, ut his et accuſationes aliorum mandetis, & ijſdem legumlatoribus vtamini. Atqui decebat, eos nunc in odio maiore eſſe, quàm olim. Tunc enim peruulgatis duntaxat in negocijs noſtræ vrbis, & ſubinde in orbem redeuntibus, nocebant ciuibus: nunc verò auctis vrbis opibus, & eo imperio, quod

Solon.

Leges contra ſycophantas latæ.

Exaggeratio p collationẽ.

A conditione temporũ.

quod maiores habuerant, recepto, audaciores facti quàm oportuit, viris bonis ac præſtantibus, quorum virtute reſpublica eſt amplificata, quam conſecuti ſunt autoritatem, inuiderunt, et homines improbos audaciaq; plenos expetiuerunt, opinati, eos quòd & audaces ſint, & nullas inimicitias reformident, popularem ſtatum poſſe tueri: & cum ex infimo loco emerſerint, non ſuperbos, aut nouarum rerum fore ſtudioſos. Verùm ex iſta mutatione quæ pericula, quæ maxima in rempub. mala inuecta non ſunt, propter ea quæ iſtis ingenijs homines perpetuò et dixerunt & geſſerunt? Qui laudatiſsimis ciuibus, & reipub. maximè profuturis Oligarchiæ & Laconum ſtudium obijcere non prius deſtiterunt, quàm eos perpuliſſent, ut obiecta crimina verè in ſe admitterent: & tales fierent, quales à calumniatoribus dictitabantur. Socios verò vexando & calumniando, & optimos quosq; re familiari ſpoliando, eò redegerunt, ut à nobis alienati ac repulſi, Lacedæmoniorum amicitiam & ſocietatem adamarint. Quibus de re-

Ab euentu.

bus bello nobis concitato, multos ciuium conſpeximus partim trucidatos, partim captos ab hoſtibus, partim rei familiaris penuria oppreſſos, atq; etiam popularem ſtatum bis abrogatum, & patriæ mœnia diruta: & quod maximum eſt, vrbem in periculum ſeruitutis & excidij adductam, & arcem ita vt hoſtes in ea habitarint, occupatam. Sed enim ſentio, quanquam efferor iracundia, nos aqua defici, ac me incidiſſe in materiam quæ totum diem poſtularet, atque ad accuſationem eſſe delapſum. Præterita igitur multitudine calamitatum, quarum iſti autores fuere, & reiecta moleſtia et turba eorum, quę de iſtorum calumnijs dici poſſent, paucis omnino adiectis, orationem concludam. Alios quidem reos video, vbi iam defenſionis finem attigerunt, ſupplicare & obteſtari, & liberos ſuos atq; amicos ad deprecandum ſubornare. Ego verò neq; decere quicquam iſtius generis hanc meam ætatem exiſtimo: & præter hoc quòd ita ſentio, etiam erubeſcerem, ſi alia res ſaluti ac præſidio mihi fuiſſet, quàm orationes antè recitatæ à me, &

Reiectio.

Peroratio plena autoritatis.

con-

conſcriptæ. Scio enim me ita ſanctè & iuſtè locutum eſſe, tum de republica, tum de maioribus noſtris, tum de dijs immortalibus in primis, ut ſi qua illis rerum humanarum cura eſt, nec ea quæ mihi nunc accidunt, eos ignorare putē. Quare nihil exhorreſco, quicquid de me ſtatueritis: ſed confido, & in ſpe optima ſitus ſum, mihi tūc vltimū vitæ diem aduenturum, quādo id vobis expediet: hoc ſigno adductus, quòd hactenus etiā in hunc vſq; diem, ita vixi, quemadmodum pios homines viuere decet, quorum dijs mutua cura eſt. De me igitur, ut qui hoc animo ſim, quiq; exiſtimem, quicquid vobis viſum fuerit, id è re mea futurum, ut libitum placitumq; fuerit, ita veſtrum quiſq; ſuffragium ferat.

ARGVMENTVM HIEronymi Vvolfij, in orationem de Bigis.

DEmoſthenes cum iret in exilium, conuerſus ad arcem, ſublatis manibus, dixiſſe fertur: O domina, cuſtos vrbis Minerua, cur tribus moleſtiſsimis beſtijs delectaris, noctua, dracone & populo? Fuit enim reuera ingrata & intractabilis bellua, populus Athenienſis, & optimè cuiq; merito infeſtiſsima: inter quos Alcibiadem, non illum quidem omnis criminis expertem, ſed virum certè prӕſtantiſsimum, bis proſcriptum ad hoſtes confugere coëgit. Qui cum tandem inſidijs ac perfidia Barbarorum, ac Tiſaphernis, ſed impulſu tamen Athenienſium, et Lyſandri perijſſet: liuor etiam in defuncti filium deſæuijt. Atq; inter alios calumniatores Tiſias quidam eum acuſauit de Bigis (quibus viciſſe in Olympijs, maxima felici-

felicitas apud Græcos habebatur) ab Alcibiade ſibi ereptis, easq; ſibi perſolui petijt. Eſt autem hæc Oratio non tam controuerſia forenſis, quàm vel defenſio vel laudatio Alcibiadis. Continet inſignem locum de excellenti virtute, calumniatorum petulantiæ, vulgiq; inuidiæ obnoxia. Exordium habet abruptum, quod præcedenti alicui Orationi velut tranſitione quadam coniungi, & oratio ſecundo loco habita eſſe videtur.

ORATIO XVI. DE BIGIS, RECITATA A FILIO Alcibiadis, Hieronymo Vvolſio interprete.

Tranſitio à re ad perſonam.

DE iugo igitur equorum, patrem meum eos habuiſſe, non Tiſiæ ereptos, ſed de ciuitate Argiuorum emptos: & è legatorum, qui illinc venerunt, & cæterorum qui rem nouerunt, teſtimonijs audiuiſtis. Omnes autem eodem modo me calumniari ſolent. Cum enim de priuatis negocijs me in ius vocent, de rebus ad Remp. pertinentibus accuſant: & plus temporis conſumunt patre meo criminando, quàm eo de quo ipſi iuſiurandum calumniæ dederunt, explicando: & leges vſq; adeò cõtemnunt, ut iniuriarum, quibus ab eo vos affectos eſſe dicunt, à me pœnas exigant. Ego verò ſic exiſtimo, crimina publica nihil attinere ad priuatas controuerſias: ſed quia Tiſias patris exilium ſæpè mihi obijcit, in exquiren-

Sycophanticæ artis criminatio.

Beneuolẽtiæ captatio à ſua perſona.

dis meis quàm ſuis rebus curioſior: de de his iplis me purgare neceſſe habeo. Erubeſcerem enim, ſi cui ciuium minus de illius exiſtimatione quàm de meis periculis ſolicitus eſſe viderer. Ac quod ad ſeniores attinet, res paucis abſolui poſſet. Omnes enim ſciunt per eoſdem viros & popularem ſtatum ſublatum eſſe, & patrem meũ vrbe pulſum: propter iuniores autem, qui, cum poſt res illas geſtas nati ſint, calumniatores ſępè audiuerunt, narrationẽ altius exordiar. Qui populo pridẽ inſidiati fuerant, & quadringentos conſtituerant, patrem meum ad coeundam ſecum ſocietatem vocauerunt. Quod cum ille recuſaſſet, quia virum eſſe videbant in rebus gerendis acrem, & populo fidelem: non putarunt ſe vlla vetera inſtituta loco mouere poſſe, niſi illum è medio ſuſtuliſſent. Quia verò ſciebant, vrbem de religione grauiſsimè iraſci ſolere, ſi quis Cereris initia violaſſet: cæteris verò in rebus, ſi popularem ſtatum abrogaret: Vtrunq; crimen hoc cõmenti, retulerunt ad Senatũ: patrem meũ cœtus habere ſecũ ad res nouandas, qui quidẽ in Po-

Narratio cũ excuſatione prolixitatis.

Alcibiadis popularitas.

Calumniatorũ calliditas.

in Polytionis ædibus cõcænantes, myſteria celebrarent. Vrbe igitur propter criminum magnitudinem concitata, & concione celeriter conuocata: tam euidenter eos mendaciorum coarguit, vt accuſatores populus libenter ſupplicijs affeciſſet, eum verò ducem in Siciliam crearit. Poſthæc ipſe traiecit, quaſi iam calumnia liberatus. Iſti verò Senatu ſolicitato, & oratoribus ſibi per largitiones adiunctis: rem de integro commouerunt & delatores ſubornarunt. Quid multis opus eſt? nec enim prius conquieuerunt, quàm & patrem ab exercitu reuocaſſent, & ex eius amicis alios occidiſſent, alios vrbe eieciſſent. Is igitur audita, & hoſtium potentia, & familiarium ſuorum calamitatibus: quãuis indignè ſecum agi exiſtimans, quòd præſens ne in iudicium quidem adductus, abſens autem condemnatus eſſet: ne ſic tamen ad hoſtes defecit; tantaq; diligentia cauit, ne patriam re vlla vel in exilio offenderet, ut Argos profectus, quieuerit. Illi verò, prioribus iniurijs haud contenti perſuaſere vobis, eum tota Græcia pellendum eſſe, & ſtatua

Calumniæ refutatio.

Alcibiadis cõdemnatio.

Proſcriptio.

rua erecta proſcribēdum, miſsiſq; legatis ab Argiuis expoſcendum. Quapropter animi dubius, quò ſe in his malis conuerteret, excluſus vndiq;, nullaq; ſpe ſalutis alibi relicta: tandem ad Lacedæmonios confugere coactus eſt. Et res quidem ſic acta eſt. Cum verò tanta iniquitate pulſus vrbe fuerit: eum tamen quaſi ſummum ſcelus admiſiſſet, accuſant: & crimini dare ſtudent, eum & Deceleam contra nos muniiſſe, et inſulas ad defectionem impuliſſe, & magiſtrum hoſtium extitiſſe. Ac aliâs eum à ſe contemni ſimulant, vt qui nihil alijs antecelluerit: nunc autem quæcunq; acta ſunt, ei vni aſcribunt, & ab eo, quo pacto bella gerenda ſint, edoctos eſſe aiunt Lacedæmonios, qui eam artem ipſi alios docere poſſunt. Ego verò niſi temporis anguſtijs excluderer, facilè oſtenderem, eum alia iure egiſſe, de alijs iniuſtè in crimen vocari. Quid verò fieri queat iniquius, quàm, cū pater meus poſt fugam præmium acceperit, me propter illius exilium plecti? Cenſeo ſeo autem iurè illi omnino veniam à vobis eſſe tribuendam. Nam à triginta tyrannis

Cōfugium ad Lacedæmonios.

Cōqueſtio de calumnijs.

Cōtradictiones aduerſariorum.

Reiectio.

A maiori & contrario.

in Polytionis ædibus cōcænantes, myſteria celebrarent. *Calumniæ refutatio.* Vrbe igitur propter criminum magnitudinem concitata, & concione celeriter conuocata: tam euidenter eos mendaciorum coarguit, vt accuſatores populus libenter ſupplicijs affeciſſet, eum verò ducem in Siciliam crearit. Poſthæc ipſe traiecit, quaſi iam calumnia liberatus. Iſti verò Senatu ſolicitato, & oratoribus ſibi per largitiones adiunctis: rem de integro commouerunt & delatores ſubornarunt. *Alcibiadis cōdemnatio.* Quid multis opus eſt? nec enim prius conquieuerunt, quàm & patrem ab exercitu reuocaſſent, & ex eius amicis alios occidiſſent, alios vrbe eieciſſent. Is igitur audita, & hoſtium potentia, & familiarium ſuorum calamitatibus: quãuis indignè ſecum agi exiſtimans, quòd præſens ne in iudicium quidem adductus, abſens autem condemnatus eſſet: ne ſic tamen ad hoſtes defecit; tantaq; diligentia cauit, ne patriam re vlla vel in exilio offenderet, ut Argos profectus, quieuerit. Illi verò, prioribus iniurijs haud contenti perſuaſere vobis, *Proſcriptio.* eum tota Græcia pellendum eſſe, & ſtatua

tua

tua erecta proſcribẽdum, miſsiſq; legatis ab Argiuis expoſcendum. Quapropter animi dubius, quò ſe in his malis conuerteret, excluſus vndiq;, nullaq; ſpe ſalutis alibi relicta: tandem ad Lacedæmonios confugere coactus eſt. Et res quidem ſic acta eſt. Cum verò tanta iniquitate pulſus vrbe fuerit: eum tamen quaſi ſummum ſcelus admiſiſſet, accuſant: & crimini dare ſtudent, eum & Deceleam contra nos muniiſſe, et inſulas ad defectionem impuliſſe, & magiſtrum hoſtium extitiſſe. Ac aliâs eum à ſe contemni ſimulant, vt qui nihil alijs antecelluerit: nunc autem quæcunq; acta ſunt, ei vni aſcribunt, & ab eo, quo pacto bella gerenda ſint, edoctos eſſe aiunt Lacedæmonios, qui eam artem ipſi alios docere poſſunt. Ego verò niſi temporis anguſtijs excluderer, facilè oſtenderem, eum alia iure egiſſe, de alijs iniuſtè in crimen vocari. Quid verò fieri queat iniquius, quàm, cũ pater meus poſt fugam præmium acceperit, me propter illius exilium plecti? Cenſeo ſeo autem iurè illi omnino veniam à vobis eſſe tribuendam. Nam à triginta tyrannis

Cõfugium ad Lacedæmonios.

Cõqueſtio de calumnijs.

Cõtradictiones aduerſariorum.

Reiectio.

A maiori & contrario.

Ab exemplo Athenienſiũ à XXX tyrã-nis pulſorum

rannis expulſi, ijſdem, quibus ille malis conflictati eſtis. Vnde in animum reuocandum eſt, vt quiſq; veſtrûm affectus fuerit, & quid animi habuerit: & quid periculi non adiſſet, vt ne inquilini loco diutius eſſe cogeretur: & ut in patriã reuerſus, pœnas de ijs ſumeret, qui ſe eieciſſent? Quã vrbem, quem amicum, quem hoſpitem nõ adiſtis, precaturi, vt vobis adiumẽto eſſent ad patriam recuperandam? Quid à vobis omiſſum eſt? An nõ occupato Piræeo, & ſegetes vaſtaſtis, & agros cæſis arboribus populati eſtis? non ſuburbia incendiſtis? nõ muros deniq; oppugnaſtis? Hæc ita decere ac ex officio facienda cenſuiſtis: ut ſi qui de numero exulum quieti ſe dediſſent, illis magis iraſceremini, quàm calamitatum autoribus. Quamobrem culpandi nõ ſunt, qui eadem quæ vos cõcupiuerunt; nec in improborum numero habendi viri, qui patria pulſi, redire ab exilio ſtuduerunt; ſed illi potius, qui cũ domi manſerint, exilio digna perpetrarunt. Neq; inde ordiendum eſt, ſi iudicare velitis, qualis pater meus ciuis fuerit, cum vrbs iam nihil ad eũ attineret; ſed

Ab exilij defenſione trãſit ad res geſtas Alcibiadis narrãdas.

ret: ſed ab eo tempore conſiderandum, qualẽ erga populũ ſe præbuerit, anteq̃ in exilium ageretur: ut, cum ducentos dũtaxat armatos haberet, maximas Peloponneſi vrbes à ſocietate Lacedęmoniorũ abduxerit, ad veſtram ſocietatem adduxerit: quanta illis pericula intulerit: ut in Siciliam exercitum duxerit: Nã ob hæc vos gratiã ei habere debetis: quę verò in calamitate acciderunt, illis, per quos exactus eſt, imputare. Memoria repetite, quãta poſt reditũ beneficia in Remp. contulerit: ac illud in primis quo ſtatu rerum eum ſuſceperitis: cum quidem imperium populi abrogatum eſſet, cum ciues factioſi tumultuarẽtur, cum milites à magiſtratibus, hic conſtitutis, diſſiderent: & vtrię in eam inſaniam incidiſſent, vt neutris ſpes vlla ſalutis relinqueretur. Nam alteri eos qui vrbem tenebant, inimiciores ſibi putabant, quàm Lacedæmonios: alteri eos qui Deceleæ erant, accerſebant: exiſtimãtes, ſatius eſſe, patriam hoſtibus tradere, quàm eos in ciuitatem recipere, qui bella pro Republica gerebant. Quum igitur hi ciuium animi eſſent, & ho-

Peloponeſus.

Sicilia.

Translatio.

Beneficia poſt reditũ.

& hoſtes terra mariq́ tenerent omnia, atq́ etiam vos pecunias non haberetis, rex Perſarum autem illis affatim ſuppeditaret, prætereaq́ nonaginta naues è Phœnicia Aſpendum venirent, paratæ ad opem ferendam Lacedæmonijs: quum igitur in tantis malis, in tantis periculis ciuitas verſaretur, à ducibus accerſitus, non faſtum præ ſe tulit ob eas res, non ob anteacta ſuccenſuit, neque conſilium cœpit de futuris: ſed mox cum Rep. quiduis perpeti maluit, quàm cum Lacedæmonijs eſſe feliciſsimus, ac planum fecit omnibus, ſe bellum geſsiſſe cum ſuis inimicis, non vobiſcum: & in vrbem redire, non expugnare vrbem voluiſſe. Vobiſcum autem coniunctus, & Tiſſapherni perſuaſit, ne pecunias ſuppeditaret Lacedæmonijs: et effecit, ne ſocij à vobis deſciſcere pergerent: & de ſuo militibus ſtipendia ſoluit, & libertatem populo reſtituit, & ciues inter ſe reconciliauit, & Phæniſſas naues auertit. Poſthæc verò, quot triremes cæperit, quot prælia vicerit, quot vrbes ui expugnarit, quàm multis oratione veſtram amicitiam perſuaſe-

ſtia ſerit, ſingulatim enumerare, immenſi negocij eſſet. Cum autem vrbs illis temporibus plurima prælia commiſerit: nunquam tamen, patre meo duce, hoſtes trophæum cõtra nos erexerunt. Ac rerum illius ductu geſtarum, equidem ſcio multas me præterire, quas accuratè cõmemorare propterea nolui, quòd ferè omnes illas meminiſtis. Inuadunt & in priuatam patris mei vitam libidinoſè nimis & confidenter: nec ea libertate verborum in mortuum inuehi dubitant qua, eò viuente, vti non auderent: tantaque dementia illos inuaſit, vt exiſtiment, ſe tum apud vos, tum apud alios eò maiore gloria futuros, quò plura & maiora in eum maledicta congeſſerint. Quaſi verò quiſquam ignoret, etiam nequiſsimis hominibus licere, non de viris tantum præſtantiſsimis, ſed de Dijs etiam immortalibus contumelioſè loqui? Fortaſsis igitur curare ſermones omnium, dementiæ fuerit: ſed tamen vel inprimis cupio de patris moribus, ac ſtudijs verba facere apud vos, re paulò altius repetita, & mentione maiorum facta: vt intelligatis, à

Defenſio peruatæ uitæ.

Natales Alcibiadis.

prima nobis origine maxima inter ciues, & pulcherrima ornamēta cōtigiſſe. Nam pater meus ex gente * Patriciorū fuit, quorū nobilitas de ipſo cognomine facilè intelligitur: materna ſtirpe Alcmeonidæ, qui diuitiarū euidentiſsimum ſignū reliquerunt. Alcmæon enim primus ciuiū, Olympiæ bigis equeſtribus vicit. Beneuolētiam autē ſuam erga populū tyrannicis tēporibus declararunt. Quāuis enim cognatione cū Piſiſtrato cōiuncti eſſent, et priuſquam is imperiū cepiſſet, familiariſsimè illo vterētur: tamen eius tyrannidis ſocij ac participes eſſe noluerunt: ſed exulare patria, q̄ ciues ſeruitute oppreſſos intueri maluerunt. & cum ea ſeditio quadraginta duraſſet annos, tot tyrannis ita inuiſi fuerunt, vt eorum factione victoriam adepta, nō tantùm ædes ipſorum diruerentur, ſed ſepulchra etiam effoderentur: ab exulibus autē tanta eis fides habita eſt, vt omni eo tempore populi duces fuerint. Poſtremò Alcibiades, & Cliſthenes, alter paternus, alter maternus patris mei proauus, Imperatores deſignati, ab exilio populum reduxerūt: &

Patricij.

* Euryſacidarum.

Alcmæonidæ.

Cliſthenes.

tyran-

tyrannis eiectis, eam Democratiam cõſtituerunt, in qua ciues ad fortitudinem ita inſtituti ſunt, vt Barbaros, qui contra totam Græciam venerant, ſoli prælio vincerent: tantaq; iuſticiæ gloria, vt vltro eis Græci maris Imperium traderent: & ciuitatem tantam reddereut, cũ potentia tum reliquis copijs, vt qui eam VRBEM ESSE GRAECIAE dicunt, & alijs magnificis verbis ornare ſolent, vera dicere videantur. Charitatem igitur populi tam vetuſtam, & ſynceram, & beneficijs maximis partam, à maioribus accepit: ipſe verò pupillus relictus eſt. Nam pater eius in Chæronenſi prælio, cũ hoſtibus dimicans ceciderat. Tutorem autẽ Periclem habuit, quem omnes vtiq; fateantur, omnium ciuium fuiſſe & modeſtiſsimum, et iuſtiſſimum, & ſapientiſsimum. Exiſtimo autem hoc etiam in præclaris habendum eſſe, ſi cui talibus orto natalibus, tam prȩſtãs vir, & tutor, & educator, & vitæ magiſter contigerit. Iam cũ adoleuiſſet, à virtute illorum, quos iam diximus, non degenerauit: nec ipſe ocio ac luxu diffluens, maiorum virtute gloriari voluit:

Clinias.

Pericles.

ſed ſtatim tanta fuit magnitudine animi, vt exiſtimaret, oportere ſe propter ſemetipſum, non ob illorum res geſtas celebrari. Ac primum cum Phormio mille Athenienſes armatos cõtra Thraces duceret, fortiſsimis delectis: cum his profectus, ita ſe geſsit in prælijs, ut corona ornaretur, & ab Imperatore Panoplia donaretur. Enimuerò quodnam eius officium eſſe credi debet, qui laudes maximas mereatur? An non cum præſtantiſsimis ciuibus militantem primas ferre? & ducentem contra Græcorum fortiſsimos exercitum, in omnibus pugnis exiſtere longè ſuperiorem? At ille alterum adoleſcens adeptus eſt, alterum iam natu grandior præſtitit. Poſthæc, matrem noſtram vxorem duxit. Nam & hanc eum præmij loco, propter excellentem virtutem accepiſſe cenſeo. Cuius pater Hipponicus, & opibus primus fuit inter Græcos, & genere nemine ciuium inferior, & ſuis temporibus in ſummo honore et admiratione habitus. Filiam porrò cũ dote maxima, & gloria inſigni elocaturus, cum quidem omnes optarent nuptias

Expeditio Thracenſis.

Hippareta, Hipponici filia, Vxor Alcibiadis.

ptias illas, principes verò tantùm ambirent, patrem meum, delectum ex omnibus, generum adiungere deſiderauit. Circa eadem tempora cum videret Olympicam celebritatem ab omnibus amari, maximiq́ fieri, & Græcos ibi & opes ſuas, & vires, & ingeniorum dexteritatem oſtentare: nec eos tantum qui ſe ibi benè geſsiſſent, in admiratione eſſe: ſed & eorum, qui viciſſent, vrbes celebrari: prætereaq́ munera, quæ hic obirentur, ciuibus deberi pro re familiari ac priuata: quæ verò in illam celebritatem conferrentur, ad omnes pertinere Græcos, & pro republica noſtra fieri: hæc inquam reputans, quanquam nec ingenio nec robore corporis vlli cedebat, gymnica tamen certamina deſpexit: cum ſciret, pugilum nonnullos, & ſordido genere ortos, & minimè liberaliter inſtitutos eſſe, & in obſcuris oppidulis habitare. Sed ad alendos equos animum adiecit: quod ut beatiſſimorum munus eſt, ſic nemo vilis pręſtare queat. Nec eos tantum, qui tum cum eo contendebant, ſed omnes, qui vnquam vicerant, ſuperauit. Nam &

Olympica certamina.

Vrbanorum numerum extenuatiō.

Gymnicorum certaminum extenuatio.

Equos alendi ſtudium.

tot bigas immiſit, quot bigis ne maximæ quidem vrbes certauerunt: & tam egregias, vt & primus eſſet, & ſecundus & tertius. Adhæc, in ſacrificijs, & alijs, quos feriæ illæ ſolemnes requirũt ſumptibus, tanta fuit liberalitate & magnificentia, vt aliorum publicæ opes illius priuatis minores haberẽtur. Sic autem ab illa feſtiuitate diſceſſit, vt principum virorum felicitas, præ eius gloria, parua videretur: & qui eo tempore vicerant, in admiratione eſſe deſinerent, & ijs, qui in poſterum equos alere inſtituerent, nihil reliqui faceret, quo excellentiam ipſius ſuperarent. Iam de eius in hac vrbe ædilitatibus & gymnaſiarchijs, & trierarchijs dicere me pudet. Tantum enim alijs antecelluit, ut qui tenuius quàm ille rem eam adminiſtrarint, idipſum laudi ſibi ducant. Pro quibus, ſi quis etiam hac ætate gratiam repeteret, de his verba facere videri poſsit Quod aũt ad Remp. attinet, (nec enim hoc prætermittendum eſt, quemadmodum eam nec ipſe neglexit) multò ijs etiam, quorum ſumma gloria eſt, in populum beneuolentior, & beneficentior extitit.

Sacrificiorũ magnificẽtia.

Aedilitates.

Gymnaſiarchiæ.

Trierarchiæ.

Ciuitatis amor.

extitit. Nam alios propter ſemepipſos ſeditiones excitaſſe: eũ verò pro vobis pericula ſubijſſe reperiemus. Nõ enim quod repelleretur ab Oligarchia, ſed cũ ad eam accerſeretur, popularis fuit. & cum ſæpè licuiſſet non tantùm alijs imperare cum paucis, ſed illis ipſis etiam plus poſſe: tamen noluit: ac potius eſſe duxit, iniurijs à ciuitate affici, q̃ remp. prodere. Atq; hæc, dum ſumma rerum adhuc penes populum eſſet, perſuadere vobis nemo potuiſſet. Nunc factę ſeditiones perſpicuè vobis oſtenderunt, qui Oligarchici, qui neutrius ſtatus appetentes, qui vtriuſq; cupidi fuerint. Nam in iis ſeditionibus bis à veſtris inimicis pulſus eſt. Ac in priore, cum primùm eum remouiſſent, populi per eos proſtrata eſt autoritas. In poſteriore, ſtatim poſt veſtri oppreſſionem, primus ipſe fuit, quem exilio mulctarint. Vſq; adeò ſubinde noſtra vrbs ampliſſimos è patris mei felicitate fructus percepit: contra'que publicæ vrbis calamitates in eius caput redundarunt. Enimuerò multi ciuium ei infenſi fuerunt, tanquam regnum affectanti:

Exaggeratio per collationem, & ab occaſione.

Bis urbe pulſus in ſeditionibus.

Refutatio criminis regni affectati.

non quòd factis ſuis eius rei ſuſpitionem daret, ſed quia putabant, cùm ipſam rem omnibus expetendam videri: tum eam eius eſſe potentiam, vt ea facilimè ipſe potiretur. Quò maiorem ei meritò gratiam haberetis, quòd ſolus ciuium is fuit, in quem ea ſuſpitio cadere videretur: & pari tamen in Repub. æquoq; iure cum cæteris viuere voluit. Tam multa porrò ſunt, quæ pro patre meo dicam, vt dubitem cuius nunc mētio facienda, quæ prætermittenda ſint. Semper enim ea maiora mihi videntur, quæ nondum expoſita ſunt, ijs, quæ iam apud vos diximus. Nam illud quoque nemini dubium eſſe arbitror, quin eum neceſſe ſit, rebus ſecundis ciuitatis maximè gaudere, ad quem pars maxima bonorum & malorum redit. Quis autem florente Rep. inter omnes ciues eo fuit vel felicior, vel admirabilior? Quis eâdem afflicta, vel ſpe maiore, vel pluribus opibus, vel ampliore gloria eſt orbatus? An non poſtremò triginta tyrannis imperantibus, alij vrbe duntaxat exularunt: ipſe verò tota Græcia exterminatus eſt? An non Lacedæmonij, &

INVERSIO

Dubitatio.

Cauſæ, cur charam haberet Remp.

nij, & Lyſander non minus laborarunt de eo perimendo, quàm de imperio vobis adimendo: exiſtimantes, muris etiã dirutis, ſe noſtræ vrbi fidere nihil poſſe, niſi illum etiam perdidiſſent, qui eos inſtaurare poſſet: Quare non ex eius beneficijs duntaxat, ſed etiam ex infortunijs, quæ propter vos tulit, eius beneuolentia facilè perſpicitur. Apparet enim eum populo ſuppetias tuliſſe, formam reip. vobiſcum eandem expetiuiſſe: ab ijſdem afflictum eſſe: vnà cùm ciuitate fortunam aduerſam habuiſſe: eoſdem vobiſcum & amicos & inimicos iudicaſſe: omnis generis periculis functum, partim per vos, partim vobiſcum, partim propter vos, partim pro vobis. Fuit igitur ciuis omninò diſsimilis Charicli, iſtius affini, qui ſeruire hoſtibus, ciuibus imperare voluit: qui ocium in exilio egit, in patriam reſtitutus vrbem afflixit. Quis autem eſſe queat, vel amicus nequior, vel hoſtis magis contemnendus: Tu tamen cum ſis affinis illius, & ſub triginta tyrannis ſenator fueris, alios inceſſere non dubitas, ac vetera vulnera refricare:

Congeries.

Recriminatio aduerſariorum.

neq; te pudet ea fœdera violare, quorũ beneficio tu in vrbe manes? Non cogitas, ſi decretũ fuerit, vt veteres offenſæ vindicentur, tibi & ante me, & maiora pericula fore ſubeunda? Nec enim ſcilicet paternorum delictorum ego pœnas dabo: tibi verò tuorum facinorum gratia fiet. Non enim patria pulſus, ſed Remp. vnà gerens: neq; coactus, ſed vltrò: neq; vltor, ſed autor iniuriarum ciues violaſti. Quare ne defenſio quidem iſtorum criminum tibi concedenda erit. Sed de ijs, quæ tum geſta ſunt, fortaſsis aliquando in iſtius periculis dabitur vberior dicendi locus. A vobis autem peto, ne me inimicis, omni præſidio deſtitutum, prædæ eſſe patiamini, neq; exitio mihi ſitis. Nam antè plus ſatis malorum perpeſſus ſum, qui quidem quum primum in lucem prodij, pupillus ſum relictus, patre acto in exilium, matre verò mortua: & annos nondum quatuor natus, in vitæ periculo fui: ac puer adhuc, â triginta tyrannis vrbe ſum eiectus, & cum ij, qui in Pirçeum confugerant, rediſſent, alijq;

Peroratio, cõmiſeratione conſtans.

aliíq; ſuas opes recuperarent: ego ſolus agro, quem nobis populus pro publicatis pecunijs dederat, inimicorum violentia ſum ſpoliatus. Tot igitur calamitatibus conflictatus, & bis amiſſa re familiari: nunc de quinq; talentis cauſam dico: & actio quidem inſtituta eſt de pecunijs, reuera autem id agitur, an in ciuitate mihi manere liceat? Nam cum eædem mulctæ in tabulas publicas referuntu, non omnes ijſdem de rebus in periculum vocantur. Nam diuitum quidem pecunia agitur: inopum verò, qualis ego ſum, dignitas, cuius iacturam exilio acerbiorem duco. Multò enim miſerius eſt, apud ſuos ciues ignominioſè viuere, quàm apud alios agere inquilinum. Vos igitur oro, vt me iuuetis: neq; ab inimicis contumelioſè vexari, aut patria ſpoliari, aut huiuſmodi cladibus nobilitari patiamini. Iure autem res ipſæ mihi à vobis commiſerationem impetrarent, tametſi ego vos eò deducere verbis non ſtuderem: ſi modò commiſeratione digni ſunt, qui nullo ſuo merito periclitãtur, ac ma-

Exaggeratio periculi.

Ignominia.

Exilium.

Petitio.

ac maximis de rebus in diſcrimen vocantur: & fortuna tum ſe tum ſuis maioribus indigna premuntur, & maximis opibus ſpoliati, maximam vitæ mutationem experiuntur. Quamuis autem multa mihi ſunt, quæ deplorem: ob hęc potiſsimum tamen indignor, primum ſi huic pœnas dare cogar, de quo ego ſumere deberem: deinde, ſi propter Olympicam patris victoriam ignominia notabor, ob quam alijs præmia dari video. Præterea ſi Tiſias nunquam de Rep. benemeritus, & in Democratia & in Oligarchia magnus ac potẽs erit: ego cum neutros offenderim, ab vtriſq; malè tractabor: ſi vos in alijs quidem actionibus diuerſam à triginta tyrannis rationem ſecuti, in me eodem animo, quo illi fuerint, eritis: egoq; tum quidem vobiſcum, nunc per vos ciuitate exterminabor.

INVIDIOSVM *facit aduerſarium.*

Hiero-

HIERONIMI VVOLfij argumentum in Trapeziticum.

Ponticus quidam adoleſcens, ſiue Sopæi, ſiue Sinopenſis cuiuſdam (nam ſcriptura variat) apud Satyrum Ponti principem potentis filius, incitatus cupiditate viſendæ Græciæ, cum duabus nauibus frumentoplenis Athenas profectus, Paſionis menſa vſus eſt, in dandis recipiendisq; pecunijs. Accidit autem,ut Sopæus interim regni affectati delatus apud Satyrum, in vincula conijceretur: eiusq; filius, cui hæc oratio ſcripta eſt, quòd cum exulibus conſpiraſſe ferebatur,in Pontum reuocaretur, cum mandato, vt omnem pecuniam legaris traderet: quod ſi recuſaſſet,ab Athenienſibus expoſceretur. Is igitur de Paſionis conſilio, quem ſibi amiciſsimum putabat,patuit: & quæ cęlari nõ poterant, legatis omnia dedit:pecunias verò ſe apud eundem habere negauit, ac in-

acinſuper plura debere commẽtus eſt, vt à tyranno paternis opibus ſpoliatus, aliquid ſubſidij haberet reliquũ. Paſio cum adoleſcentem ab omni parte circũuentum videret, opimam prædam retinendæ pecuniç ſibi oblatam ratus: cum adoleſcens illam repeteret, ſe quicquã quod illius eſſet, habere inficiatur. Miſer ille, in præſentia eam iniuriam & fraudationem æquo animo ferre ac diſſimulare cogitur. Aliquanto pòſt, Sopæo patre, veritate à Satyro cognita, in integrum reſtituto, varijs pactionibus deluſus, diem Paſioni dicit, ſuamq; pecuniam repetit. Status cõiecturalis eſt. In hoc enim cardo totius negotij vertitur: An actor pecunias reliquas apud Paſionem habuerit? Loci inſigniores ſunt: Tyrannicæ amicitię inconſtantia, vt verè dixiſſe Solon videatur: Proceres aulicos calculis arithmeticorum ſimiles eſſe: & fucatæ amicitię pernicies, vt meminerimus, pleroſq; ſibi conſulere, non amicis: proinde videndum, cui fidẽ habeamus. De orationis huius dictione vide Dionyſiũ in vita Iſocratis.

Trape-

TRAPEZITICVS, HOC eſt, oratia menſaria: Hieronymo VVolſio interprete.

MAgna mea res agitur, Iudices. Nec enim tantum de plurimis pecunijs in diſcrimen venio, ſed exiſtimatio quoque mea, quam ego maximi facio, periclitatur, ne aliena iniuſtè concupiſcere videar. Satis enim opum, etiam his fraudato mihi relinquetur. Sed ſi abſq; iuſta cauſa tātam pecuniam petere videbor: ea res perpetuæ mihi infamię fuerit. Eſt autem, iudices, incommodiſsimum in tales incidere aduerſarios. Nam quicquid cum menſarijs agitur, fit ſine teſtibus. Quòd ſi quis ab eis circumuentus eſt: aduerſus eos experiri cogitur, qui & amicorum præſidia habent, & multas pecunias tractant, & propter artem boni viri ac fide digni exiſtimātur. Quæ cum ita ſint: tamē perſpicuè declaraturū confido, à Paſione me tanta pecunia frau-

Attentionis & beneuolētiæ captatio.

Criminatio aduerſarij.

Fiducia cauſæ

Narratio. fraudari. Quare ab initio, ut potero, vobis rem omnem recenſebo. Mihi, iudices, pater Sopæus eſt, quem omnes, *Pater.* qui in Pontum nauigant, ita familiarem Satyro eſſe norunt, vt & amplam prouinciam gubernet, & omnibus copijs militum præſit. Ego verò cum & *Athenienſis nauigatio.* de hac vrbe, & de tota Græcia audiuiſſem: peregrè abire deſideraui. Pater igitur duabus nauibus frumento plenis pecuniaq; data, me ablegauit, ſimul & mercandi & ſpectandi gratia; et quia Pythodorus Phœnix Paſionem mihi *Paſio.* commendarat: eius menſa vſus ſum. Aliquanto pòſt, cum pater meus regni affectati apud Satyrum accuſatus eſſet, egoq; cum exulibus conſpiraſſe diceret: Satyrus & patrem meum in vincu- *Calamitas.* la conijcit, & ad Ponticos negociatores huc ſcribit, vt & pecunias à me auferrent, & ipſum redire domum iuberent. Quod ni feciſſem: à vobis expoſcerent. Tâtis igitur malis, iudices, circumuen- *Paſionis inſidiæ loco conſilij.* tus, apud Paſionem fortunas meas deploro. Nam ita eum complectebar familiariter, vt non pecunias tantùm, ſed alia quoq; eius potiſsimum fidei crederem,

rem. Exiſtimabam autem, ſi pecunias vniuerſas amiſiſſem, & patri meo aliquid accidiſſet: me & hic & illic opibus ſpoliatum, ad ſummam inopiam redactum iri. Sin eſſe mihi pecunias faterer, & poſt Satyri literas, eas poſtulantis, non tradidiſſem: id & patri & mihi grauiſsimas calumnias pariturum. Nobis igitur deliberantibus conſultiſsimum videbatur, vt dicerem, omnia me facturum, quæ Satyrus imperaſſet, & pecunias quas in promptu haberem, traderem: quæ verò apud iſtum eſſent, eas non modò negarem, ſed etiam fœnore plures accepiſſe tum ab iſto, tũ ab aliis ſimularem: omnia deniq; facerem, per quæ illis maximè perſuaderetur, mihi non eſſe pecunias. Tunc igitur, Iudices, putabam, Paſionem mihi cuncta hæc ſuadere ex beneuolentia. Re verò cum Satyri legatis tranſacta: eum fortunis meis tetendiſſe inſidias animaduerti. Nam cum Byzantium nauigaturus, mea recipere vellem: iſte pulcherrimam ſibi occaſionem eſſe datam ratus eſt, quòd & pecunia apud ſe repoſita, magna eſſet, ac digna impudentia: & ego

Deliberatio in re ancipiti.

Paſionis tergiuerſationes et ratiocinationes.

multis audientibus negaſſem, me quicquam habere: nemoq́ ignoraret, me, cum pecunias legati peterent, faſſum eſſe, aliјs etiam me debere, Adhæc, iudices, putabat, ſi hîc manſiſſem: me à ciuitate Satyro deditum iri. Sin aliò me contuliſſem: ſe facilè poſſe negligere querelas meas. Sin rediſſem in Pontũ: me vnà cum patre periturum. Hæc igitur cogitans, me fraudare pecunijs inſtituit. Ac apud me quidem ſimulabat, ſe in præſentia minus à pecunia paratum, reddere non poſſe: ſed cum rem certò cognoſcere volens, Philomelum & Menexenum ad eum miſiſſem: inficiatus apud eos eſt, ſe meum quicquam habere. Tantis igitur ab omni parte malis appreſſo mihi quid animi fuiſſe cenſetis? Nam ſi tacerem: id conſequebar, vt ab iſto pecunijs fraudarer. Sin dicerem: vt & nihilo plus reciperem, & apud Satyrũ mihi ſimul atq; patri maximum crimen conflarem. Optimum igitur eſſe duxi, quieſcere. Poſt hæc, Iudices, mihi nunciatur, & patrem carcere liberatum eſſe: & Satyrum ita pænitere omnium quæ feciſſet, vt patri & fidem

Vnà cum re ſpes etiam amiſſa.

Tragœdiæ in Comœdiam mutatio.

fidem ſuam arctiſsimè obſtrinxerit, & prius imperium amplificarit, & meam ſororem ſuo filio deſponderit. His Paſio auditis, cum me apertè ius meum perſecuturum ſciret: Cittum puerum occulit, qui, quid de pecunijs actum eſſet, conſcius erat. Quem cum ego quæſiturus acceſsiſſem, quòd me nullam actionis meæ probationem euidentiorem habere poſſe crederem: orationem affert audaciſsimam, & iniquiſsimam: me & Menexenum, puerum, qui ad mēſam ſederet, corrupiſſe, & ſex ab eo talenta per fraudem abſtuliſſe. Ne verò id facinus argui, & per tormenta veritas exquiri poſſet: dicebat nos occultaſſe puerum: nunc verò ad ſe accuſandum venire, & eum poſtulare, quem ipſi occuluiſſemus. Hæc cū diceret, & indignabatur, & lachrymabatur, & me ad Polemarchum trahebat, ſponſores poſtulans, neq; prius deſtitit, quàm ſex talentorum ſponſores ei dediſſem. Voca mihi harum rerum teſtes.

Citti pueri occultarunt.

Ex reo accuſator.

Callida ſimulatio.

TESTES.

Serui aſſertio in libertatē.

Teſtes audiuiſtis, Iudices. Ego verò, cum alias pecunias perdidiſſem, de alijs per ſummam contumeliam accuſarer: ipſe inquirendi cauſa in Peloponneſum abij. Menexenus verò puerum hic deprehendit, eumq́ comprehēſum poſtulat in quæſtionem, tum depoſiti gratia, tùm ob ea propter quæ iſte nos in crimen vocarat. Paſio autem tanta fuit confidentia, vt eum pro libero aſſereret: neq; vereretur aut metueret, quem à nobis plagio abductum, & à quo nos tantas pecunias abſtuliſſe dicebat, eundem in libertatem aſſerere, ac prohiberet ne torqueretur. Iam quod omnium grauiſsimum eſt, quum Menexenus puerum à Polemarcho, ſponſione facta, expoſceret, Paſio ſeptem talenta pro eo depoſuit, quaſi liber eſſet. Prodite teſtes.

TESTES.

Simulatio dedendi pueri.

His ita peractis, Iudices, putauit è præteritis actionibus manifeſtè ſuam improbitatem elucere, ſeq; deinceps ea delicta correcturum cenſuit. Itaq; ad nos acceſsit, profeſſus, ſe non recuſare,

quo

quò minus puerum det in quæſtionem. Quęſitoribus delectis, ad Vulcani ædē conuenimus. Ac ego quidem petebam, vt deditus puer flagellaretur, & torqueretur, donec eum vera dicere putarent. Iſte verò eos à ſe lectos, dicebat, non vt carnifices: ſed iubebat verbis, ſi quid vellent, puerum percontari. Orta igitur inter nos controuerſia, quaſitores dixerunt, ſe puerum non eſſe torturos: ſed æquum eſſe pronunciarunt, vt Paſio mihi puerum traderet. Is verò à quæſtione tantoperè abhorrebat, vt de tradendo quidem eis parêre nollet, ſed omne argentum ſoluere paratus eſſet, ſi cōdemnatus ab eis eſſet. Voca teſtes.

TESTES.

Quum autem poſt congreſſus, iudices, omnes eum iniurium & iniquiſsimum hominem iudicarēt: qui puerum, quem ego dixeram ſcire de pecuniijs, cū prius ipſe occultaſſet, à nobis occultatum diceret: poſtea deprehenſum, ut liberum, torquere prohiberet: pòſt, eundem pro ſeruo deditum, tortoribus delectis, verbo torquere iuberet, re non permitteret. His igitur de cauſis ſibi

Preces poſt conſumptos dolos.

nullum patêre effugium, ſi in ius ambulaſſet, exiſtimans: per internuncium me rogauit, vt in templo ſe conuenirem. Quum autem in arcem ventum eſſe, inuoluto capite plorabat, ac paupertate ſe adactnm dicebat, vt iret inficias: ſed breui daturum operam, vt pecunias redderet, meq́ precabatur, vt ſibi ignoſcerem, calamitatemq́ tegerem: ne reſciſceretur, ſe, qui depoſita ſoleret accipere, ad hunc modum deliquiſſe. Ego verò eũ facti pœnitere exiſtimans, concedebam: iubebamq́ rationem inire, qua & ipſi conſuleretur, & mihi ſatisfieret. Triduò pòſt congreſsi, fidem dedimus, omnino tacitum iri quæ acta eſſent: quam ipſe ſoluit, vt vos ipſi progreſſu orationis audietis: ac pollicitus eſt, ſe in Pontum nauigaturum, & ibi aurum redditurum, vt q longiſsimè ab vrbe mihi ſatisfaceret, quò nemo, qui hic eſſet, modum reconciliationis noſſet: & ipſe peregrè profectus, dicere poſſet, quicquid libuiſſet. Quæ ni feciſſet: arbitrium certis conditionibus ſe ad Satyrum delaturum, vt ſeſqui alteræ partis dãnaretur. Con-

Pactio.

ſcriptis

ſcriptis igitur codicillis, in arce congreſsi, Satyroni Pheræo in Pontum nauigare ſolito, pacta cuſtodiēda damus, ea conditione, vt ſi inter nos conueniſſet, ſcriptum combureret: ſin minus, vt Satyro traderet. Hęc, Iudices, inter nos acta ſunt, Menexenus autem, iratus ob crimen, ſibi etiam, à Paſione obiectum, die illi dicta petiјt, vt Cittus dederetur: ac Paſioni mentienti mulcta eadem irrogaretur, quæ ſibi criminis illius conuicto, luenda fuiſſet. Iſte verò, Iudices, me precabatur, vt Menexenum placarem: nihilo enim melius ſecum actum iri, ſi ex pacto æs alienum in Ponto mihi diſſoluiſſet, & hic nihilominus ridiculus fieret. Puerum enim, ſi torqueretur, omnibus de rebus veritatem dicturum. Ego verò petebam, vt arbitratu ſuo cum Menexeno tranſigeret: mihi verò præſtaret quod promiſiſſet. Illo igitur tēpore humilis erat, & quò ſe verteret, neſciebat, nō de quæſtione tantùm & conſtituto iudicio ſolicitus, ſed etiā de ſcripto, ne id à Menexeno deprehenderetur. Cū igitur ęſtuaret,

Tabularū depoſitum.

Tabularum corruptio.

& nullum aliud remedium inueniret; cum Satyronis pueris rem conficit: tatabulas, quæ Satyro reddendæ erant, niſi mihi iſte ſatisfeciſſet, adulterat. Quod cum primum peregiſſet, omniũ hominum factus audaciſsimus, ait, ſe neque in Pontum nauigaturum, neque ſibi mecum rei quicquam eſſe: tabulas coràm teſtibus aperiri iubet. Quid vobis multa dicam, iudices? ſcriptum in tabulis inuentum eſt, eum mihi omnia quæ debuiſſet, perſoluiſſe: neque me quicquam ab eo præterea poſtulare. Rem igitur omnem quàm diligentiſsimè veriſsimeque potui, vobis recenſui. Suſpicor autem, Paſionem è corruptis tabulis petiturum ſibi defenſionem, atque in illis omne ſuum præſidium collocaſſe. Vos igitur me, quæſo, attendite. Spero enim per hæc ipſa illius improbitatem declaraturum. Primùm autē illud cogitate, quum daremus hoſpiti pactionem, qua iſte ſibi omnia remiſſa eſſe aſſerit, ego verò aurum mihi reddendum eſſe affirmo: iubebamus hoſpitem, ſi inter nos tranſegiſſemus, cõburere tabulas; ſin minus, Satyro reddere,

Tabulas corruptas eſſe probare intendit.

Confeſſa ab utroque.

dere. Et hæc eſſe dicta, vterq; noſtrum confitetur. Quid verò nobis in mentem venisſet, iudices, vt iuberemus eum tabulas reddere Satyro, niſi inter nos cōueniſſet: ſiquidem Paſio cauſa liberatus fuiſſet, re ad exitum deducta? An non euidens eſt, nos eam pactionem ita feciſſe, quaſi res nondum tranſacta eſſet, de qua iſtum ex tabulis mihi ſatisfacere oportebat? Iam cauſam ego dicere poſſum, iudices, ob quam iſte promiſerit, ſe aurum redditurum. Cum enim nos ex criminibus apud Satyrum erepti eſſemus, nec ipſe. Cittū depoſiti conſcium occultare poſſet: exiſtimauit, ſi puerum in quæſtionem dediſſet, ſuas machinationes deprehenſum iri. Sin id non feciſſet, ſe eſſe condemnandum. His igitur de cauſis mecum tranſigere voluit. Iubete autem iſtum indicare, cuius ego lucri ſpe, aut cuius periculi metu, ipſum crimine liberarim? Quòd ſi nihil horum vobis oſtendere poterit: an non æquius erit mihi credi de tabulis, quàm iſti? Enimuerò Iudices, hoc facilè intelligitur, ſi veritus eſſem, vt actio à me probari poſſet: licuiſſe mihi,

Ab abſurdo.

A cauſa

Sibi nullam fuiſſe cauſam talis pactionis conſcribendæ.

etiam nulla pactione facta, cauſa deſiſtere. Iſtum verò, tùm propter quæſtionem, tùm propter cauſæ dictionẽ apud vos, non extra periculum eſse potuiſse, niſi ego accuſator aſſentirer. Quare nõ me de abſolutione, ſed iſtum de ſolutione pactionem facere oportuit. Deinde

Ab abſurdo. id quoq; mõnſtri ſimile eſt, me priuſquã tabulæ conſcriberentur, rei ſic diffiſum eſſe, vt Paſioni non tantùm cauſam omnem remiſerim, ſed etiam pactionem de ea fecerim. Poſtquam verò euidentiſsimo iſto teſtimonio me ipſe damnarim: tùm demum apud vos iudicio experiri voluiſſe. Quis verò eſt, qui ſuis

Ab aduerſarij poſtulatione. de rebus talia conſilia inire velit? Illud autem argumentum omnium euidentiſsimum eſt, Paſionem in pactione nõ abſolutum, ſed ſe aurum velle reddere pollicitum fuiſſe. Nam cum ei Menexenus diem dixiſſet, tabulis nondum adulteratis: miſſo Agyrrio, qui eſt vtriq; noſtrûm familiaris, petebat, vt aut Menexenum placarem, aut pactionem ſecum initam abrogarem. Atqui Iudices, num putatis eum fuiſſe poſtulaturum, vt pactio aboleretur, qua nos, ſi

menti-

mentiremur, conuicturus erat? Non ille quidem mutata iam ſcriptura eadem illa dixit, ſed in omnibus ad eam confugit, & tabulas reſignari iuſsit. Eum igitur pactionem primum abolere voluiſſe, vti conſtet: ipſum Agyrrium teſtem producam. Aſcende.

TESTIMONIVM.

Nos igitur pactionem feciſſe, non vt Paſio dicere auſus eſt, ſed vt ego vobis expoſui: ſatis eſſe demonſtratum arbitror. Neq; verò mirandum eſt, eum tabulas adulteraſſe, non eò tantùm, quod multa iam talia facta ſunt: ſed etiam, quòd quidam Paſionis familiares, his multò grauiora commiſerunt. Pythodorum enim, cognomento Tabernarium, qui pro Paſione omnia & dicit & facit, quis veſtrûm ignorat, anno ſuperiore vrnis reſignatis eos exemiſſe iudices, qui à ſenatu iniecti fuerant? Is igitur, qui ob rem paruulam, capitis adire periculum auſus eſt, vt has aperiret, quæ quidem & à conſulibus & ab ædilibus conſignatæ erant, & à quæſtoribus cuſtodiebantur, & in arce

Potuiſſe tabulas à Paſione corrũpi.

Pythodori audacia.

A maiori.

in arce aſſeruabantur: quid miri eſt, ſi tabulas apud hominem peregrinum ſitas, tantam pecuniæ vim lucraturi, ſeu pueris eius perſuaſis, ſeu alio quopiam modo re confecta, adulterarunt? De his igitur, haud ſcio plura dicere quorſum attineat. Iam autem Paſio quibuſdam perſuadere conatus eſt, mihi prorſus nullas pecunias hic fuiſſe, quod à Stratocle trecentos ſtateres ſim mutuatus. Quare operæ precium eſt, de his etiam audire: vt ſciatis, quibus argumentis fretus, me pecunijs fraudet. Ego iudices, Stratocle in Pontum nauigaturo, cum inde quàm plurimas pecunias exportare vellem, precatus ſum Stratoclem, vt ſuum aurum mihi relinqueret. Idq; in Ponto à patre meo reciperet: magni lucri id inſtar eſſe putans, ſi mea pecunia in nauigatione non periclitaretur, præſertim cum eo tempore Lacedæmonij maris imperium tenerent. Hoc igitur ſigno eum non probaturum, me pecuniam hic non habuiſſe: mihi verò aurum apud iſtum fuiſſe, firmiſſimas probationes ea ipſa eſſe, quæ cum Stratocle égi, confido. Nam Stratocle

Confutatio ſe habuiſſe pecunias.

Inuerſio.

tocle interrogante, quiſnam ſibi pecuniam reddidurus eſſet, ſi pater ea quæ literis continerentur, non feciſſet, aut ipſe reuerſus, hic me non reperirit: ad Paſionem cũ adduxi, qui ſe & ſortem et vſuras ei redditurũ promiſit. An verò putatis, ſi nihil apud eum depoſitum habuiſſem, eum tam facilè tantæ pecuniæ ſponſorẽ futurum? Prodite teſtes.

TESTES.

Fortaſsis autem, iudices, de illo etiam teſtes producet, me apud Satyri procuratores negaſſe, quicquam habere, præter ea, quæ ipſis tradidiſſem: item, ipſum merces meas inuaſiſſe, me confitente triginta ei drachmas debere: & Hippolaidam, hoſpitem & familiarem meum, à ſe mutuum ſumere permiſiſſe. Ego verò, iudices, illis quæ dixi malis circumuentus, tum ijs quæ domi habueram, ſpoliatus, tùm quæ hic erant, legatis dare coactus: cum nihil mihi reliquum eſſet, niſi ſi quid cælare poſſem, retento auro, quod apud iſtum depoſitum erat: fateor me & de trecentis drachmis eſſe confeſſum, & cæteris in rebus ea & dixiſſe, & egiſſe, per quæ illis *Translatio cauſæ.*

facili-

facilimè perſuaſurum opinabar, nihil mihi eſſe. Quæ nō ex inopia me feciſſe, ſed ut illis fidem facerem: facilè intelligetis. Primum autem teſtes producam, qui me ſciunt magnas opes è Ponto attuliſſe. Deinde eos, qui viderunt me iſtius menſa vti: quin illos etiam â quibus eo tempore amplius mille ſtateres aureos alia pecunia commutaui. Præterea, tributo nobis imperato, atq; alijs cenſibus habitis, ego plurimum inter omnes hoſpites contuli, tum ipſe, tum mei: ac mihi quidem tributum maximum inſcripſi, pro Paſione autem deprecatus ſum quæſtores, quòd is meis pecunijs vteretur. Prodite teſtes.

TESTES.

Paſionis re ipſa teſtimonium.

Ipſe prętereà Paſio, non quidem verbis, ſed facto ipſo mihi teſtimonium hac de re perhibebit. Nauem enim onerariam, cui ego multas merces impoſueram, quidam detulit, quaſi Delij cuiuſdam eſſet. Quum verò ego eam mihi aſſererem, & in portum ſubduci iuberē: quidam eorum, qui calumniando quæſtum faciunt, ea conſilia inierant, ut penè indicta cauſa ego perijſſem. Tandem

dem

dem verò perſuaderi ſibi paſsi ſunt, ut vades à me acciperent. Ac Philippus paternus hoſpes accerſitus, venit ille quidem: ſed periculi magnitudine perterritus, ſe ſubduxit. Paſio verò Archeſtratum menſæ præfectum mihi exhibuit, ſeptem talentûm ſponſorem. Atqui ſi parua duntaxat iactura fuiſſet facienda, & me nihil hîc habere ſciuiſſet: nequaquam pro me tantam pecuniam ſpopondiſſet. Sed euidens nimirum eſt, eum mihi gratificantem, trecentas à me drachmas poſtulaſſe, & ſeptem talentûm ſponſorem eſſe factum: cum exiſtimaret, ſatis ſibi cautum eſſe auro meo apud ſe depoſito. Me igitur multum pecuniæ habuiſſe, eamq́ in huius menſa depoſitam: tum factis Paſionis vobis probaui, tùm è rei gnaris audiuiſtis. Sic autem, iudices, vt mihi quidem videtur, rectiſsimè percipietis omnem controuerſiam, illa tēpora ſi recordemini, & quo loco res noſtræ fuerint, ſpectetis, quū ego Menexenum & Philomelum miſi, qui depoſitū repoſcerent, ac Paſio primū abnegare auſus fuit. Patrem enim meum fuiſſe com-

Commonefacit Iudices temporum ſuorum.

comprehenſum, & opibus vniuerſis priuatum: neq; mihi licuiſſe (qui ſtatus rerum mearum tum fuit) vel hic manere, uel nauigare in Pontum, reperietis. Atqui vtrum veriſimilius eſt, me in tantis calamitatibus iniuſtè accuſare: an Paſionem, tum noſtris ingentibus malis, tum magnitudine pecuniæ impulſum, fraudare nos voluiſſe? Quis verò vnquam adeò calumniarum cupidus extitit, vt ipſe in vitæ periculo conſtitutus, alienis opibus inſidiaretur? qua ſpe, quo conſilio contra iſtum iniuſtè veniſſem? An vt meam potentiam reformidans, mox argentum mihi numeraret? Atqui non ita cum vtroq; noſtrûm agebatur. An verò negocio in forum deducto, etiam præter æquitatem, meliore conditione futurus eram apud vos, quàm Paſio? At ne hic quidem manere parabam, cum timerem, ne me Satyrus depoſceret. An ut nullo meo commodo iſtum inimicum haberem? At nemo in tota vrbe fuit, quo familiarius vtebar. Et quis veſtrûm eſt, qui me tantæ inſaniæ & inſcitiæ condemnaret? Eſt autem, iudices, operæprecium

Probabilius eſſe, Paſionem depoſitū abnegaſſe, quàm accuſatorem falſò poſtulaſſe.

precium conſiderare, quàm abſurda & minimè credenda, Paſio ſemper dicere inſtituat: Cum enim ita mecum ageretur, vt etiam ſi fateretur, me pecunijs à ſe fraudari, perſequi tamen iniuriam non potuiſſem: tùm criminatur me iniuſtè litem inferre conatum eſſe. Cum autem, reconciliata Satyri gratia, iſtum omnes iudicio cõuictum iri crederent: tum demum ait, me totam ſibi litem cõdonaſſe. Quo quid fieri poteſt abſurdius? Neq; verò in his tantùm, ſed cæteris etiam in rebus ſibi contraria tùm dicere, tùm agere, palàm deprehenditur: qui cum puerum, quem ipſe occultarat, plagio per nos abductum conqueſtus eſſet, eundemq́;, cùm cenſus ageretur, prò ſeruo cum cæteris famulis inſcripſiſſet: vbi Menexenus eum in quæſtionem poſtulauit, pro libero aſſeruerit: deinde cum depoſito nos fraudaret, criminari non dubitarit, nos à ſua menſa ſex talenta accepiſſe. Enimuero quum in rebus ita manifeſtis mentiri non dubitet: quid ei fidei habendū eſt de ijs, quæ ſolus cum ſolo egit? Poſtremò iudices, cum ſe ad Satyrum na-

Abſurditatē mendaciorū Paſionis coarguit.

uigaturum, & quicquid ille pronunciaſſet, facturum promiſiſſet: etiã in eo me decepit. ac ipſe quidẽ nauigare noluit, ſæpe me poſtulante, ſed Cittum miſit: qui cum eò veniſſet, ſe hominem ingenuum eſſe dixit, genere Mileſium, atque à Paſione miſſum, vt exponeret, quid actum eſſet de pecunijs. Satyrus autem vtroque noſtrum audito, ius quidẽ dicere, de cõtractibus hic factis, noluit: quum præſertim iſte nec adeſſet, nec, quod illic decerneretur, facturus eſſet. Sed tam inſignem iniuriam mihi fieri iudicauit, vt nauicularios conuocatos rogarit, vt opem ferrent, neque iniuria me affici paterentur: & ſcriptas ad ciuitatem veſtram literas Xenotimo Cancri filio perferendas dederit. Lege.

Citti Pontica nauigatio.

LITERAE. Cùm autem, iudices, tanta meæ cauſæ ſit æquitas, illud euidentiſſimum ſignum eſſe arbitror, me pecunijs à Paſione fraudari, quòd puerum depoſiti conſcium, in quæſtionem dare noluit. Quæ enim contra menſariũ alia probatio euidentior eſſe poſsit? Nec enim ſcilicet teſtes adhibemus. Video autem

Repetitio firmiſsimi argumenti.

autem vos quoq;, neque publicis, neq; priuatis in rebus, quicquam fide maiore dignum, aut verius exiſtimare tormentis: ac fieri quidem poſſe, vt aliqui ſubornentur, qui teſtes ſint rerum non factarum: per cruciatus autem extorta teſtimonia perſpicuè oſtendere, vtri vera dicant. Quæ iſte haud ignorauit: eaq; de cauſa vos coniectura vti, quàm rem verè intelligere maluit. Neq; verò dicere poteſt, quæſtiones pro nobis potius, quàm pro ſe futuras fuiſſe: propterea q; ſe puerum dedere noluiſſe. Omnes enim ſcitis, ei, ſi cõtra iſtum dixiſſet, per omne vitæ ſuæ tempus, ſummam iſtius crudelitatem fuiſſe perferẽdam. Sin animi conſtantia tormentorum acerbitatem ſuperaſſet: tùm libertate donandum, tùm fraudatæ pecuniæ participem futurum fuiſſe. Etſi autem tanto meliore conditione futurus erat: conſcientia tamen facinorum æſtuans, & iudicium detrectare, & alias criminationes ſubire maluit: vt ne quid certi de negocio, per quæſtiones, comperiretur. Itaq; vos rogo,

Locus cõmunis pro quæſtionibus.

Occupatio.

Petitio.

iudices, vt horum memores, Paſionem condemnetis: neq; arbitremini, me ita eſſe improbum, vt qui in Ponto habitem, & tantas opes habeam, ut alijs etiã benefacere poſsim, Paſionem calumniaturus aduenerim, & de falſis depoſitis accuſaturus. Eſt etiam Satyri & patris mei habenda ratio, qui longo iam tempore vos inter omnes Græcos maximi faciunt; qui quum ob frumenti penuriam ſæpe naues aliorum mercatorum vacuas dimiſerint, vobis exportandi facultatem dederunt. In priuatis etiam contractibus, quorum illi iudices ſunt, non tantùm pari, ſed etiam liberaliore iure diſceditis. Quare vos eorum literas parui facere non decet. Quæſo igitur vos, vt & propter me & propter illos, ea quæ iuſta ſunt decernatis: neq; Paſionis ementitam orationem, plusq̃ cauſæ meæ veritatem, valere patiamini.

Paterna beneficia.

Hie-

HIERONYMI VvOLſij Paragraphici argumentum.

LYſander dux Lacedæmoniorũ, victis Athenienſibus ad Aegoſpotamos, & vrbem cæpit, & muros diruit, & democratiam in oligarchiam mutauit: triginta viris ad gubernandam vrbem delectis, qui pòſt à ſæuitia tyranni ſunt appellati: ortaq; ſeditione, tãdem à Thraſybulo in ordinem coacti. Is pacatis turbis legem tulit de obliuione iniuriarum, quæ ſuperioribus temporibus vltrò citroq; factæ eſſent. Quidam igitur à ſycophanta Callimacho accuſatus, de ereptis illi in Oligarchia pecunijs, cùm ſtatu translationis vtitur, & litem intendere de actis illorum temporum licere negat: tum, ut actio Callimacho danda eſſet, nullam ei tamen à ſe factam eſſe iniuriam oſtendit, ne recta quidem defenſione detrectata.

EXCEPTIO ADVERſus Callimachum, Oratio V. Hieronymo Vvolfio interprete.

Occupatione præfatur de lege exceptionis.

SI qui etiam alij talem exceptionem in forum attuliſſent: ab ipſa re exorſus eſſem. Nunc de lege primùm dicere neceſſe eſt, qua in iudicium venimus: vti controuerſia, quæ inter nos eſt, cognita, pronuncieris: nemoq; ueſtrûm miretur, me, qui reus ſim, priorem dicere accuſatore. Poſtquam è Piræeo in vrbem reuerſi, quoſdam ciues ad calumniandum vidiſtis incitatos, qui pacta ſoluere inſtituerent: tum vt illos compeſceretis, tum vt alijs oſtenderetis, vos non coactos, ſed vtilitate Reipublicæ adductos, pacificationem admiſiſſe: Archino rogante, legem ſciuiſtis, ſi quis actionem contra datum iuſiurandum inſtitueret, vt reo, ſtatu translationis vti liceret, vtq; prætores

prætores

prætores ea de re inprimis referrent, & is priore loco diceret, qui crimen præſcriptione ſummoueret: uter verò ſuccubuiſſet, is mulctam ſolueret: vt qui veteres offenſas renouare [auderent, non periurij tantùm conuincerentur, neque diuinam duntaxat vltionem expectandam haberent, ſed confeſtim etiam pœnas darent. Iniquum igitur eſſe duxi, quum hæc legibus cõſtituta eſſent, calumniatorem tantum triginta drachmarum periculo certare: rem verò meam totam familiarem in diſcrimen venire. Oſtendam autem, Callimachum non tantùm contra fœdera litem intendere, ſed falſa etiam crimina comminiſci, & arbitri quoque ſententiam interceſſiſſe: ac rem vobis omnem, vt ab initio geſta eſt, exponam. Nam hoc vbi cognoueritis, nullam ei à me ortam eſſe iniuriam: vos & fœdera libentius defenſuros arbitror, & iſti fore iratiores. Decemuiris, qui poſt triginta tyrannos conſtituti fuerunt, imperantibus, accidit, ut ego cum Patrocle,

Docilitas.

Narratio.

Decemuiri.

qui tum regem agebat, familiari meo ambularem. Is Callimacho inimico ſuo, qui me nunc accuſat, pecuniam ferenti factus obuiam, cum eā erepturus eſſet: ſe ſi vellet, ei relicturum ait: oportere enim publicari, quòd ex ijs eſſet, qui in Piræeum confugiſſent. Qua de re contentione orta, factisq; mutuis conuicijs, cùm alij multi concurrerunt, tum forte fortuna Oeno etiam, unus è decemuiris acceſsit. Mox igitur Patrocles ad eū de pecunijs refert: is ad collegas iſtorū vtrunq; ducit. Qui cum ſenatus autoritati rem permiſiſſent, facto iudicio decretum eſt, pecuniam illam eſſe publicam. Pòſt, quum exules è Piræeo redijſſent, de Patrocle querebatur, eumq; accuſabat, ut autorem illius calamitatis. Reverò cum illo tranſacta, & decem minis extortis, Lyſimachum criminabatur, acceptisq; ab eo etiam ducentis drachmis mihi negocium faceſſebat: ac primum quidem illud afferebat, me adiutorem illis fuiſſe: tandem autem ita frontem perfricabat, ut omnem culpam in me vnum conferret: quæ fortaſsis etiam nunc afferre audebit. Ego verò

Exceptio pecuniæ.

Patroclis & Lyſimachi mulcta.

Rei accuſatio

teſtes

teſtes ad vos producam, eos primùm, qui ab initio interfuerunt: vti conſtet, me eum nec apprehendiſſe, neq; pecuniam attigiſſe: deinde collegas etiam, qui ſciunt, Patroclem, non me, rem ad ipſos retuliſſe: atq; etiam ſenatores, è quorum teſtimonijs cognoſcetis, illum fuiſſe accuſatorem. Age, voca rerum harum teſtes. *Teſtium contrà productio*

TESTES.

Quum igitur tam multi actis illis interfuerint: tamen iſte, perinde ac ſi nemo eſſet conſcius, cùm ipſe in circulos ſeſe ingerens, & in officinis ſedens, verba faciebat, ut qui peſsimè à me tractatus, pecunijsq; ſpoliatus eſſet: tum eius familiares quidam me conueniebant, ſuadentes, ut cum eo controuerſiam illam tranſigerem, nec malè audire vellem, aut in magnæ pecuniæ periculum venire, etiamſi mihi optimam habere cauſam viderer. Multa enim in iudicijs præter opinionem euenire: & apud vos, in ferendis ſuffragijs, caſum potius quàm æquitatem dominari. Quare vtilius & conducibilius eſſe mihi, paruo ſumptu magnis criminibus liberari, *Sycophāticæ artis deſcriptio.* *Tranſactio.*

quàm nulla pecunia numerata, tantum periculum ſubire. Quid vobis ea ſingulatim commemorem, quæ à me pleraq; prætermiſſa, de huiuſmodi negocijs dici ſolent? Tandem igitur parui (nam omnem veritatem vobis dicam) ac ducentas iſti drachmas dedi. Ne verò de integro calumniari liceret, arbitrũ certis conditionibus Nicomachum Batenſem ſumpſimus.

TESTES.

Calumniæ redintegratio.

Xenotimus.

Ac primùm pacta iſte ſeruabat: deinde conſilio initio cum Xenotino, qui & leges adulterat, & iudicia corrumpit, & magiſtratus vexat, malorum deniq; omnium autor eſt, die dicta, decem millia drachmarum à me poſtulat. Cum autem ego, teſtibus productis, actionem dari poſſe negarem, quòd arbitrium interceſsiſſet: litem non perſequutus eſt. Sciebat enim, niſi quintam ſuffragiorum partem tuliſſet, ſibi mulctam fore ſoluendam. Sed agendi poteſtate à magiſtratu impetrata, rurſus eandem mihi actionem intendit: vt minore

nore periculo ſportularum duntaxat, experiretur. Ego verò animi dubius, quò in his malis me verterem: tandem conſultiſsimũ eſſe duxi, æquato vtrinque diſcrimine, in iudicium venire. Ac res ita actæ ſunt. Audio autem Callimachum in animo habere, non tantùm falſa mihi crimina impingere, ſed arbitrium etiam negaturum: & huiuſmodi orationem eſſe meditatũ, ſe nunquam Nicomachum ſumpturum arbitrum fuiſſe, quem olim nobis familiarem eſſe ſciret: nec eſſe conſentaneum, ducentas pro decies mille drachmis accipere voluiſſe. Vos autem conſideretis velim, primùm nos ad arbitrum veniſſe, re non controuerſa, ſed pactione factâ. Quare nihil abſurdi fecit, ſi Nicomachum arbitrum dedit: ſed id potius eſſet inconueniens, ſi re iam tranſacta, de arbitro rixaretur. Deinde, ſi quidem illi decies mille drachmæ deberentur; non veri eſſet ſimile, duabus minis fore contentum. Sed cum iniuſtè criminaretur, & per calumniam; nihil miri eſt, tantillum accipere voluiſſe

Refutatio aduerſarij rationum.

A differẽtia.

voluiſſe. Præterea ſi multa poſtulauit, pauca exegit: non eo argumento probat, arbitrium non interceſsiſſe: ſed illud potius, ſe nos initio per iniuriam accuſaſſe. Miror autem eum, qui ſe poſſe intelligere putet, non eſſe veriſimile, ſe pro decies mille drachmis ducentas accipere voluiſſe, me excogitare non potuiſſe, credere, ſi mentiri voluiſſem, dicendum fuiſſe, me longè plus numeraſſe? Peto autem, quantum ei argumentum eſt arbitrij non interpoſiti, quòd in accuſatione perſcripta non obtinuerit: ut tantum mihi quoq; illud ſignum ſit, me de arbitrio vera dicere, quòd teſtem reum peragere ne voluiſſe quidē illum conſtat. Ceterū, ſi nec arbitrium factū eſſet, nec vlli de re teſtimonium dicerent, ſed coniecturis duntaxat nitendum eſſet: ne ſic quidem vos non facile quid iuſtum eſſet, cognituros arbitror. Nam ſi hactenus alios etiam læſiſſem: non immeritò ſtatueretis, me erga iſtum etiam deliquiſſe. Nunc, me neminem ciuium vel pecunijs mulctaſſe, vel in periculum capitis adduxiſſe, vel deletū è ſocietate reipub. in

Inuerſio.

Commune argumentum

Ab anteacta uita.

Exaggeratio ab occaſione.

in * Lyſandri catalogum inſcripſiſſe conſtabit. Atqui triginta tyrannorum improbitas, multos impulit ad talia facienda. Delinquentes enim non modò non puniebant, ſed quibuſdam etiam vt delinquerent imperabant. Nemo autem me, vel ſub illorum imperio, tale quicquam admiſiſſe inueniet. Iſte verò ſibi factam iniuriam conqueritur, eiectis iam triginta tyrannis, & Piręeo occupato, & populo rerum potiente, quũ iam de pacificatione ageretur. An verò creditis, eum qui ſub triginta tyrannis modeſtè ſe geſſerit, iniurias in id tempus faciendas reſeruaſſe, quo cæteros ſuorum facinorum pœnitebat? Quid verò dici poteſt à veritate abhorrẽtius, quàm me, qui inimicorum vlciſci neminem voluerim, iſtum lædere inſtituiſſe, cum quo nihil vnquam rei mihi fuerat? Ac me quidem in cauſa non fuiſſe, ut eius pecunia publicaretur: ſatis oſtenſum eſſe puto. Iſti autem non licuiſſe afferre in iudicium illorum temporum controuerſias, ne tum quidem, ſi feciſſem omnia quæ ille arguit: è fœderibus cognoſcetis. Cape libellum.

Piſandri.

A maiori.

Tranſit à recta denſenſione ad translationem.

FOEDE-

FOEDERA.

An non igitur iuſtam præſcriptionis meæ cauſam habui, quum apertè fœdera omni periculo liberent tam delatores, quàm quadruplatores, atque alios qui ſimile quippiam deſignarunt: egoq́ oſtendere poſsim, me neq; hæc egiſſe, neq; aliud quicquam deliquiſſe? Lege etiam iuſiurandum.

IVSIVRANDVM.

A iudicio ciuitatis.

Ferendum igitur iudices, quum taliæ fœdera ſint, & tali iureiurãdo firmata, vt Callimachus eloquẽtia ſua fretus, ſe vobis perſuaſurum eſſe putet, ut his cõtraria decernatis? Quòd ſi actorum ciuitatem pœnitere videret: minus eſſet mirandum. Nunc, non ferendis tantum legibus oſtendiſtis, vos fœdera magnifacere: ſed etiam Philonem Cœlæum, delatum falſæ legationis, cum rem ipſam tueri nullo modo poſſet, tamẽ ob hoc vnũ quòd fœdere nitebatur, & dimiſiſtis, & ne iudiciũ quidem de eo facere voluiſtis. Cum autem ciuitas illis etiam parcẽdum eſſe cenſeat, qui ſe deliquiſſe fatentur: iſte prorſus innocentes calumniati non dubitat? Atqui ne

Philonis Cœlæi abſolutio.

A maiori.

illud

illud quidem eum præterit, Thraſybulum & Anytum, tum in vrbe potentiſſimos, tum pecunijs multis ſpoliatos, quamuis quadruplatores norint, tamē eos in ius vocare non audere, neq; meminiſſe iniuriarum. Etſi enim cæteris in rebus plus alijs poſſunt: quod ad fœdera tamen attinet, æquo & pari iure cum cæteris viuendum ſibi cenſent. Neq; hi ſolum hac æquitate vſi ſunt, ſed nec veſtrum quiſquam talem actionem inſtituere auſus fuit. Atqui committendum vobis non eſt, ut iuſiurandum, quod in veſtris negocijs ſeruatis, propter iſtius calumniā negligatis: &, cum priuatas trāſactiones autoritate publica ſanciatis; ciuitatis conuentiones priuatim à quolibet euerti patiamini. Illud autem inprimis admiratione dignum fuerit, vos, dum obſcurum eſſet adhuc, vtrum reconciliatio è republica futura eſſet, nec ne? ita eam iureiurando firmaſſe, ut etiamſi nō expediret, ſtare tamen conuentis neceſſe eſſet: ſi nunc demum, poſtquam euentus tam fœlix fuit, ut etiamſi fides data non eſſet, hanc reipublicæ formam conſeruari deceret,

Thraſybulus & Anytus.

A maiori & ab euentu.

decerer, à iureiurando recedetis. Cum iis qui fœdera delenda eſse dixerunt, fueritis irati: iſtum, qui ea iam in literas relata frangere audet, impunè dimittetis? Sed neq; iuſta, neq; vobis digna, neq; prioribus veſtris decretis cōſentanea faceretis. Cogitate autem, vos maximis de rebus iudicaturos conueniſſe. De fœderibus enim ſuffragia laturi eſtis, quæ nullo vnquam tempore, neq; vobis erga alios, neq; aliis erga vos neglexiſſe profuit. In quibus tanta vis eſt, ut pleręq; res tum Gręcorum, tum Barbarorum ex pactis & conuentis tranſigantur. His enim freti conuenimus, & mutua commercia agitamus: Per hæc inter nos contrahimus: per hęc cùm priuatas inimicitias, tum communia bella deponimus. Hoc vno, tanquã communi bono, homines omnes vti nõ deſiſtimus. Quare cùm omnium officium eſt, fœdera tueri, tum noſtrum in primis. Nec enim diu eſt, cũ nobis bello ſubactis, & in hoſtium poteſtatem redactis, quo tempore noſtram vrbem multi euerſam volebant, ad iuſiurandũ & fœdera confugiendum fuit: quæ ſi

Locus communis, in cõmendationem fœderum.

Ab exemplo Atheniensiũ.

Lacedæmonij violare auderent, quantopere quiſq; veſtrûm indignaretur? At quid abſurdius, quàm de his rebus aliqs accuſare, quibus ipſe ſis obnoxius? Quis verò nobis iniuriã fieri crederet, ſi malè tractaremur contra fœdera, quæ nec ipſi magni facere videremur? An verò nobis alij fidem habituri ſunt, ſi eam fidem, quam ipſi mutuò dedimus, adeò temere ſoluemus? Operæprecium porrò eſt, illud etiam meminiſſe, noſtram vrbem cum maiores noſtri multa præclarè bello geſſerint, ob hanc reconciliationem vel inprimis celebrari. Nam in prælijs multæ vrbes oſtendi queant, quæ ſtrenuè dimicarint: de cõcordia verò nemo vllam proferet, quæ prudentius noſtra deliberarit. Iam earum rerum, quæ in acie geruntur, maximam partem ſuo quaſi iure Fortuna vendicat. Hæc autem erga nos moderatio, eſt noſtræ prudentiæ tribuenda. Quare gloria hæc minimè proijcienda eſt. Neq; verò me quiſquam putet excedere modum, aut rem nimis exaggerare, propterea quòd in priuato periculo hęc verba feci. Nec enim ego tantum

Collatio cum prælijs.

Priuatum periculum cum publico coniungit.

Xx depo-

de poſtulatis pecunijs in diſcrimen venio: ſed vt ego de his, ſic vos de ijs, quæ paulò antè dicta ſunt. Quibus de rebus neq; pro dignitate quiſquã dicere, nec pœnã ſatis grandem conſtituere poſsit. Tantum enim inter hoc iudiciũ & alia intereſt, ut ad reos cætera duntaxat attineant: in hoc verò, periculum cõmune ciuitatis agatur. De hoc bis iurati ſententiã dicitis: ſemel, de more iudiciorum, iterum propter fœdera. Si in hoc iudicio ab æquitate aberrabitis: non vrbis noſtrę tantum, ſed & cõmunes omnium leges violabitis. Quare minimè vos decet, vel gratiæ, vel lenitatis, vel vllius rei alterius in dicenda ſententia, niſi iuriſiurandi rationem habere. Ac decere quidem & expedire & iuſtũ eſſe, vt ſic de fœdere ſentiatis: nec ipſum Callimachum negaturũ arbitror. Suam autẽ inopiam fortaſſe deplorabit, & acceptam calamitatem, & nihil poſſe iniquius aut crudelius fieri quiritabitur, quàm, ſi mulctã etiã in democratia ſoluere cogatur pro ijs pecunijs, quas in Oligarchia ui ſpoliatus amiſerit, ac tum propter opes ſuas exulare ſit coactus:

Aduerſariarũ rationum cõfutatio.

nunc

nunc eo tempore, quo vlciſcenda ſibi eſſet iniuria, ignominia ſit notandus. Accuſabit eos etiã, qui mutata repub. in vrbe manſerunt, vt ea re ad maximã vos indignationem concitet. Fortaſsis enim audiuit ex aliquo vos, ſi ſontes nõ deprehenderitis, obuios punire. Ego verò nec eo vos animo eſſe puto, & ad iſtiuſmodi rationes facilè poſſe reſponderi cenſeo. Ac quod ad lamentationes attinet, vobis iuuãdos eſſe dico nõ eos, qui ſe calamitoſiſsimos eſſe declararint: ſed, qui cauſam, de qua litem conteſtati ſunt, ęquiorẽ eſſe probarint. De mulcta verò, ſiquidem iſtarũ rerum ego autor eſſem, haud iniuria, ſi pœna luẽda eſſet, illius vicẽ doleretis: nunc ipſe is eſt, qui calũnietur. Deinde illud etiã conſiderabitis, omnes eos, qui è Piræeo in vrbem ſunt reuerſi, eadẽ quæ iſtũ, poſſe dicere: quorum alius nemo auſus eſt tale ſubire iudicium. Atqui odio proſequendi ſunt homines iſtiuſmodi, & mali ciues habẽdi, qui in ijſdem malis cum cæteris verſati, alias q̃ cæteri pœnas ſumere volunt. Præterea, nunc etiã ei eſt integrũ, priuſquam veſtræ ſententiæ periculum

Miſericordiã excludit.

Translatio cauſæ.

Communis querela.

Periculũ penes ipſum.

faciat, actione omiſſa, toto negocio libe-rari. Nonne autem abſurdum eſt, iſtum in eo periculo à vobis petere miſericordiam, quod penes ipſum eſt, & in quod ſeipſe coniecit, & quo etiam nunc liberari poteſt? Si verò earum rerum quæ in Oligarchia geſtæ ſunt, obliuiſci nequit: ab eodem poſtulate, ne accuſet ea de quibus nemo reſponſurus eſt: ſed vt illud doceat, me pecunias abſtuliſſe, de quo vobis pronunciandum eſt, neque oſtendat, ſe indignis tractatum eſſe modis: ſed me feciſſet probet, à quo recuperare ſtudet. Nam ſe quidem calamitoſum eſſe, quemuis ciuium accuſando poterit oſtendere. Decet autem apud vos magni eſſe momenti, non eas accuſationes, quibus etiam contra inſontes vti liceat: ſed eas, quæ non niſi in autores iniuriarum conueniunt. Ad iſta igitur verba refutanda, & hæc fortaſſe ſufficiunt, & plura pòſt erit reſpondendi locus. Cogitate porrò (etiam ſi me aliquis eadem bis inculcare dicat) multos expectare huius iudicij euentum: non quòd noſtra negocia curent, ſed quòd exiſtimant; de fœdere iudicium fieri.

Oligarchiæ crimē à cauſa alienum.

Repetitio orationis de fœdere.

Quos

Quos pronunciato eo, quod iuſtũ eſt, vos omni metu liberabitis. Sin minus, quibus animis fore cenſetis eos, qui in vrbe remanſerunt, ſi pariter omnibus iraſci videamini, qui illam rempublicam participarunt? Quantopere angentur, qui vel parui delicti ſibi conſcij fuerint, ſi nec modeſtiſsimos ius ſuum viderint poſſe adipiſci? Quanti tumultus excitabuntur, quum alijs additus animus fuerit ad calumniandum, quaſi cauſa ſua iam à vobis comprobata: alij hunc ciuitatis ſtatum pertimeſcent, nec vllum ſibi confugium relictum eſſe videbunt? An non metuendum eſt, ne iureiurando violato, denuò in illa mala incidamus, quæ nos hæc fœdera facere coëgerunt? Enimuerò vos ab alijs diſcere nihil neceſſe eſt, quantum concordia bonum ſit, aut quid mali ſeditiones habeant. Nam ita euidenter experti eſtis vtrunque, vt his de rebus alios etiam optimè doceretis. Ne autem eò videar in fœderibus immorari, quòd facile ſit, multa æqua de ijſdem dicere: hoc tantùm in pronunciando vos meminiſſe velim: antequàm ea facta eſſent, bellum

A conſecutu- ris incõmodis

Concordia.

Seditio.

Ab euentu diſcorsiæ & cõcordiæ per cõtentionem.

nos geſsiſſe, alios mœnibus incluſos, alios Piræeo occupato, infeſtiores erga nos inuicē animis, q̄ in eos quos, maiores noſtri hæreditarios nobis hoſtes reliquerunt: poſtquam autē in vnum cōuenimus, fide data & accepta: ita honeſtè & comiter in vrbe viuere, quaſi nullæ inter nos diſſenſiones extitiſſent: ac tum quidem nos ab omnibus ſtultiſsimos & infelicißimos habitos: nūc felicißimos & prudentiſsimos Gręcorum omnium iudicari. Quare qui fœdera violare audent, nō modo magnis, ſed extremis ſupplicijs afficiēdi ſunt, ut qui maxima conflare mala conentur: illi præſertim, qui ſic vixerunt, vt Callimachus. Qui quum Lacedæmonij decem perpetuos annos bello nos infeſtarent: nullum vnquam diem ducibus præſtò fuit, ut in acie collocaretur, ſed eo tempore ſubinde aufugit, opesq; ſuas occultauit. Poſtquam verò triginta tyranni ſumma rerum potiti ſunt, tum demum in vrbem reuerſus, ſe popularem eſſe dicit. Tanto autem alijs cupidior fuit ſocietatis illorum reipub. vt ab eis ne malè quidem tractatus, rece-

Aduerſarij criminatio.

recedere voluerit: ſed cum autoribus iniuriarum obſideri maluerit, quàm vobiſcum, qui vna læſi eratis, degere: et ad eum vſq; diem particeps reipublicæ apud illos manſerit, quo murum oppugnaturi eratis. Tum verò demum exijt, non ſtatus præſentis odio, ſed imminentis periculi metu, ut poſtea declarauit. Cum enim à Lacedæmonijs populus in Piræeo incluſus eſſet: rurſus inde aufugit, ac in Bœotia commoratus eſt. Quare in transfugarum album potius inſcribendus eſt, quàm inter exules nominandus. Et quum ita ſe geſſerit, tum in eos qui Piræeum occuparant, tum qui in vrbe manſerant, tum erga totam ciuitatem: non contentus eſt pari iure cum cæteris, ſed meliore conditione eſſe vult, quàm vos eſtis: perinde ac ſi uel ſolus læſus, vel ciuiũ optimus, vel maximis cladibus propter vos affectus eſſet, aut plurima in rempublicam beneficia contuliſſet. Vellem equidem eum ita notum eſſe vobis, vt mihi eſt: ne ob amiſſa vicem eius doleretis, ſed relicta illi inuideretis. Nunc quibus alijs inſidiatus ſit, quas lites *Indignatio.* *Optatio.* *Præteritio.*

tum de publicis, tum de priuatis criminibus intenderit, quorum factionibus adhæſerit, quoties falſa teſtimonia dixerit: etiamſi datum mihi tempus duplicaretur, non ſatis eſſet ad enarrandum. Sed ſi vnum duntaxat facinus audiueritis: facilè omnem eius improbitatem cognoſcetis. Cratinus cum iſtius affine de fundo quodam litigabat. Quum autem ad manus ventum eſſet, ancilla occultata, criminabantur, Cratinum caput illi contriuiſſe, atque ex eo vulnere mulierē dicebant eſſe mortuam. Diem igitur ei dicunt rei capitalis in Palladio. Cratinus iſtorum inſidijs auditis, interea quieuit, ne mutato conſilio, alias fraudes comminiſcerentur, vtq; in re præſenti ſcelera eorum deprehenderētur. Proinde, quum iſtius affinis, accuſatoris partes obijſſet: iſte autem pro teſtimonio affirmaſſet, mulierculam eſſe mortuam: domum in qua illa occultabatur ingreſsi, vi abreptam, & in iudicium adductam, viuentem omnibus ijs qui aderant oſtenderunt. Itaq; quum ſeptingenti iudices ſederent, & quatuordecim teſtimonium dixiſſent:

Callimachi ſcelus cædem ementiti.

iſte

iſte ne vnum quidem ſuffragium tulit. Voca teſtes.

TESTES.

Quis igitur facinora iſtius ſatis acriter inſectetur? quod maius exemplum vel iniuſticiæ, uel calumniæ, vel improbitatis inuenietur? Sunt enim quædam iniuriæ, quæ non omne ingenium nebulonum aperiant; è talibus autem facinoribus tota uita delinquentium facilè perſpicitur. Nam qui viuentes teſtatur eſſe mortuos: quo facinore abſtinebit? Qui alienis in rebus ita improbus eſt: quid in ſuis non auderet? An verò iſti credendum pro ſe dicēti, quem in aliorum gratiam peieraſſe conſtat? Quis vnquam falſi teſtimonij euidentius eſt conuictus? Nam alios è verbis iudicatis: iſtius verò teſtimonij falſitatem iudices viderunt. Iſte igitur cum tantis criminibus ſe obſtrinxerit: tamē dicere audebit, nos mentiri: in quo perinde faciet, ac ſi cui Phrynondas ſtellionatum obijceret: aut Philergus, qui Gorgonium ſurripuit, alijs ſacrilegium exprobaret. Quis verò minus rerum non factarum ſubornare teſtem dubitabit,

Exaggeratio cōmenti per collationem & cōtentionem.

Phrynondas.

Philergus.

tabit, quàm iſte, qui ipſe alijs falſum dicere teſtimonium audet? Sed Callimachum ſæpè licebit accuſare. Hanc enim vitæ ſuæ rationem eſſe voluit. Quod autem ad me attinet, cætera munera omnia miſſa facio: eius verò, de quo mihi non modò iure gratiam habebitis, ſed quo etiam teſtimonij loco de tota re vti queatis, faciam mentionem. Nam cum noſtra vrbs claſſe in Helleſponto amiſſa, imperio priuata eſſet: plurimis trierarchis ita præſtiti, vt meam nauim cum paucis conſeruarim: atque inter illos paucos hoc peculiare habui, quòd ego ſolus naue in Piræeum perducta, in trierarchia perſeueraui. Quum enim alij & publica munera cupidè excuterent, & de præſenti ſtatu deſperarent, & factorum ſumptuum pœniteret, & reliqua diſsimularent, putantes actum eſſe de republica, & priuatis rationibus conſulerent: ego longè alium animum habui, &, cum fratri meo perſuaſiſſem, ut mihi trierarchiæ ſocius eſſet, nautis de noſtro mercedem numerantes, hoſtes vexauimus. Deniq; quum Lyſander capite ſanxiſſet, ne quis frumen-

Commemoratio ſuorum meritorum.

tum

tum ad uos adueheret: tanto fuimus in rempublicam ſtudio, ut cum alij ne ſua quidem importare auderent, nos, quod ad illos vehebatur, intercipientes, in Piræeum perduceremus. Pro quibus beneficijs vos publicè nobis coronas decreuiſtis: & ut ante ſtatuas heroum proclamaremur, tanquam optimè de repub. meriti, cenſuiſtis. Sunt autē populares habendi, nō qui florente populari ſtatu, ſe cum populo cōiungunt: ſed qui afflicta & iacente repub. pro vobis vitæ diſcrimen adierunt. neq; iſtis gratia eſt habēda, qui priuatim cladem aliquam acceperunt: ſed his, qui vobis benefecerunt. neq; illi pauperes commiſeratione digni ſunt, qui ſuas opes ipſi perdiderunt, ſed qui eaſdem veſtra cauſa inſumpſerunt: e quorū numero me fuiſſe cōperietis. qui quidem omniū eſſe infeliciſsimus, cum de meo magnos ſumptus in rempub. fecerim, ſi iam viderer alienis inſidiatus eſſe: & infamiam apud vos ſubeundam negligerem, quum non rem familiarem tantum, ſed vitam etiam minoris fececim quàm veſtram approbationem.

Populares.

Peroratio, qua ſui commendationem cū aduerſarij criminatione coniungit.

Quem

Quem verò veſtrûm non pœniteret, ſi non ſtatim, at paulo pòſt, ſi calumniatorem ditatum videretis, me verò ſpoliatum ijs, quæ poſt obita munera publica reliqua mihi feci? Eum qui nunquam vllum pro vobis periculũ adijt, plus poſſe & legibus & fœderibus: me verò, cuius tantum ſtudium in rempub. extitit, ita contemni, vt ne ius quidem meum conſequar? Quis verò vos non reprehenderet, ſi Callimachi verbis adducti, tantæ nos improbitatis damnaretis, quos iudicio è re ipſa facto, propter fortitudinem, coronaſtis: quo tempore non ita facile erat, ut nunc, iſtum honorem conſequi? Vſuuenit autem nobis diuerſum quiddam ab alijs. Cæteri enim ſuorum beneficiorum memoriam renouare dicendo ſolent: nos verò poſtulamus, ut veſtræ in nos beneficentiæ recordemini: quò ea quaſi teſtimonio ſit noſtræ orationi, totiusq́ vitæ noſtræ rationem oſtendat. Neque verò obſcurum eſt, non ideo nos iſto honore potiri ſtuduiſſe, ut in oligarchia opes aliorum diriperemus: ſed ut vrbe conſeruata, & alij ſua tenerent, & nobis

biſmultitudo ciuium gratiam deberet, quam nos modò repoſcimus: non id quærentes, vt æquo plus habeamus: ſed illud declarantes, nos, qui iuſiurandum & fœdera ſeruemus, iniuriam facere nemini. Perabſurdum enim eſſet, ea rata haberi ad abſoluendos eos, qui contra rempublicam fecerunt: in nobis autem, qui benemeriti ſumus, omnem amittere autoritatem. Operæpretium autem eſt, hunc rerum ſtatum tueri: & conſiderandum, alias vrbes fœdera in ſeditiones conieciſſe, noſtræ ad concordiam augendam profuiſſe.

Commonefactio fœderis & iurisiurandi.

Hæc igitur meminiſſe debetis,
vt ſimul & quæ iuſta ſunt,
& reipublicæ conducunt, decernatis.

ARGV-

ARGVMENTVM HIE-ronymi Vvolfij in Ægineticum.

AEGINETICA inſcribitur hæc oratio, ab inſula AEgina, vbi controuerſia hæc in iudiciũ deducta fuit. Agitur autem de hæreditate cuiuſdam Thraſylochi, qui quendam amicum ſuum, optimè de ſe meritum, adoptauit, hæredem inſtituit, ſororem in matrimonium illi collocauit. Eandem hæreditatẽ Thraſylochi notha ſoror ratione propinquitatis ſibi vendicat, & teſtamentum reſutare conatur. Adoptatus id ratum eſſe contendit, ac probat legibus: aduerſariam, vt impiam in fratrem, criminatur, meritaq́ ſua, & amicitiam quę ſibi cũ Thraſylocho, et tota eius familia fuerit, commemorat.

ÆGINETICVS, HOC eſt, Oratio ſcripta cuidam, quam in iudicio apud AEginetas haberet.

PVtabam, viri AEginetæ, Thraſylochum ſuis rebus ita rectè conſuluiſſe, vt nemo vnquam aduenturus eſſet, qui teſtamentum, quod is reliquit, oppugnaret. Cum autem aduerſarijs hoc omnino deliberatũ ſit, quantumuis probè cõfectum, tamẽ euertere: experiri cogor, an apud vos meũ ius queam adipiſci. Longè autem aliter affectus ſum, ꝗ pleriq; mortales. Nã alios grauiter ferre video, ſi qua de re per iniuriã in periculũ vocãtur. Ego verò parũ abſum, quin iſtis gratiã habeam, quòd mihi litẽ hanc intẽderunt. Niſi enim res in iudiciũ adducta eſſet: haud ſciuiſſetis, quæ mea in defũctũ merita, cuius hęreditas mihi relicta eſt, extitiſſent. Re aũt tota cognita, intelligetis, me maius etiam præmium meruiſſe.

Beneuolentiæ captatio ab ipſa re, & perſona ſua.

Criminatio aduerſariæ, et patronorum eius.

meruiſſe. Par autem eſſet, & iſtam, quę de pecunijs controuerſiam facit, non facultates à Thraſylocho relictas nobis ereptum ire: ſed vbi oſtendiſſet, ſe officio erga illum eſſe functam, tum demum lege agere in hæreditatem. Nunc tantum abeſt, vt eam pœniteat erga viuentem deliquiſſe, vt eo etiã defuncto, tum teſtamentum eius irritum facere, tum familiam extinguere, & funditus delere conetur. Miror etiam patronos mulieris, ſi propterea putant honeſtum eſſe certamen hoc, quòd etiam victi nullam iacturam facturi ſint. Ego enim & illam magnã cladem eſſe puto, ſi actionis per calumniam inſtitutæ conuicti, improbiores habeantur. Sed iſtorum maliciam res ipſa declarabit, vbi acta omnia ab initio ad extremum audiueritis. Inde autem narrandi primordia capiam, vnde vos celerrime puto controuerſiam cognituros. Thraſylochus pater eius, qui me teſtamento hæredem inſtituit, à maioribus nullas opes habuit: ſed hoſpitij neceſsitudine cum haruſpice Polemæneto contracta, ita ſe in eius amicitiam inſinuauit, vt ille mo- tiens

Tranſitio ad narrationem.

Thraſylochus.

Polemænetus

riens ei & libros diuinationis reliquerit,& facultatum,quę adhuc ſuperſunt, partem dederit. Thraſylochus autem his cōmoditatibus vſus, eā artem exercuit: qui cum multa loca circuiret, & in pluribus ciuitatibus commoraretur, tum cum alijs mulierculis conſueuit, quarum nonnullæ liberos etiam pepererunt, quos ille nunquam pro legitimis habuit: tum aduerſariæ matrem, illis temporibus accepit. Quum autem magnis opibus partis, patriæ deſiderio moueretur: illa & cæteris dimiſsis in Siphnum traiecit, vxoremq́ duxit patris mei ſororem, quum ipſe quidem ciuium ditiſsimus eſſet, ſed nobilitate & alijs dignitatibus noſtram familiam inter alias eminere ſciret. Tantoperé autem patris mei amicitia delectatus eſt, vt, cum amita mea ſine liberis deceſsiſſet, rurſus patris conſobrinam duxerit, quò neceſsitudo inter nos, & affinitas permaneret, quam, quum non diu in matrimonio habuiſſet, eodem fato hæc, quo etiam prior, illi erepta eſt. Poſt hanc, Seriphiam duxit quandam, ex familia longè prꝑſtantiore, quàm pro exiſtima-

Liberi è concubinis ſuſcepti.

Nuptiæ Siphniæ.

Secundæ nuptiæ.

Tertiæ Seriphiæ nuptiæ, & liberi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſtimatione illius vrbis. Ex ea ſuſcepit Sopolidem, & Thraſylochum, & vxorem meam. Thraſylochus igitur hos ſolos legitimos liberos iudicauit, relictaq; illis re familiari, deceſsit. Ego verò & Thraſylochus, tã arctam amicitiam, vt paulò antè expoſui, à patribus acceptã, arctiorẽ etiam effecimus. Nam & pueri adhuc, pluris vterq; alterum fecimus, quàm fratres: neq; vel ſacrificium, vel ſpectaculum, vel alium feſtum diem ſeorſim celebrauimus. Et adulti iam, nunquam alter alterum vlla re offendimus: ſed & priuata communicauimus, & de re publica conſenſimus. Sed quid de domeſtica familiaritate dico? quum nec in exilio voluerimus diuelli. Tandem eum tabe correptum, & longo tempore decumbentem (cum quidem frater eius Sopolis iam obijſſet, mater verò & ſoror nondum aduenîſſet) ita deſtitutum ab omnibus, tanta induſtria & fide curaui, ut ipſe mihi nullam dignam gratiam poſſe referri crederet: nihil tamen in ſe deſiderari paſſus eſt, ſed ingraueſcente morbo, cum iam nullam vitæ ſpem haberet, teſtibus aduocatis,

Rei cũ Thraſylocho amicitia.

Adoptatio & nuptiæ.

uocatis, me adoptauit, & cùm ſororem tum facultates ſuas mihi dedit. Cape teſtamentum.

TESTAMENTVM.

Recita etiam Aeginetarum legem. Nam ad huius præſcriptum, faciendum fuit teſtamentum, quum hic inquilini eſſemus.

LEX.

Hac lege Aeginetæ Thraſylochus me adoptauit, ciuem ſuum & amicum, &, ſi genus ſpectetis, Siphniorum nemine deteriorem: & eodem modo ſecũ inſtitutum, & educatum. Quare haud ſcio, quomodo legem magis obſeruare potuiſſet, quæ iubet, eiuſdem conditionis homines adoptari. Cape Siphniam etiam legem, cui nobis olim, dum ibi uiueremus, parendum fuit.

LEX.

Quòd ſi, Aeginetæ, has leges ita oppugnarent, vt patrię ſuæ lege niterētur: minus eſſet mirandum. Nunc illa etiã, cum ijs, quæ iam recitatæ ſunt, cõuenit. Cape libellum.

LEX.

Quid eis igitur eſt reliquũ, quum & ipſi te-

Concluſio legum. ipſi teſtamentum hoc à Thraſylocho relictum eſſe fateantur: & leges mulieri nullæ, mihi omnes patrocinentur? Primùm veſtra lex, qui de negocio iudicaturi eſtis. deinde lex Siphniorum, vnde autor teſtamenti oriundus fuit. poſtremò ea, quæ apud iſtos valet, qui nobis controuerſiam faciunt. Quid verò non audebunt iſti, qui vobis perſuadere conantur, vt teſtamentum repudietis: quum & hæc legum ſententia ſit, & vobis iuratis ſecundum eas ſit pronunciandum? Ne quis verò me putet paruas ob cauſas hæreditatem adeptum, aut iſtam officio erga Thraſylochum functam, ea fraudari: his etiam de rebus dicam. Nam defuncti vicem me puderet, niſi vobis omnibus perſuaderetur, cum hæc non tantùm ſecundum leges, ſed etiam iurè egiſſe: idq; me facilè probaturum confido. Tantum enim inter nos interfuit, vt iſta, quæ ſe genere proximam eſſe contendit, perpetuò cum illo & Sopolide, & horum matre litigarit, & inimicitias exercuerit: ego verò non tantùm erga Thraſylochum & fratrem præclarè me geſsi: ſed has ipſas facul-

Se hæreditate dignum eſſe oſtendit, & cum aduerſaria cõparat.

Pericula ob Thraſilochũ adita.

facultates, de quibus controuerſia eſt, amiciſsimè, atq; optima fide cuſtodiui. Ac de his quidem, quæ olim facta ſunt dicere, operoſum fuerit. Cum autem omnibus, quos deprehenderat * maximam partem opum, clàm ad hoſpites meos exportarunt, quòd hanc inſulam omnium eſſe tutiſsimam putabamus. Quum verò illi angerentur, ac ne omnia perijſſent, timerent: ego, noctu conſcenſo nauigio, exportaui illi pecunias, cum vitæ meæ periculo. In agris enim erant præſidia diſpoſita, & vrbem quidam noſtrorum exulum occuparant, qui vno die & patrem meum, & patruum, & affinem meum, & præter hos, tres cōſobrinos per ſcelus occiderunt. Me tamen nihil horum auertit, cū perſuaſum haberem, mihi non minus pro eis, quàm pro meipſo pericula eſſe ſubeunda. Deinde cum vrbe pelleremur tanto cum tumultu & trepidatione, vt nonnulli ſuos etiam negligerent: nec in his malis ſatis habui domeſticos meos conſeruaſſe: ſed quia tum Sopolidem abeſſe, tum illum ipſum ægrotare ſciebam, vnà cum eo & matrem, & ſororem

* *deſunt nonnulla.*

rem, & opes uniuerſas extuli. Quem igitur eas æqius eſt habere q̃ qui & tum conſeruauit, & nunc ab ijs, quorum il-lę fuerunt, accepit? Et hęc de ijs temporibus dicta ſint, quibus pericula quidem adij, ſed nihil mali contraxi. Sed & ea proferre poſſum, per quæ, dum illi obſequor, ipſe in calamitates maximas incidi. Melum enim quum veniſſemus, nosq́ꝫ ſenſiſſet ibi manſuros: rogauit, vt Trœzenem ſecum nauigaremus, & ſe nequaquam relinqueremus: & corporis infirmitate, & multitudine inimicorum cõmemorata: & quòd à me deſtitutus, non haberet, quid de ſuis rebus ſtatueret. A qua vrbe quamuis mater abhorreret, quòd peſtilentẽ eſſe audierat, & hoſpites ſuaderẽt, vt ibi maneremus: tamen viſum eſt nobis, morem illi gerendum eſſe. Poſt hæc, quum primùm Træzenẽ veniſſemus: tales morbi nos inuaſerunt, qui me quidem penè confeciſſent: ſororem certè meam, puellã annos XIIII. natã intra dies XXX. ſepelij, et matrem non quinq́ꝫ diebus pòſt. Quid verò animi fuiſſe mihi cenſetis, quum res meæ ita mutatæ eſſent, qui ſuperiori tem-

Clades ob Thraſylochũ acceptæ.

Exaggeratio ꝑ congeriem.

ri tempore expers malorũ vixeram, ac nuper & exilij periculum feceram, & inquilinũ apud alios agere, & meis opibus carere didiceram, matrem denique meam, & ſororem, patria priuatas videbam, & peregrè ac apud alienos morientes? Quare nemo mihi iurè inuidebit, ſi quid è Thraſylochi rebus commodi capio. Nam dum illi obſequẽs Trœzene viuo, eas clades accepi, quarum nunquam potero obliuiſci. Iam ne illud quidem dicere poterunt, me rebus ſecundis Thraſylochi, hæc omnia ſubijſſe, atq; eundẽ in calamitatibus deſeruiſſe. Nã in illis ipſis euidentius etiã et certius declaraui, quanta cum beneuolentia proſequerer. Cum enim Aeginã ſe habitatum contuliſſet, ac in eum morbum incidiſſet, quo perijt: ſic eum curaui, vt haud ſcio an quiſquam alius alium: maximam quidem temporis partem ita malè affectum, vt prodire in publicum nõ poſſet, ſex autem menſes perpetuos in lectulo decumberet. Et harum miſeriarum quiſquam cognatorum eius particeps eſſe, adeò non voluit, vt nec inuiſerit quiſquam, *Curatio ægrotantis.*

Exaggeratio per collationem. præter matrem eius, & ſororem, quæ auxerunt etiam meas moleſtias. Nam ægrotæ Træzene aduenientes, ipſæ curatione indigebant. Ego tamen, quum
Fuga ſeruorũ alij ita ſe gererent, eum non deſerui, nec defatigatus ſum: ſed cùm vnico puero eius curam egi, quem nec famulorum quiſquam tolerare poterat, cùm natura ſatis aſperum, tum ex morbo longè moroſiorem factum. Quare non hoc mi-
Moroſitas ægrotantis. rum eſt, illos non manſiſſe: ſed illud potius, me curæ morbi illius ſufficere potuiſſe, qui & longo tempore tabe laborabat, & è lectulo ſe commouere nõ poterat. Sic autem cum eo agebatur, vt
Commiſerationes. nullum diem ſine lachrymis ageremus: ſed ſubinde commiſeraremur, & labores noſtros, & exilium & ſolitudinem noſtram. Neq; hæc vllo tempore intermittebantur, nec enim mihi vſpiam diſcedere licebat, ne ſibi negligi videretur: quod mihi multo acerbius erat, quàm mala cætera. Velim equidem me
Præteritio. poſſe vobis oſtendere, qualis in eum fuerim: quo facto, vos arbitror neq; vocem aduerſariorũ toleraturos. Nũc, quæ in curatione difficilima & moleſtiſsima

ſtiſsima ſunt, & labores acerbiſsimos maximamq́ ſolicitudinem poſtulant, non ſatis commodè narrari poſſunt. Vos igitur conſiderate, quantis vigilijs & miſerijs, talis & tam diuturnus morbus ſit curandus? Ego quidem ſic affectus fui, vt omnes amici qui accedebāt, ſe vereri dicerent, ne ego vnà cum illo perirem: mihiq́ ſuaderent, vt eſſem cautior. Multos enim, qui in eo morbi genere alijs inſeruiſſent, ipſos vnà perijſſe. Quibus ego ad hunc modum reſpondi: Me longè malle emori, quàm committere, vt ille miniſtro carens, ante diem moreretur. Quæ cum ego & fecerim, & perpeſſus ſim: iſta mihi audet litem inferre, quę in tam diuturno morbo nunquam eum viſere dignata eſt: quum quidem quotidie audiret, quomodo cum eo ageretur, & iter tam expeditum haberet? Itàne nunc demum fraternum erga eum animum induere, & blandum illud fratris nomen vſurpare conantur? quaſi verò non, quantò familiarius mortuum illum compellarint, tantò maior ipſorum appareat impietas, & barbaries? Quæ cum videret,

Periculum interitus.

Indignatio et criminatio aduerſariæ.

Inuerſio.

Impietas cũ auaricia. deret, eo defuncto, quantum noſtro rũ ciuium Trœzene erat, eos Aeginam traijcere, & funus eius ſua præſentia ornare: ne hoc quidem tempore aduenit, ſed ita crudelis, ita immanis fuit, vt iuſtis quidem perſoluendis non intereſſet: de relictis autem bonis, antequam decem dies exiſſent, aduentarit, motura controuerſiam: quaſi cognata pecuniæ non hominis fuiſſet. *Scomma.* Quæ ſi fatebitur, *Dilemma.* ſibi cum eo tantas inimicitias interceſsiſſe, vt iurè iſta fecerit: non malè ſibi Thraſylochus conſuluit, ſi ſuas opes amicis potius, quàm iſti relinquere voluit. Sin, cum nihil diſsidij inter ipſos eſſet, eum tam inhumaniter neglexit: multò fuerit æquius, eã ſuis bonis priuari, quàm illius hæreditatem cernere. *Exaggeratio, ab ijs quæ accidere potuiſſent.* Cogitate igitur, quantum in iſta fuit, neq; in morbo curatum eſſe, neq; poſt obitum iuſta ei perſoluta eſſe: quę vtraque illi ego præſtiti. Aequum autem eſt, vos ſecundum eos iudicare, nõ qui ſe genere proximos eſſe dicunt, reipſa inimicos præbuerunt: ſed ſecundum eos, potius, qui cum nomen cognationis non haberent, maiore fide in calamita-

mita-

mitatibus inſeruierunt, quàm ſanguine cõiuncti. Ac teſtamentum hoc à Thraſylocho eſſe relictum, non negant: ſed benè & rectè factum eſſe negant. At quî fieri poteſt, Aeginetæ, vt quiſquam ſuis rebus melius conſulat? quum & familiam ſuam conſeruarit, & amicis gratiam retulerit, & matri ſorori que ſuæ non ſuam rem familiarem duntaxat, ſed etiam meam tradiderit: quarum alteram, vxorem mihi dedit, alteri me adoptauit? Rectius ergò ille feciſſet, ſi neq; matri curatorem conſtituiſſet, nec vllam mei mentionem feciſſet, & ſororem ſuam fortunæ commiſiſſet, & nomen gẽtilicium extingui pateretur? At fortaſsis indignus fui ego, qui in Thraſylochi familiam tranſirem, & ſororem eius haberem? Enimuerò Siphnij omnes teſtabũtur, maiores meos, & genere, & opibus, & autoritate principes eſſe ciuitatis. Qui enim vel ampliores magiſtratus geſſerunt, vel plus pecuniæ cõtribuerunt, vel ædilitatibus luculentius functi ſunt, vel magnificentius reliqua munera obierunt? è qua

Redit ad teſtamenti confirmationem.

Vtile defũcto

Dignũ hærede inſtituto.

Nobilitas.

Siphni

Siphni familia plures reges extiterunt: Quare Thraſylochus, etiamſi nunquã cum eo collocutus fuiſſem, haud iniuria propter hæc mihi ſororem ſuam dare voluiſſet: & ego, tametſi nihil horum eſſet, atq; ciuium viliſsimus eſſem: iurè tamen, ac meritò, propter collata in ipſum beneficia, maxima quæq; ab eo cõſecutus eſſem. Arbitror autem eum, teſtamẽto hunc in modum facto, etiam fratri Sopolidi rem feciſſe gratiſsimam, qui & ipſe iſtam oderat, ſibiq; malè velle putabat; & me inter amicos omnes maximi faciebat. Quod cùm ſępe alias, tum verò inprimis declarauit, quum exulibus viſum eſt, cum copijs auxiliaribus vrbem inuadere. Dux enim creatus, ac dictator, me & ſcribam delegit, & quæſtorem conſtituit: & prælium commiſſurus, iuxta ſe in acie collocauit. Quod ei quantopere profuerit, cõſiderate. Nam cum Siphni oppugnatio nobis non ſucceſsiſſet, neq; ita vti volebamus, recederemus; eum tam grauiter vulneratum, ut ambulare non poſſet, ac fere moribundum, cum famulo meo, humeris impoſitum, ad nauem deportaui,

Merita.

Familiaritas Sopolidis.

tauí. Quare ſæpe & ad multos dixit, ſe mihi ſoli omnium ſalutem ſuam acceptam referre. Quo beneficio quid maius eſſe poteſt? Deinde cum nauigatione in Lyciam ſuſcepta, mortuus eſſet: iſta paucis diebus poſt acceptũ de obitu eius nuncium, ſacrificabat, & feſtum diem celebrabat: nec eam vel fratris adhuc viuentis pudebat, mortẽ defuncti tam leuiter ferre. Ego verò ſic eum lugebam, vt lugere cognatos moris eſt. Et hęc faciebam omnia ex ingenio meo, & propter eius amicitiam, non huius iudicij cauſa. Nec enim putabam ita malè cum eis actum iri, ut ſine liberis vterq; mortui, conſpiciendum relicturi eſſent, quo animo vnuſquiſq; noſtrum in ipſos fuiſſet. Ac quemadmodum erga Thraſylochum & Sopolidem illa & ego affecti fuerimus, ferè audiuiſtis. Fortaſsis autem nunc ad eam orationem ſe conuertent, quæ eis reliqua eſt: Thraſylochum iſtius mulieris patrem, ſi quis ſenſus ſit defunctis rerum quæ hîc gerantur, exiſtimaturum iniquiſsimè ſecum agi, ſi videret filiam hæreditate fraudatam, & opes ſuo labore partas ad me

Aduerſariæ impietas.

Occupatio.

Confutatio, hæreditatem in proximè defuncti poteſtate fuiſſe.

ad me rediſſe. Ego verò cenſeo, non de iam olim defunctis, ſed de his, qui hæreditatem proximè reliquerũt, verba nobis facienda eſſe. Thraſylochus enim ille, quos ipſe voluit, hæredes inſtituit. Aequum autem eſt, idem ius à vobis huic Thraſylocho relinqui, & in hæreditate illi ſuccedere non iſtam, ſed quos ille teſtamento ſibi ſuccedere voluit. Neq; tamen ego vel Thraſylochi ſtare iudicio recuſarem quem iudicem contra iſtam omnium acerrimum fore arbitror, ſi intelligeret, quomodo liberos ipſius tractaſſet: atque adeò non indignaturum, ſi vos ſecundum leges ſententiam tuliſſe videret, vt id longè iniquiore animo ferret, ſi teſtamentum à filio ſuo factum, fieret irritum. Nam Siquidẽ Thraſylochus facultates ſuas meæ familiæ tradidiſſet in eo fortaſsis ipſum poſſent reprehẽdere. Nunc p̃ adoptionem in ſuos omnia cõtulit: vt non pauciora acceperint, q̃ dederũt. Iam his omiſſis, neminẽ illo veriſimile eſt beneuolentiorẽ eſſe iјs, q̃ de donatione in iudicio cõtendunt. Nã & ipſe artẽ didicit

Etiam primi Thraſylochi uoluntate ſe tenere hereditatem.

à Pole-

à Polemæneto, & pecunias accepit non iure cognationis, ſed merito virtutis. Quare nemini inuidebit, qui de liberis ipſius bene merit⁹, eodē beneficio, quod ipſe adeptus fuit, afficiatur. Sed & ea ſunt in memoriā reuocanda quæ primo loco dixi. Eum enim neceſsitudinē noſtram tanti feciſſe oſtēdi, vt patris mei et ſororem & conſobrinam duxerit. Quibus igitur filiā ſuam libētius deſpondiſſet, q̃ ijs, à quibus ipſe potiſsimū vxorē accipere voluit? E qua porrò familia filium in ſuam familiam adoptatum maluiſſet, q̃ ex qua germanos liberos ſuſcipere expetiuit? Itaq; ſi hæreditatem mihi adiudicaueritis: & illi, & cæteris omnibus, ad quos hæc negocia aliqua ex parte attinent, rē gratam facietis. Si verò iſtius oratione decepti fueritis: non mihi tātùm iniuriam facietis, ſed Thraſylocho etiam, teſtamenti autori & Sopolidi & ſorori eius, quæ nunc mea Vxor eſt, & eorum matri, quę omnium mulierum infelicisſima erit, ſi præter orbitatem in id quoq; malum incidet, vt & illorum voluntatem frangi, & familiam extingui videat, & cum iſta malis

Primi Thraſylochi neceſſitudinem repetit.

Peroratio.

Cõmiſerationem mouet.

malis ipſius inſultans, pecuniam ſibi vendicet, me, qui & ipſos & rem eorum familiarem conſeruarim, nihil æqui poſſe impetrare. Quare ſi quis hac lite omiſſa, eos ſpectet, qui vnquam ex donatione hæreditatem petierunt: me tãtam fidem amicis præſtitiſſe, quantam quiſquam alius, comperiet. Honorandi autem ſunt, et maximi faciendi tales, multo magis quàm aliorum donationes eis eripiendæ. Atque etiam legem defendere debetis, per quam nobis & liberos adoptare licet, & de re familiari noſtro arbitratu ſtatuere: quum legẽ hanc, orbis, loco liberûm eſſe intelligatis. Quæ quidem eam vim habet, atque efficit, vt & cognati & nulla neceſsitudine coniuncti, inter ſe magis curent. Vt autem dicendi finem faciam, neque diutius his rebus immorer: quanta ſit æquitas cauſæ meæ conſiderate. Primum enim, qui hæreditatem reliquerunt, vetere, & à patribus accepta, & ad finem vſque perducta amicitia, mihi coniuncti fuerunt. Deinde multa & magna in eos beneficia, rebus ipſorum aduerſis, contuli. Præterea, teſtamentum

Cõmunis locus de adoptionibus.

Enumeratio.

tum

tum in promptu eſt, quod ne aduerſarij quidem negare audent. Deniq; lex Græcis omnibus probata, huic teſtamento ſuffragatur: cuius rei maximum illud argumentum eſt, quòd cum alijs de rebus diſſentiant, de hac ſtatuunt idem omnes. Rogò igitur vos, vt & hęc, & cætera, quæ dicta ſunt, recordati, ea quæ iuſta ſunt decernatis: & tales in me iudices ſitis, quales uobis alios eſſe cuperetis. Petitio.

HIERONIMI VVOLſij Argumentum in VII. orationem.

QVidam à Lochite verberibus affectus, rem vehementer exaggerat, et iudices impellere ſtudet, vt eum tanquam contemptorem legum, et popularis ſtatus euerſorem grauiter puniant. Similes ferè amplificationes ſunt in oratione Demoſthenis Midiana. Initium abruptum eſt, vt & orationis de bigis. Quare ſecundo loco habita eſſe videtur: quæ cum perorationis vim habeant, in amplificando ferè crimine quàm probando, magis occupatæ ſunt. Eſt autem declamationi ſimilior, q̃ forenſi orationi, ob iuuenilem exaggerationum audaciam.

ORATIO

ORATIO VII. CONtra Lochitem.

ME igitur à Lochite vapulaſſe, nulla iniuria laceſsito: omnes qui adfuerunt, pro teſtimonio dixerunt. Eſt autem facinus hoc aliorum delictorum diſsimile iudicandum: nec idem ſumendum ſupplicium de læſione corporis, quod de fraudatione pecuniarũ. Scitis enim, hoc omnibus hominibus coniunctiſsimum eſſe, noſq́, ob huius incolumitatem, & leges ſanxiſſe, & pro libertate pugnare, & popularem ſtatum expetere, omnes deniq; vitæ actiones huc referri. AEquum igitur eſt, eos quid violant, quod maximi facitis, grauiſsimo ſupplicio coherceri à vobis. Nam eos etiã, qui leges nobis tulerunt, corporũ inprimis rationem habuiſſe reperietis. Primùm enim de ſola hac iniuria, tũ priuatas, tũ publicas actiones ſine ſponſione dederũt, vt vnicuiq; noſtrũ, vt & vellet

Tranſitus à probatione criminis ad exaggerationẽ.

A collatione corporis & pecuniæ.

A legum latorum autoritate.

& poſſet, ſic vlciſci liceret eos, à quibus eſſet læſus. Deinde in alijs criminibus ei ſoli qui offenſus eſt, actio in aduerſarium datur: de cõtumelia verò, tanquã crimine publico, vnicuique ciuium, re apud Sexuiros propoſita, venire in iudicium licet. Ac mutuis graſſari verberibus, vſq; adeò non ferendum eſſe putarunt: vt de maledicto legem tulerint, quæ iubet eos, qui aliquid interdictum legibus, proferunt, quingentis drachmis mulctari. Quanta igitur ſeueritate vindicandæ ſunt iniuriæ, reipſa factæ: cum petulantiæ verborum ita ſuccenſeatis? Quum facinora paucorum dominatu commiſſa, morte mulctanda cenſeatis: qua ratione iſtos, qui libera ciuitate ſimili ſtudio ſunt, impunè dimittetis? Atqui decebat, tantò acrius in eos animaduerti: quantò ſuam improbitatem euidẽtius oſtendunt. Nam qui nunc, quum non licet, contra leges moleſtus eſſe ciuibus non dubitat: quid is feciſſet, quum magiſtratus gratiam haberent iſtiuſmodi graſſatoribus? Fortaſsis autem Lochites rem extenuare conabitur, & accuſationem cauillando, ver-

A minori.

Refutatio ex tenuationis (*p translatio*) *nem cauſæ.*

do, verbera nihil mihi nocuiſſe, ac me ſupra quàm deceat, verbis amplificare dicet omnia. Ego verò, ſiquidem id factum eſſet ſine contumelia; nunquam apud vos queri voluiſſem. nunc non damni, per verbera dati, ſed iniuriæ & ignominiæ pœnas eum mihi perſoluere volo, quæ res homines ingenuos maximo dolore afficere debent, acerrimeq; vindicari. Equidem vos, ſi quem ſacrilegij furtiue damnatis, in irrogāda pœna non id ſpectare video, quantū abſtulerint: ſed ſine diſcrimine omnes capitis damnare, & æquum putare, vt qui eadem facinora ſunt aggreſsi, pœnas eaſdem luant. Idem igitur de contumelioſis iſtis ſentire debetis: neq; id conſiderare, an parum verberarint, ſed an leges violarint. Neq; enim tam id factum, quod contigit, vindicandum eſt: quàm vniuerſa petulantia morum coercenda. Scitis enim, ſæpè iam paruas cauſas ingentia mala peperiſſe: ac multos & ciues & peregrinos ab ijs, qui verberare auſi fuerant, ad tantam iracundiam concitatos, vt ad vulnera, ad cædes, ad mortes, ad atrociſsimas clades progrederen-

Damnum.
Iniuria.
Contumelia.
A paribus.
Factum.
Delictum.
Euentus.
Inggenium.
Quod fieri potuit.

derentur. Quorum nihil, quantum in reo fuit, infectum eſt: ſed ſi illius factũ ſpectetis, hęc quæ diximus, omnia perpetrata ſunt: fortuna autem & moderatio mea in cauſa fuerũt, ne quid acerbius ſequeretur. Arbitror autem vos ita demum, vt res meretur, indignaturos, ſi vobiſcum ipſi reputaueritis, quãto maior hæc ſit alijs iniurijs. Nam alia quidem ſcelera partem aliquam rei familiaris lædere: verberum autem iniuriam ſummæ rerum nocere, inuenietis: & multas familias ob hanc extinctas eſſe, multasq́ꝫ vrbes euerſas. Et quorſum attinet, aliorum cladibus commemorandis immorari? Nos ipſi bis iam ſtatum popularem ſublatum eſſe, bis nos libertatem amiſiſſe, vidimus: non per eos qui alijs ſceleribus obſtricti fuerunt, ſed per contemptores illos, qui & hoſtibus ſeruire, & ciuibus inſultare voluerunt: quorum iſte vnus eſt. Nam etſi per ætatem illis turbis intereſſe non potuit: at indolem habet illi ſtatui conuenientem. Iſta enim ingenia ſunt, quæ hoſtibus noſtros exercitus tradiderunt, quæ patriæ mœnia ſubruerunt,

Transfert crimen à priuata persona ad ſtatum ciuitatis.

Ab exemplo Athenienſiũ.

Similis non temporibus ſed moribus.

runt, quæ ciues mille quingentos, indi-
cta cauſa, trucidarunt. Vos igitur ha- *Admonitio,*
rum rerum memores punire decet, non *puniendos*
eos modò, qui tum vobis nocuerunt, *etiam eos, qui*
ſed iſtos etiam, qui nunc eodem ſunt *fore improbi*
animo in rempublicam: ac tanto magis *uideantur.*
hos, quos veriſimile eſt fore improbos,
quàm illos, qui olim peccarunt: quan-
to præſtabilius eſt, ingruentia mala
prohibere, quàm præterita vlciſci. Neq;
enim expectandum eſt, donec congre-
gati ac nacti occaſionem, toti ciuitati
perniciem comparent: ſed quocunque
in facinore veſtræ poteſtati tradentur,
in eo ſunt puniendi: atq; in lucro depu-
tandum, ſi quem deprehenderitis, qui
paruis in rebus omnem ſuam improbi-
tatem oſtentarit. Nam optimum certè *Vnū facinus*
quidem eſſet, ſi quod aliud ſignum in *loco notæ im-*
hominibus improbis emineret: eos, etiã *preſſæ faciei*
priuſquam ciuis vllus ab eis læderetur, *habendum.*
mulctari. Quia verò id ſentiri nõ poteſt,
niſi poſt factas ab eis alicui iniurias: tũ
certè, vbi cogniti fuerint, omniũ officiũ
eſt, eos odio proſequi, & pro cõmunib⁹ *A communi*
hoſtib. habere. Illud etiã cogitate, paupe *periculo.*
ribus nihil eſſe metuendũ, ne fraude cir-

opes amittant: corporum autem iniu-rias omnibus eſſe communes. Itaque quum fraudatores punitis: diuitibus duntaxat conſulitis. Quum verò proteruos iſtos cohercetis: vobiſmetipſis opem fertis. Quare vos hęc iudicia maximi facere decet, ac in alijs contractibus tanti litem æſtimare, quantum accuſatorem conſequi æquum eſt. Sed de iniuria verberum, ea mulcta irroganda eſt, qua ſoluta, reum petulantię ſuę perpetuò pœniteat. Quòd ſi morem iſtum tolletis, quo nunc pecunia duntaxat mulctatis eos, qui vires ſuas ciuibus verberandis oſtentant: & nullum ſatis graue ſupplicium eſſe putabitis, ſi qui corpora violantes, pecunijs mulctati fuerint: bonorum iudicum officio functi eritis. Nam & de hoc ipſo negocio rectè ſtatuetis; & ciues alios modeſtiores efficietis, & veſtram ipſi quoque vitam in tuto collocabitis. Decet autem prudentes iudices in alienis cauſis diſceptandis, æquitate obſeruanda, ſuis interim quoque rebus proſpicere. Ac nemo veſtrûm, eo quod pauper ſum, & homo plebeius, propterea quicquam

Corporibus lædæ plagæ.

Ab euenturis commodis.

Occupatio, ſe propter paupertatē nō eſſe minoris faciendum.

de litis

de litis æſtimatione detrahendum cenſeat. Nec enim æquum eſt, minora ſupplicia conſtitui de iniurijs hominũ obſcurorum, quàm nominatorum: neq; deteriores iudicandi ſunt pauperes, q̃ opibus affluentes. Nam vos ipſos ignominia notabitis, ſi de ciuibus ita ſtatuetis. Omnium præterea iniquiſsimum fuerit, in populari republica non omnes eadem conſequi: & ad magiſtratus quidem patêre nobis aditum velle, iure autem legumq; præſidijs nos vltrò ipſos ſpoliare: atq; in prælijs æquè omnes ad tuendum ciuitatis ſtatum velle oppetere: in ferenda autẽ ſententia ditioribus plus tribuere. Neq; verò, ſi mihi quidem pareatis, ſic erga vos ipſos affectieritis: neq; tales cauſas à vobis alienas eſſe iudicabitis: ſed ſic vnuſquiſq; pronunciabit, quaſi ſua res ageretur. Nam æquè omnes lædunt, qui legem pro corporis noſtri defenſione latam, conculcare audent. Quare, ſi ſapitis, mutuò vos cohortati, Lochitæ veſtram iracundiam oſtendite: cum intelligatis, omnes iſtiuſmodi legum eſſe cõtemptores: ſed ea quę hic decernuntur, habe-

Æqualitatis Democraticæ commẽdatio.

Concluſio.

habere pro legibus. Ac ego quidem de re dixi, vt potui. Quòd ſi aduocatorum aliquis habet, in quo mihi patrocinetur, progreſſus ad uos, dicat.

ARGVMENTVM HIERONYMI Vvolfij, in orationem VIII. & vltimam.

Αμάρτυρος inſcribitur hæc oratio, quòd controuerſia nullis teſtimonijs probari poteſt, ſed veritatem coniecturis quibuſdam indagare neceſſe eſt. Nam cum Athenis triginta tyranni graſſarentur: Nicias proſcriptus, tria talenta depoſuit apud Euthynum conſobrinum nullis teſtibus adhibitis. Quæ cum repeteret, duo recipit, tertium Euthynus negat. Controuerſia in hoc conſiſtit, vtrum probabilius ſit, Niciam repoſcere quod non dederit, an Euthynum reſeruare quod acceperit: valdè ingenioſa & acuta oratio eſt: &, Philoſtrato autore, inter Iſocrateas ex optimis.

Oratio

ORATIO CONTRA EVthynum ſine teſtibus: Hieronymo Vvolſio interprete.

IVſtæ mihi ſunt cauſæ, Nicię defendendi. Nam & amicus meus eſt, & me rogauit, & affectus iniuria eſt, & dicendi imperitus. Quare propter hæc omnia cauſam eius agere cogor. Quàm breuiſſimè igitur potero, vobis exponam, quomodo negocium hoc ei cum Euthyno interceſſerit. Nicias hic, triginta tyrannis rerum potientibus, cũ eum inimici è ciuiũ numero deletum, in * Lyſandri catalogum inſcripſiſſent: rebus ſuis diffiſus, facultates oppignorat, famulos peregrè ablegat, ſuppellectilẽ ad me transfert, & argenti tria talenta Euthyno cuſtodienda tradit: ipſe verò in agro ſe continet. Non multò pòſt, aliò nauigaturus, argentum repetit. Euthynus autem duo quidem talenta reddit, ſed tertiũ inficiatur. Nicias igitur eo tẽpore nihil habebat aliud quod ageret,

Beneuolentiæ captatio à perſonis.

Narratio.

* *Piſandri.*

ageret, niſi quòd apud familiares illum incuſabat, & querebatur, & quid ſibi accidiſſet, narrabat. Atqui tanti faciebat iſtum, & conditionem temporum ita metuebat: vt multò citius paruam iacturam ſilentio præteriſſet, quàm re nulla fraudatus accuſaſſet. Et hæc quidem rei ſumma eſt. Conflictamur autem magnis difficultatibus. Nam Niciæ neq; deponenti pecunias, neq; recipienti quiſquam adfuit vel ingenuus vel ſeruus. Itaq; nec quæſtionibus, neq; teſtibus res probari poteſt: ſed neceſſe eſt, & nos argumentis docere, & vos eâdem hac ratione iudicare vtri vera dicant. Arbitror autem vos omnes ſcire, calumniari ſolere potiſsimùm homines eloquentes, ſed pauperes, eos qui dicendi imperiti ſunt, & pecuniam dare poſſunt. Nicias verò Euthyno vt locupletior, ſic etiam infantior eſt. Quare nihil fuit, quo fretus Euthynum iniuſtè inuaderet. Quin ex ipſa etiam re intelligitur, longè veriſimilius eſſe, Euthynum id negare quod acceperit, quàm Niciam poſtulare quod non dederit. Notum enim eſt, lucri cauſa omnes iniuriam

Attētio à rei perplexitate.

1. Confirmatio à qualitate perſonarũ.

2. Ab ipſius rei natura.

iuriam facere. Qui igitur depoſitum negant: habent id propter quod ius violant. Qui verò accuſant, id quoq; neſciũt, an accepturi ſint. Prętere a reipublicæ ſtatu incerto, ſublatisq; iudicijs, hic accuſando nihil profeciſſet: iſti verò, etiamſi fraudaret, nihil periculi metuendum erat. Quare mirandum nõ fuit eo tempore, quum ij etiam qui teſtibus adhibitis mutuati erant, negarent: iſtum, quod ſolus à ſolo acceperat, reddere noluiſſe. Hunc verò non conſentaneum eſt (quum nec ij quibus iure debebatur, æs alienum exigere poſſent) putaſſe, iniuſtè accuſando ſe quicquam accepturum eſſe. Quòd ſi nihil ei obſtitiſſet, ſed calumniari & licuiſſet & libuiſſet: eum non contra Euthynum venturum fuiſſe, facilè perſpicitur. Nam qui tale aliquid in animo habent: tirocinium non ab amicis auſpicantur, ſed horum præſidijs freti, alios inuadunt, & eos accuſant, quos nec verentur, nec metuunt, ſed cùm diuites eſſe vident, tùm copijs amicorum deſtitutos, & rebus gerendis ineptos. At in Euthyno cõtraria horum reperiuntur.

3. A cõditione temporũ.

4. A neceßitudine reorũ & more calumniatorũ.

Eſt

Eſt enim Niciæ conſobrinus, & tum dicendi tum agendi facultate inſtructior. Præterea paruas quidem facultates, ſed multos amicos habet. Quare nemo eſt, quem non potius, quàm iſtum aggrederetur. Nam, vt ego quidem conſcius neceſsitudinis iſtorum, ſentio: nec Euthynus Niciam læſiſſet, ſi alium quempiam tanta fraudare pecunia licuiſſet. Nunc huius cauſa negocij altius repetenda eſt, & inquirenda ſubtilius. Accuſare enim licet aliquem delectum ex omnibus: ſed fraudare non alium licet, niſi qui depoſitum crediderit. Quare Nicias, ſi calumniari vellet, iſtum non inuaſiſſet: Euthynus verò quum fraudare decreuiſſet, alium inuenire non potuit. Iam illud maximum ſignum eſt, & vnum omnium inſtar, quòd eo tempore, quo crimen conflatum eſt, oligarchia conſtituta erat: in qua cum vtroq; ſic agebatur, ut Nicias ſi ſuperiori tempore calumnijs victum quæritaſſet, tunc vtiq; deſtitiſſet. Euthynus autem, ſi nunquam quicquam iniuſti cogitaſſet, tunc incitari potuiſſet. Nam is quidem propter delicta honorabatur: huic autem

Comparatio uoluntatis et facultatis.

Rurſus à temporibus & qualitate perſonarum, per cõtentionem.

autem ob pecunias inſidiæ cõparabantur. Omnes enim ſcitis, eo tempore maius fuiſſe crimen, eſſe diuitem, quàm ſceleroſum: quod hi aliena rapiebant, illi ſuas opes amittebant. Qui enim ad Reipublicæ gubernacula ſedebant, nõ delinquentes puniebant, ſed diuites ſpoliabant: & iniuſtos ſibi fidos, diuites autem inimicos eſſe putabant. Quare non eo in loco res Niciæ fuerunt, vt per calumniam alienis potiretur: ſed, vt etiamſi læſiſſet neminem, malo afficeretur. Nam qui ita potens erat, vt Euthynus, ei poteſtas dabatur, & ea quæ accepiſſet, fraudandi, & de his quæ non dediſſet, accuſandi. Quorum verò eadem erat quæ Niciæ cõditio, hi & debitoribus æs alienum remittere, & ſuas opes calumniatoribus dare cogebãtur. Et hæc à me verè dici, ipſius Euthyni teſtimonio cognoſcetis. Timodemum enim ab hoc XXX. minas extorſiſſe ſcit, non æs alienum poſtulantem, ſed carcerem minitantem. Credi igitur qui poteſt, eam fuiſſe Niciæ amentiam, vt ipſe in capitis periculo conſtitutus, alios

XXX. Tyrannorum improbitas.

Fides ab exemplo.

Confirmationis p̃ enumerationem cõcluſio.

alios calumniaretur: & qui ſua tueri non poterat, alienis inſidiaretur: & præter eos inimicos, quos iam habebat, aliorum etiam odia in ſe concitaret: atq; illos per iniuriam accuſaret, à quibus, etiamſi fraudationem faterentur, ius ſuum conſequi non non potuiſſet: ac tum ſuperior alijs eſſe ſtuderet, quũ nec æquo iure viueret: & quum ea, quę non acceperat, luere cogeretur, tunc ea quę non dediſſet, ſe impetraturum ſperaret. Ac de his quidem hæc dixiſſe ſufficiat. Fortaſsis autem Euthynus, id quod iam antè quoq; dixit, repetet: ſe, ſi iniuriam facere conſtituiſſet, nunquã duas depoſiti partes fuiſſe redditurum, et tertiam duntaxat retenturum: ſed ſeu iuſtè, ſeu iniuſtè agere voluiſſet, eodem animo de tota ſumma futurum fuiſſe. Ego verò vos omnes ſcire puto, omnes homines, ſi quid iniuſti moliantur, etiã defenſionem ſimul meditari. Quare non mirandum eſt, Euthynum, vt iſta dicere poſſet, hoc modo iuſticiam violaſſe. Ad hæc alios etiam oſtendere poſſem, qui pecunijs acceptis, maximam partem reddiderunt, pauca retinuerunt:

Confutatio: potuiſſe trientem retinere: beſſe reddito.

Ab exemplis.

nuerunt: & in paruis negocijs fraude ſunt vſi, in magnis iuſticiam ſequuti. Quare iſtud neq; ſolius Euthyni, nec primi artificium eſt. Cogitate porrò, ſi vobis fucum fieri patiemini ab iſtis, qui dicunt talia: vos legem laturos eſſe, quomodo fraudare oporteat. In poſterum igitur partem reddent, partem retinebunt. Nam è re eorum futurum eſt, ſi argumento pecuniæ redditæ vſi, pœnas non dabunt interceptæ. Conſiderate prætereà, quàm facilè pro Niciæ defenſione dici poſsint eadem, quæ pro ſe affert Euthynus. Cum enim duo talenta recepit: nemo illi præſtò fuit. Quapropter, ſi ei calumniari libitum fuiſſet, ſatis apparet, eum hæc etiam ſe recepiſſe, negaturum fuiſſe: deq; vniuerſis eadem verba facturum. Sic de maiore pecunia Euthynus in diſcrimen veniret, & his argumentis vti non poſſet. Prætereà nemo queat oſtendere, cur Nicias Euthynum accuſaret: ſed intellectu facilè eſt, cur Euthynus hoc modo iniurius fuerit. Cum enim Nicias in malis eſſet: omnes cognati & fami-

A ſecuturis abſurditatibus.

Inuerſio communis argumenti.

A cauſa redditæ partis ab Euthyno.

liares eius audierant, eum, quicquid argenti habuerat, depoſuiſſe apud iſtum. Intelligebat igitur Euthynus, ſcire multos, pecuniam apud ſe eſſe: quantum verò, id neminem audiuiſſe. Quare putabat, ſi quid de numero ſubtraxiſſet, clàm fore. Sin totum retineret, deprehenſum iri. Maluit igitur tantum ſumere, quantum ſatis eſſet, defenſionemq́ ſibi relinqui: quàm ne inficiari quidem poſſe, ſi nihil omnino reddidiſſet.

ORATIONVM ISOCRATIS
FINIS.

ISOCRATIS
EPISTOLAE ALIQVOT,
HIERONYMO VVOLFIO interprete.

Argumentum primæ Epiſtolæ.

Miſſurus Iſocrates orationem ad Philippum, de reconciliandis Græcis, & oppugnandis Barbaris ſcriptam: epſtolam hanc adiecit, quæ regi ſummam orationis exponeret, ad eamq; legendam eius animum pararet.

ISOCRATES PHILIPPO Macedonum regi S. D.

SI eſſem iunior, non per literas tecum agerem, ſed iſtuc profectus corám diſſeruiſſem. Sed cum ætatis meæ tempus, & rei gerendæ occaſio, non inter ſeſe congruant (nam & ego ſenectute retardor, & illa nunc rectiſsimè adminiſtrari poteſt) ita eam tibi explicare conabor, vt tali ſtatu rerum fieri poteſt. *Captatio beneuolētiæ ab excuſatione.*

Attentio à difficultate, p collationem epiſtolæ & colloquij.

Equidem haud ignoro, quantum ad perſuadendum interſit, vtrum viua voce, an per literas conſilium detur: non eò tantùm, quod iiſdem de rebus præſenti cum præſentibus agere, quàm ſcriptis facilius eſt: aut quòd omnes dictis quàm ſcriptis plus credunt, & illa tanquàm decreta, hæc ut figmenta audiũt: ſed propterea inprimis, quòd in congreſsibus, ſi quid fortè vel non rectè intelligitur, vel non creditur, is qu coràm adeſt, vtrique incommodo leui opera medetur. in ſcriptis, ſi talis ſcrupulus inciderit, nemo eſt qui tollat, ipſo autore & defenſore non præſente. Sed cum totius rei penes te iudicium ſit futurũ: bona mihi ſpes eſt, orationem noſtram ponderis aliquid apud te habituram: quem reiectis omnibus id genus impedimentis, res ipſas ſpectaturum arbitror.

Occupatio, et liberior admonitio, ſpecie laudationis.

Quidam autem, qui in congreſſum & colloquium tuum venerunt, me ab hoc inſtituto deterrere ſunt conati, dicentes, apud te aſſentatores in precio eſſe, contemni monitores. Quorum verbis ſi crederem: omnino quieuiſſem. Sed nemo mihi perſuadebit, poſſe fieri, vt quiſ-

ut quiſquàm tanta & rerum geſtarum gloria, & laude ſapientiæ cæteris antecellat, niſi ex alijs diſcat, alios audiat, alijs benefaciat, & vndecunque accerſat & colligat ea, quibus ingenium excolatur. Et hæ me cauſæ, ut ad te ſciberem, mouerunt. Dicturus autem magnis de rebus, deque ijs quas audire nemini mortalium quàm tibi magis conuenit: te alacriter adeò eſſe hortandum exiſtimaui, ut ſcriptam orationem audire dignareris. Neque enim aut ego nunc gloriolam capto, aut te eiuſmodi orationes, vel ad ſatietatem audiuiſſe ignoramus. Adhæc illud etiam omnibus eſt perſpicuum, ſi qui oſtentare ingenia cupiant, celebres eis conuentus eſſe petendos, in quibus plurimos inueniet eloquentiæ ſuæ admiratores. Si qui autem perficere aliquid ſtudeant: ijs cum eo diſſerendum eſſe, qui rebus ipſis, quæ oratione fuerint expoſitæ, ſummum faſtigium quàmprimùm imponat. Quòd ſi vrbi alicui conſilium darem: cum magiſtratibus & principibus ciuitatis ſermonem haberem. Quũ verò de ſalute Græcorum tuenda ſuadere in-

Attentio ab utriuſque officio.

Docilitas & beneuolentia.

dere inſtituerim: quis nam mihi ęquius appellandus erit, quàm is, qui & nobilitate & potentia Græcis omnibus antecellit? Neq; verò nos harum rerum intempeſtiuè mētionem facere cenſendum eſt. Nam dum Lacedæmonij rerū potirentur: difficile tibi fuiſſet, gentis noſtræ ſuſcipere curam, illisq; aduerſari. Nūc verò in eo loco res eorum ſunt, ut bene ſecum agi putent, ſi ſuam ditionem tueri queant. Noſtra verò ciuitas promptiſsimè tecum ſuas opes coniunget, ſi de Græcia bene mereri ſtudebis. Quæ igitur hac melior occaſio tibi dari queat? Mirari autem non debes, me, qui neq; orator ſim, neq; imperator, nec alioqui vir potens, negocium tam arduum ſuſcepiſſe: duasq; res maximas conari, ut et de ſtatu Grecię orationem habeam, & tibi dem conſilium. Nam ego ut nunquam geſsi rempublicam (qua quibus de cauſis abſtinuerim, dictu operoſum fuerit) ſic nemo negabit, opinor, me ea doctrina, quæ res minutas deſpicit, & cōſequi arduas conatur, non eſſe deſtitutum. Quare abſurdi nihil fuerit, me, quid publicè proſit, ali-

Ab occaſione.

Occupatio, qua ſibi autoritatem conciliat.

quanto

quãto acutius perſpicere, quàm qui iſt. hic reipub. præſunt, magnamq́ꝫ autoritatem habent. Statim autem declarabimus, an alicuius precij ſimus: cuius rei teſtis aptiſsimus ipſa erit oratio.

Argumentum Epiſtolæ ſecundæ.

Tres ſunt huius epiſtolæ partes. Primùm dehortatur Philippum à bellãdi temeritate, de qua Cicero etiã ſic ſcribit: Temerè autem in acie uerſari, & manu cum hoſte confligere: immane quiddam & belluarum ſimile eſt. Sed cum tempus neceßitasq́ꝫ poſtulat, decertandum manu eſt, & mors ſeruituti turpidiniq́ꝫ anteponenda. Deinde perſuadere conatur, ut regi Perſarum bellum inferat. Poſtremò hortatur, ut populi Athenienſis amicitiam expetat, & de Græcis omnibus bene mereatur.

Iſocrates Philippo S. D.

EQuidem ſcio, ſolere gratiores eſſe omnibus laudatores, quàm monitores: præſertim, ſi quis præcipiendi munus, nõ rogatus, ipſe vltro ſuſcipiat. Ego verò, niſi prius optimo ſtudio te monuiſſem ijs de rebus, quæ officij tui eſſe maximè videbãtur: fortaſſe nũc de ijs quæ tibi acciderunt, pronunciare nõ insti- *Beneuolentiæ captatio per occupationem.*

Attentio per collationem. inſtituerem. Sed quia mihi propoſitum eſt, rerum tuarum gerere curam, cùm patriæ meæ, tum cæterorum Græcorum cauſa: turpe mihi ducerem, de rebus nõ perinde neceſſarijs conſilium tibi dediſſe, nunc longè grauiorum nullam facere mentionem. *Narratio cũ reprehẽſione* Tùm enim gloria tantùm agebatur: hæc verò ad ſalutem tuã pertinent: quam neglexiſſe viſus es ijs omnibus, qui conuicia in te dicta audiuerunt. Nemo enim eſt quin ſtatuat, te in adeundis periculis magis eſſe temerarium, quàm regia dignitas patiatur: & de laude fortitudinis, quàm de ſumma rerum, plus ſolicitum eſſe. Atqui *Dehortatio ſententioſa p collationẽ, dilemma & diſtinctionem.* æquè turpe eſt, & hoſtibus circundatum, ſtrenuè pugnando alijs non ſuperiorem eſſe: &, quum nulla talis vrget neceſsitas, in ea te diſcrimina conijcere, quibus ſuperatis nihil memorabile geſſeris: interfectus, omnes fortunas vnà euertas. *Honeſti obitus in prælijs* Neq; verò ſemper præclarum habendum eſt, in bellis occumbere: ſed quando id fit pro defenſione patriæ, parentum & liberûm, laudabile eſt. Quum verò talis obitus & his omnibus nocet, & ſuperiorum temporum ſuc-

ſucceſsibus labem aſpergit: turpis ha-
bendus & fugiendus eſt, ut ignominiæ
conciliator. Eam potius in gerendis *Ab urbium*
bellis rationem tibi ſequendam cenſeo, *exemplo.*
qua vrbes vtuntur. Nam hæ omnes,
quum aliquò mittunt exercitus, rem-
publicam & ſenatum de rebus delibe-
rantem, in tuto collocare ſolent. Vnde
id etiam euenit, ut ſi qua plaga fuerit
accepta, non tamen vnà vires omnes
amittant, ſed & multas clades perferre,
& opes ſuas recuperare poſsint. Quod
& tibi propoſitum eſſe debet: neq; vl-
lum ſalute maius eſſe bonum exiſtimā-
dum, ut etiam victorijs, quæ contige-
rint, rectè vti queas. Non vides, quanta
ſit Lacedæmoniorum de regum inco- *Ab exemplo*
lumitate ſolicitudo? adeò ut clariſsimi *Laconicorum*
quiq; ciues eos tueri ſoleant: quibus *regnum.*
turpius eſt à capite regis pericula non
depuliſſe, quàm clypeum abieciſſe. Ne-
que illa etiam ignoras, quæ Xerxi Grę- *Ab exemplo*
cos opprimere ſeruitute conato, & Cy- *Xerxis &*
ro Perſicum regnum ſibi vendicare ag- *Cyri.*
greſſo, acciderunt. Alter enim tantis
prælijs victus, tot cladibus affectus, ut
nullum ſimile exemplum quiſquam

norit: tamen quia vitam conſeruarat, non ipſe modò regnum recuperauit, ſed idem filijs ſuis reliquit: et Aſiam ita firmauit, ut nilhilominus ſit, q̃ prius formidanda. Cyrus autem, victis omnibus regis exercitibus, cum ſumma rerum potitus eſſet: temeritate ſua non ſeipſum duntaxat tanto imperio priuauit, ſed & milites ſuos in extremum diſcrimen adduxit. Innumeros commemorare poſſem, qui quum maximorum exercituum duces eſſent, quia ipſi immaturè perierunt, vnà ſecum innumeros in exitium traxerunt. Hæc exempla tibi conſideranda ſunt, ut eam fortitudinis laudem, quæ cum væcordia & intempeſtiua ambitione coniuncta eſt, non appetendam iudices: neque ipſe tibi, in tot regnorum periculis, alia ignobilia & militaria accerſas: neque cum ijs certes, qui aut vitam calamitoſam perdere volunt: aut, ſtipendij maioris impetrandi cauſa, temerè in pericula ſe conijciunt: neque gloriam deſideres tibi cum alijs multis & Barbaris & Græcis communem, ſed eam cuius tanta

Concluſio & tranſitus ad ſecundã partem de bello Perſis inferendo.

tanta ſit amplitudo, ut tibi ſoli noſtro ſeculo contigere queat: neq; tales virtutes nimis adames, quæ contemptis etiã haud negatæ ſunt: ſed illas, quarum nemo malus particeps eſſe poſsit: neque bella geras obſcura & moleſta, quum honorata & ſuauiora ſuſcipere liceat: neq; ea per quæ & tibi coniunctiſsimos moleſtijs ac ſolicitudinibus afficias, & hoſtibus tuis magnam ſpem ſubminiſtres: id quod nunc quoq; abs te factum eſt. Sed barbaros iſtos, cum quibus nunc dimicas, tantiſper viciſſe ſuffecerit, dum regnum tuum in tuto collocaris. Iſte verò, qui nunc Magnus Rex appellatur, regno euertendus eſt: ut & gloriam tuam amplifices, & Græcis oſtendas cum quibus bella gerenda ſint. *Optatio & occupatio.* Vehementer autem optarim, me hęc ad te ſcripſiſſe ante ſuſceptam expeditionem, ut vel ſi paruiſſes, in tantum periculum non veniſſes: vel, ſi mea monita neglexiſſes, ego non viderer ea ſuadere, quæ nũc, euẽtu magiſtro edocti, omnes probant: ſed ut exitus teſtaretur, vera & recta fuiſſe mea his de rebus conſilia.

Cum

Cum verò huius diſputationis ea natura ſit, vt largam dicendi materiam præbeat: ego pluribus verbis non vtar: quòd exiſtimo, & teipſum, & ex amicis tuis viros honeſtiſsimos facilè quam multa volueritis, ad hæc adiecturos. Præterea vereor, ne fuerim in hoc loco tractando curioſior. Nam dum paulatim progredior, non animaduerti, me neglecta epiſtolæ breuitate, in iuſtæ orationis prolixitatem incidiſſe. Quæ quanquam ita ſunt, non tamen præterire debeo, quæ de noſtra vrbe dicenda ſunt: ſed danda eſt opera, ut te adhorter ad contrahendam cum ea familiaritatem, & amicitiæ vſum. Arbitror enim eſſe multos, qui nuncient, atque dictitent, non odioſiſsima tantum quæ apud nos de te dicta ſunt, ſed quædam etiam de ſuo affingant. Quibus te auſcultare non decet. Abſurdum enim fuerit, te, qui noſtrum populum eò reprehendas, quòd calumniatoribus facile aures præbeat: illos magnifacere, qui artem calumniandi exercent. Atque etiam intelligis, iſtos, quò facilius ciuitatem noſtram à quibuslibet in quamuis poſſe

Reiectio & ad tertiam partem tranſitus de ſtudio Athenienſiũ.

Occupatio.

A repugnantibus.

Inuerſio.

uis poſſe traduci partem aſſerunt: eò tibi magis opportunam eam eſſe oſtendere. Nam ſi hi, qui nulla in rempub. beneficia conferunt, ſolis verbis quicquid volunt impetrant: qui conſentaneum eſt, te qui ipſis factis nos plurimum iuuare potes, quicquam à nobis non conſecuturum? Acerbis autem noſtræ vrbis accuſatoribus illos eſſe opponendos video, qui Athenienſium omnia eſſe dicunt: neq; minus eos, qui Athenienſes nulla vel magna vel parua in re deliquiſſe aſſerunt. Abſit autem, ut ego tale aliquid dicam. Nam cum alij nec deos omni crimine vacare putent: me gloriari puderet, nos nihil vnquam peccauiſſe. Illud tamen habeo dicere: te nullam aliam vrbem inuenturum, quæ vel Græcis vel tuis rebus magis ſit opportuna. Quod tibi eſt diligentiſsimè conſiderandum. Nec enim tantùm, ſi tecum ſocietatem inierit, ſed ſi vel amica tibi eſſe viſa fuerit: maximas tibi allatura eſt vtilitates. Nã & hos qui tibi nunc parent, ſi non habebunt ad quos confugiant, in officio continebis; & quoſuis Barbarorum celerius

A minori.

Impudẽtibus impudentiores opponit, per inficiationem.

Conceßio.

Ab utili.

Concluſio per epiphonema. celerius ſubiges. An vero talis beneuolentia non alacriter expetenda eſt, qua non modò partum imperium ſecurè teneas, ſed amplam etiam ditionem ſine periculo acquiras? Miror equidem eorum principum rationes, qui peregrinos milites conducunt, & magnis impenſis alunt, à quibus & ipſi norũt plures eorum, qui illis crediderũt, eſſe proditos, quàm ſeruatos: tam potentis verò vrbis adiungere ſibi ſtudia non conantur, quæ cùm ſingulas vrbes, tum vniuerſam Græciam ſæpe iam conſeruauit. Illud cogita, multos laudare tuã prudentiam, quòd ita cum Theſſalis egeris, ut & æquum erat, & illis expediebat: qui quidem viri ſunt non facilimis ingenijs, ſed animoſi & ſeditioſiſsimi. Iſthæc eadem ratio de nobis etiam erit ineunda, quum ſcias, ut regionem Theſſalorum, ſic Athenienſium potentiam tibi eſſe finitimam, quã tibi omnĩ ſtudio conciliare debes: quum ſit multo præclarius, beneuolentiam ciuitatũ capere, quàm mœnia. Hoc enim non modò inuidioſum eſt, ſed quicquid fit huius generis, exercitibus plerunque aſcribitur.

Per collationem.

Ab ipſius Philippi exemplo.

A comparatione uiolentiæ & humanitatis.

aſcribitur. ſi autem familiaritates cõtrahere potueris, & hominũ beneuolentiã colligere: ſapientiã tuam mirabũtur omnes. Hęc quæ de vrbe noſtra diſſerui, affirmanti mihi iurè credes. Satis enim conſtat, me & meis ciuibus adeò aſſentari nõ ſolere, ut nemo ſit omnium, qui ſæpius eos reprehenderit: neque etiam in magno eſſe precio apud vulgus, & temerarios rerum æſtimatores: ſed illorũ aliјs ignotum eſſe, aliјs æquè inuiſum ac te. Hoc tamen inter nos intereſt, quòd tibi opes & potentiam inuident: mihi, quòd me illis ſapientiorem eſſe profiteor, pluresq́ ſunt, qui mea conſuetudine quàm illorum delectentur. Vtinam verò tã facile mihi eſſet, quàm tibi, conceptam de nobis vulgi opinionem abolere. Nunc id quidem in tua manu eſt, modò velis: mihi verò cùm propter ſenium, tum pluribus aliјs de cauſis, boni fortuna mea eſt conſulenda. Quare nõ video, plura dicere quorſum attineat: hoc tamen addam, licere vobis, regnum veſtrum ac felicitatem Græcorum felicitati & beneuolentiæ tanquam depoſitum commendare.

Occupatio, qua ſibi autoritatem conciliat.

Faceta Iſocratis et Philippi comparatio.

A facili.

In

In tertiam epiſtolam Argumentum.

Hortatur Philippum, ut, relictis rebus omnibus, regi Perſarum quamprimum bellum inferat.

Iſocrates Philippo S. D.

Reiectio͂e argumentũ Philippicæ orationis repetit

ETSI cum Antipatro etiam, & de noſtræ vrbis & tuis commodis, ſatis, ut mihi perſuadeo, copioſe diſſerui: tamen ad te quoque ſcribere volui, quid, pace iam facta, mihi agendum eſſe videatur, non multum abſimilia his quæ in oratione perſcripta ſunt, ſed multò breuiora. Tum enim ſuadebam, ut compoſitis noſtræ vrbis, & Lacedæmoniorum, & Thebanorum Argiuorumq́ controuerſijs, Græcos in concordiam reduceres. Exiſtimabam enim, ſi id à principibus ciuitatibus impetraſſes, quàm primum reliquas quoque ſecuturas. Ac illo quidem tempore alius erat rerum ſtatus. Nunc verò in eo loco res ſunt, ut ſuadere nihil ſit neceſſe. Nã propter commiſſum prælium, omnes coacti ſunt ad ſanam mentem redire, & ea de-

ea deſiderare, quæ tibi & agenda & dicenda eſſe ſentiebam: bellum videlicet, omiſſa inſania & auaricia, qua alios alij exagitarent, in Aſiam eſſe transferendum. Præterea illud etiam complures ex me quærunt, vtrum ego tibi ſuaſerim, ut expeditionem contra Barbaros ſuſciperes: an verò, quum tu iam id decreuiſſes, ego ſententiæ tuæ approbator acceſſerim. Ego verò qui nunquam hactenus te conuenerim, nihil me de eo comperti habere dico: ſed putare tamen, cum tibi id iam antea deliberatum eſſet: me tuis conſilijs ſuffragatum eſſe. Quæ illi cum audirent, me rogabant, vt te hortarer, ne mutares conſilium. Nunquam enim edi poſſe illuſtriora facinora, vel Græcis vtiliora: neq; vnquã poſſe dari meliorem rei gerendæ occaſionem. Si igitur ea, quæ olim fuit, ingenij facultas mihi ſuppeteret, neq; ſenectus omnes vires ademiſſet: non per literas tecum agerem, ſed coram te incitarem, & cohortarer ad hoc negocium ſtrenuè ſuſcipiendum. Nũc, vt poſſum te hortor, ne hæc negligas aut deſiſtas, priuſquam rem omnem confeceris. Al-

Excitat Philippi alacritatem, cõmemorandis Græcorum ſtudijs.

Occupatione abſentiã ſuam excuſat.

A glorioſo p collatione ſuo.

terius porrò alicuius rei cupiditate inſatiabili æſtuare, non eſt honeſtum. Nã pleriſq; probatur mediocritas: ſed magnam illuſtremq; gloriam deſiderare, nec eius vnq̃ ſatietate affici debent, qui alijs multum antecellunt. id quod tibi contigit. Tùm autem ad famę tuæ ſplẽdorem nihil poſſe accedere putato, eamq; rebus tuis geſtis parem fore, quum Barbaros (ijs exceptis, qui ſe adductum tuum applicauerunt) Græcis ſeruire coegeris: illumq; regem, qui nunc magnus appellatur, eò redegeris, ut ea agat quę tu imperaris. Hoc autem rerum ſtatu nũc hæc tibi perficere multò facilius eſt, quàm eam conſequi potentiam & gloriam, quam tibi vetuſti regni ſubſidio comparaſti. Neq; enim quicquam tibi eſt reliquum, niſi ut deus fias. Ego verò ſenectuti ob hoc vnum habeo gratiam, quòd eò vſque produxi vitæ meæ tempus, ut ea quæ adoleſcens animo agitaui, & tum in Panegyrica, tum ad te miſſa oratione ſcribenda ſuſcepi, partim nunc per te geri & adminiſtrari videam, partim deinceps perficienda eſſe ſperem.

A facili per collationem.

Gratitudo.

Argu-

Argumentum quartæ Epiſtolæ.

Diodotum diſcipulum & amicum ſuum, unà cum eius filio egregiè commendat: & ſubobſcurè Philippum monet, ut ſapientes ſibi conſiliarios adiungat, & amicorum in admonendo libertatem gratam acceptamq́; habeat.

Iſocrates Philippo. S. D.

QVanquam apud nos periculoſum eſt, literas mittere in Macedoniam, non modò nunc quum bellum vobiſcum gerimus, ſed pacis etiam tempore: ego tamen ad te ſcribere de Diodoto inſtitui. AEquum enim eſſe exiſtimo, ut magni faciam cùm omnes familiares meos, qui ſe nobis dignos præbuerunt: tum vero hunc, propter & beneuolentiam erga nos, & morum integritatem. Maximè autem vellem, eũ per nos fuiſſe cõmendatum. Poſtquã verò aliorũ opera ei aditus ad te patefactus eſt: hoc mihi relinquitur, ut teſtimoniũ de eo dicã, eamq́ noticiã, quę inter te & illũ eſt, cõfirmem. Nam cũ multi & varij viri, atq; ex illis pleriq; gloria celebres, mea conſuetudine ſint vſi:

Beneuolentiæ captatio à perſonis.

Exaggeratio, ſe teſtimoniũ potius dictuꝝ, q̃ commẽdaturum.

Per collationem & diſtributionem.

Eloquentia. reliquorum alĳ eloquẽtia, alĳ pruden-
Prudentia. tia & rebus gerendis claruerunt. Ac
Resgerendæ. alĳ quidem vitæ modeſtia & ſuauitate
Modeſtia. morum cõmendati ſunt, quum ad alios
Suauitas. vſus & actiones prorſus inepti eſſent: huic autem ea contigit ingenĳ dexteritas, ut in his, quæ diximus, omnibus, ſit abſolutiſsimus. Quæ ego dicere non auderem, niſi & ipſe ab omni parte perſpectum eum haberem: & omnino putarem, te idem cogniturum, partim ex familiaribus cum eo congreſsibus, partim ex eorum, quibus notus eſt, ſermonibus. Quorum nemo erit, niſi ſupra modum ſit inuidus, quin fateatur, eum & eloquentia & conſilĳs nullo eſſe inferiorem, virumq; iuſtiſsimum & modeſtiſsimum, & ab auaricia alieniſsimum, atq; in vitæ conſuetudine ſuauiſſimum hominem, et vrbaniſsimum. Ad hæc, magnam in eo eſſe dicendi libertatem, non illam indecoram, ſed hanc quę iurè maximum ſignum habetur beneuolentiæ erga amicos: quam ex principibus hi qui tantos animos habent, quantos imperĳ maieſtas requirit, tanquam vtilem venerantur. Qui autem imbe-

Libertas orationis, puſillis animis intolerabilis.

imbecillioribus ſunt ingenijs, quàm potentiæ amplitudo poſtulat, ut moleſtam auerſantur: quaſi verò per eam cogantur aliquid contra ſui animi voluntatem facere: qui non intelligunt, quum de vtilitate deliberatur, eos qui aduerſari audent, maximam eis dare poteſtatem, ea quæ velint faciendi. Cõſentaneum enim eſt, eos qui ad gratiam loqui omnia ſtudent, non modò regum imperia, quæ multa, eaq́ neceſſaria pericula ſecum trahunt, firmare non poſſe: ſed ne rerumpublicarum quidem, quæ aliquantò tutiores ſunt, libertatem. Decet autem eos, qui, propter audientium vtilitatẽ, liberè quæ ſentiunt, dicunt, multa conſeruare poſſe, quæ alioqui peritura videbantur. Quibus de cauſis æquum eſt, apud omnes principes, maiorem eſſe eorum, qui vera dicere non dubitant, autoritatem: quàm horum, qui ad gratiam omnia, nihil autem gratia dignum loquuntur. Fieri tamen ſolet, ut illi apud nonnullos minore in precio ſint quàm aſſentatores: id quod etiam Diodotum, apud quoſdam Aſiæ proceres afflixit. Quorum com-

Collatio cum adulatione.

Querela de iniquitate iudiciorum. modis quum multis in rebus cõſuluiſſet, non dandis modò conſilijs, ſed rebus etiam gerendis, adeundisq́ periculis: quia tamen liberius eos officij ſui monebat, tum honores, quos in patria tenuit, amiſit, tum ampliſsimorum ſpe præmiorum decidit. Ita plus valuerunt leuiſsimorum hominum adulationes, meritis & beneficijs tanti viri. His de cauſis, tametſi ad vos ſe conferre ſemper in animo habebat, tamẽ neſcio quo *Diodoti cunctatio.* timore eſt retardatus: non quòd omnes in altiori dignitatis gradu collocatos, ſimiles eſſe inter ſe putaret: ſed quia difficiles aliorum mores expertus, minus auidè ſpem, quæ à vobis oſtendebatur, amplecti audebat. In quo idem illi accidiſſe videtur, quod *Similitudo.* nauigantium pleriſq́: qui vbi ſemel in tempeſtates inciderunt, nunquam ſecuris animis mare ingrediuntur, etſi ſciunt, ſæpè proſperam etiam nauigationem ſolere cõtingere. Sed quoniam tibi commendatus eſt, id bene eſſe factum, eiq́ profuturum puto: quod ut exiſtimem, tua inprimis facit humanitas, quæ ab *Petitio cum laudatione Philippi.* exteris hominibus prædicatur. Deinde vos

vos præterire non arbitror, nihil eſſe vel ſuauius vel vtilius, quàm fideles ſimul & vtiles amicos parare beneficijs: & de talibus viris bene mereri, propter quos multi etiam alij gratiam vobis habituri ſunt. Omnes enim boni & docti, eos qui præſtantibus doctrina & virtute viris honorem habent, non minus laudant & venerantur, quam ſi in ipſos collata fuiſſent omnia.

Ab utili & glorioſo.

Tranſitio ad filij commendationem.

Sed ipſum Diodotum ſuapte potiſsimum induſtria effecturum eſſe arbitror, vt ſui curam geras. Autor autem etiam eius filio fui, ut ſe ad vos conferret, ſeq́; vobis in diſciplinam quaſi tradito, proficere, atque operæprecium facere conaretur. Quod cum ex me audiſſet, ſe quidem veſtræ amicitiæ percupidum eſſe dixit, ſed eodem eſſe erga illam animo, quo erga certamina coronaria.

Ficta occupatio p ſimilitudinem.

Cupere enim in illis victoriam conſequi: ſed ad ea propterea deſcendere non audere, quòd ſibi vires coronis dignas deeſſe animaduertat: eodemq́; modo ſe optare quidē honores à vobis conſequi, ſed eam ſibi faculta-

tem negatam eſſe arbitrari. Nam & imperitia ſua, & ſplendore veſtro ſe deterreri. Huc accedere corpuſculum quoq; minus elegans, & reprehenſionibus obnoxium: quod exiſtimet, in multis ſibi rebus impedimento fore. Et hic quidem, quod è re ſua eſſe putabit, id faciet: ſiue autem ad vos ſe contulerit, ſiue quieti ac ocio deditus, in hiſce locis verſabitur: curæ tibi eſſe velim, cùm cætera quibus indigebit omnia ut ſubminiſtres, tum verò ut & huius & parentis eius vita in tuto collocetur. Exiſtimare enim debes, te hunc tanquam depoſitum habere à ſenectute noſtra (quæ minimè certe negligenda eſt) & ab ea autoritate (ſi quo fortè nomine digna videbitur) quam habemus: & ab ea beneuolentia, qua vos per omnem ætatem ſum proſequutus. Neque mireris, ſi vel prolixiorem ſcripſi epiſtolam. Ego enim, neglectis cæteris rebus omnibus, in hoc vnum toto animo intētus fui, ut appareret, mihi maximæ curæ eſſe amicorum commoda, quos ſumma charitate complector.

Petitio.

A ſuis meritis.

Excuſatio, qua ſtudium ſuū declarat.

Argu-

Argumentum v. Epiſtolæ.

Gratulatur Alexandro doctrinæ ſtudium, cumq́; ſpecie laudationis hortatur, ut optimorum & doctiſſimorum conſuetudine utendo, elo.quentiam, gerendæq; reipublicæ ſcientiam magis, quàm Dialecticas diſputationes amplectatur: non ſine reprehenſione, ut opinor, Ariſtotelicæ inſtitutionis.

Iſocrates Alexandro S. D.

QVum ad patrem tuum literas darem, abſurdè me facturum putabam, ſi te, qui in eodē loco cum illo verſareris, neq; compellarem, neq; ſalutarem: neq; tale aliquid ad te ſcriberem, quod efficeret, ne ij qui me ignorant, putarent, me iam ſenio deſipere, aut prorſus delirare: ſed ingenium, quodadhuc mihi reliquum eſt, nec vnà cum vigore corporis interijt, non indignum eſſe ea facultate, qua iunior florebam. Prædicari autem te ab omnibus audio, ut & humanum, et Athenienſibus amicum, & ſapientiæ ſtudioſum: in quo profectò non inſipienter, ſed prudentiſsimè facis. Illo quoq; laudem mere- *Attentio.* *Beneuolentiæ captatio, & ſpecie laudationis conſiliū*

ris, quòd ex noſtris ciuibus amare & magnifacere diceris, non eos qui nullum virtutis & doctrinæ ſtudiũ habuerunt, malarumq́ rerum cupiditate conſtricti tenentur; ſed hos, quorum diſputationibus audiendis, nullas moleſtias capias, quorumq́ commercijs & conſilijs vtendo, neq́ damnis, neq́ iniurijs afficiaris. Talium enim conſuetudo prudentibus expetenda eſt. Inter doctrinarum porrò genera nc dialecticas quidem diſputationes improbare diceris: ſed ſic de illis ſentire, ut eas exiſtimes in priuatis cõgreſsibus permultum valere, non tamen vel populi gubernatoribus vel principibus eſſe opportunas. Nec enim expedire, nec decere, ut qui dignitate cæteris præſtant, vel ipſi cum ciuibus rixentur, vel cæteris dent contradicendi licentiam. Hoc igitur ſtudium te non amare ferunt, ſed eloquentiæ diſciplinam permagni facere, qua vtimur & in quotidianæ vitæ negocijs, & cũ de repub. deliberamus. Perquam id tibi contigit, ut & nunc de futuris rebus prudenter ijs qui tibi parent, & non inſipienter quid ſingulos facere

Dehortatio à dialecticis diſputationibus

Adhortatio ad eloquentiæ ſtudium.

facere deceat, præcipere: & de reb⁹ honeſtis & iuſtis, harũq; cõtrarijs rectè iudicare uidearis. Præterea ſic vel pœnis vel prȩmijs afficere vtroſq;, ut mereantur. Magna igitur laude digna eſt tua ſapiẽtia, qui talibus ſtudijs occuperis. Spem enim & patri & reliquis amicis affers, vbi ætate proceſſeris, & in his actionibus perſeueraris, fore ut reliquos tantum ſapientia anteeas, quantum pater tuus omnibus antecellit. *A ſecutura excellentia.*

Argumentum VI. Epiſtolæ.

Primum cauſas exponit, propter quas ſe in Theſſaliam proficiſci non deceat. Deinde longa inſinuatione ſuadet, ut ciuium beneuolentiam præſtare tyrannidi putent.

Iſocrates Iaſonis liberis. S. D.

Renunciauit mihi noſtratium legatorum quidam, ſe à vobis ſeuocatum, ac ſeorſim à cæteris interrogatum eſſe, an perſuaderi mihi poſsit, vt peregrè profectus, veſtra familiaritate vtar? Ego verò propter Iaſonis & Polyacis hoſpitium, libenter ad vos venirem. *Beneuolentiæ captatio à uoluntate ſua.*

Eum

Excuſatio à difficili & turpi & periculoſo, & negata facultate.

Eum enim congreſſum poſſe nobis omnibus prodeſſe ſcio. Sed multa me impediunt: atque illud inprimis, quòd & itineris labores ferre nequeo, & tam grandi ætate peregrè viuere indecorum eſt. Deinde, quòd omnes, audita ea peregrinatione, iure me contemnerent, qui reliquo vitæ meæ tempore ocium amplexus, in ſenectute demum peregrinari inſtituerem: quum deceret, etiamſi prius alibi vixiſſem, nunc domum feſtinare, poſtquam ab obitu tam propè abſum. Adhæc (vera enim dicenda ſunt) etiam ciuitatem meam formido, qui initas cum ea ſocietates celeriter ſolere dirimi videam. Quòd ſi & veſtris in rebus tale aliquid accidiſſet: quomodo & crimina & pericula effugere poſſem (id quod difficile admodum eſt) & dedecus non admitterem, ſiue aliqui putarent, vos à me propter meam ciuitatem negligi, ſiue propter vos patriæ rationem nō haberi? Quum autem non communis ſit vtilitas: quomodo vtriſque gratificari queam, nòn perſpicio. Cauſæ igitur, propter quas ea quæ vellem mihi facere non licet,

tam

tam multæ inciderunt. Neq; tamen decere exiſtimo, ut de meis duntaxat rebus ſcribens, res veſtras negligam. Sed quæ iſthic coram diſſeruiſſem, hæc eadem nunc, ita ut potero, explicare conabor. Neq; verò putetis, hanc epiſtolam oſtẽtationis à me cauſa potius ſcriptam eſſe, quàm hoſpitij veſtri. Non enim ita inſanio, ut ignorem, me hac affecta ætate, meliora his quæ prius edita & cum plauſu excepta ſunt, ſcribere nequaquam poſſe. Sin deteriora protulero: fore ut gloria mea non parum minuatur. Deinde ſi oſtentationi ingenij ſeruire magis, quàm ſeriò vobiſcum agere ſtuderem: non hoc argumentum ex omnibus delegiſſem, de quo haud difficile eſt aptè diſſerere: ſed alia longè pulchriora & vberiora reperiſſem. Sed neq; hactenus vnquam de his mihi placui, ſed ob alia potius, quę pleriq; ignorant: neq; nunc eo animo laborem hũc cœpi. Sed quum vos multis arduis negocijs implicatos eſſe videam: quæ mea ſit de illis ſententia declarabo. Ac dandi quidem conſilij facultatem ętati meę adeſſe cenſeo. Nam experientia & re-

Tranſitus ad conſilium.

Attentionem captat recuſando ſermonis ornatu.

Prudentia ſenectutis.

rum multarum vſus ſenes erudit: atque efficit, ut quid expediat, acutius quàm alij perſpicere poſſe videantur. De propoſitis autem rebus, ſuauiter, & concinnè atque elaboratè dicere, non iam noſtræ ætatis munus eſt. Proinde hoc mihi ſuffecerit, ſi meam ſententiam non diſſolutè prorſus expoſuero. Neque verò miremini, ſi quid dicere videbor, quod prius audiuiſtis. Nam eorũ quædam fortaſsis etiam inuito in mentem venient: quædam, quòd inſtituto meo eſſe idonea ſcio, aſſumam. Ineptus enim eſſem, quum alios videam dicta mea mutuari: ſi ego ſolus his, quæ primus ipſe dixi, abſtinerem. Hæc præterea præfatus ſum, quòd id quod primum occurrit, vnum ex peruulgatis eſt. Soleo enim ad noſtræ diſciplinæ ſectatores dicere, ante omnia eſſe conſiderandum, quid nam oratione & partibus orationis efficiendum ſit? Quod vbi inuenerimus, & accuratè confecerimus: rationes & ornamenta quærenda eſſe dico, quibus argumentum expoliatur, & finem eum, qui nobis propoſitus

Excuſatio repetitionum.

Similitudine declarat finẽ aliquem eſſe deſtinandum.

ſitus fuerat, conſequatur: & hæc de orationibus dicimus. Eſt autem idem & aliarum rerum omnium, & veſtræ deliberationis fundamentum. Non enim fieri poteſt, ut quicquam prudenter agatur, niſi hoc primùm ſingulari ſapientia cogitaueritis, & conſtitueritis, quales vos in poſterum præbere velitis, & quomodo vitam veſtram inſtituere, qualemq́ autoritatem expetere: & vtrum honorē adamare, eum'ne quem ciues ipſi vltro deferunt, an qui ab iiſdem inuitis extorquetur? His iam definitis & decretis, ſingulæ actiones, quę indies incidunt, conſiderandæ ſunt: & efficiendum, ut ad eum finem, qui initiò propoſitus fuit, referantur. Quòd ſi hoc modo quæretis, ſapienterq́ cogitabitis: veſtra conſilia ad rationem vtilitatis, tanquam meta propoſita, accommodabitis, eamq́ magis aſſequemini. Sin nullũ tale fundamentũ iacietis, ſed id quod fortuitò incidet, agetis: neceſſe eſt, vt animis veſtris erretis, & multis rebus fruſtremini. Fortaſsis aũt eorũ aliquis, q temerè vitã inſtituerunt, has

Dubitationẽ proponit, utrum p uim, an uoluntate ciuium ſit imperandum?

Incogitantiæ perturbatio.

Sententiæ dictio cum occupatione.

has rationes perſtringere conabitur: & ut certi aliquid de propoſita quæſtione dicam, poſtulabit. Non igitur quid tota de re ſentiam, diſsimulandum eſt. Mihi ſecurior eſſe videtur, & melior priuatorum hominum, quàm tyrannorum vita: & iucundiores eos honores eſſe puto, quos principibus viri magnanimi habere ſolent, quàm quos à ſeruitute oppreſſis extorquet metus. Quanquam autem ſcio fore multos, qui mihi aduerſentur, & familiares veſtros in primis: hac de re tamen diſſerendum eſt. Hos enim vos magnopere ad retinendam ſtabiliendamq; tyrannidem incitare opinor. Non enim rei naturam vniuerſæ, nec ab omni parte intuentur, ſed hallucinantur, & in errores ipſi ſe conijciunt. Autoritatem illi quidem, & emolumenta & voluptates vident, ijſq; ſe frui poſſe ſperant: ſed turbas, & terrores, & clades principibus obijci ſolitas, illorumq; amicis, non perſpiciunt. Idemq; illis euenit, quòd his qui turpiſsima & maximè nefaria facinora moliuntur: qui etſi rerum prauitatem non ignorant, tamen id commodi quod

Confutatio per collationem bonorũ & malorum.

Similitudo.

illis

illis ineſt, excerpturos ſe ſperant: periculum & malis omnibus quæ cum ijs rebus coniungi ſolent, euitatis, eamq; de ſe rationem inituros, ut & à diſcrimine omni ſint remotiſsimi, & vtilitatibus proximi. Si qui igitur ita ſentiunt: illos ego ſua ſocordia beatos eſſe facilè patior. Me verò puderet alijs, ſuadentem, illis neglectis, meum compendium ſpectare, nec (repudiatis & commodis, & cæteris rebus omnibus, ut à me alienis) vtiliſsima præcipere. Mihi igitur ſic auſcultetis velim, ut me hoc eſſe animo non dubitetis.

Argumentum Epiſtolæ ſeptimæ.

Celebrat tyranni cuiuſdam clementiam: eumq; ſpecie laudationis monet, ut in ciues humaniſsimus eſſe ſtudeat. Deinde petit, ut Autocratori cuidam opem ferat.

Iſocrates Timotheo S. D.

QVA neceſsitudine internos coniuncti ſimus, ex multis te audiuiſſe arbitror. Gratulor autem tibi, primùm quòd iſta poteſtate melius uteris quàm

Beneuolentiã captat reiectione, et laudationis ſpecie hortatur, addita collatione patris.

quã pater, ac prudentius. Deinde quòd honeſtam famam parandi, quàm magnas diuitias coaceruandi, es ſtudioſior. Non enim paruum ſignum virtututis oſtendis: ſed q̃ fieri poteſt, maximum, qui tali animo ſis præditus. Quare ſi, ut cœpiſti, paſsimq́ de te nũc prædicatur, perrexeris: non defuturi ſunt, qui & ſapientiam tuam, & inſtitutum iſtud laudibus illuſtrent. Arbitror autem, etiam ea quæ de patre tuo dicuntur, momenti plurimum adhoc eſſe allatura, ut ſapere, aliïsq́ præſtare videaris. Solent enim pleriq́ non ita commendare & venerari laudatis patribus natos, ut eos qui patrum ſæuitiam & immanitatem nulla ex parte imitantur. Quicquid enim boni mortalibus præter expectationem offertur, id omnibus in rebus longè gratius eſt, quàm ea quæ vſitata & legitima ratione contingunt. His igitur conſideratis, quærendum tibi, & ſolicitè cogitandum eſt, quibus modis, & quorum opera, quorumq́ conſiliïs, tum vrbis calamitates emendes, tum ciues ad beneficentiam

Adhortatio ad prudenter deliberãdum.

tiam & modeſtiam cohorteris: atque efficias, ut & ſuauius et ſecurius æuum exigant, quàm ſuperiori tempore. Nam hæc officia ſunt bonorum & cordatorum principum. Quibus nonnulli contemptis, in id vnum intenti ſunt, vt cum ſumma licentia voluptates atque libidines ſuas expleant: eiectis aut ſpoliatis optimis & prudentiſsimis ciuibus. Ignorant illi nimirum, decere viros prudentes in hoc honorum & dignitatis faſtigio collocatos, non ex aliorum miſerijs ſuas parare voluptates, ſed ſua ſolicitudine & laboribus ciuium felicitatem augere. neque acerbitatem & ſæuitiam in omnes exercere, ſuamq; ſalutem negligere: ſed imperiũ ea clementia & æquitate adminiſtrare, ut nemo eis audeat inſidiari: & non minore vitam ſuam diligentia munire, q̃ ſi omnes in eorũ exitium cõſpiraſſent. Hac enim ratione fiet, ut & ipſi extra periculum ſint, & apud Græcos cæteros gloria floreant. Quibus maiora bona inuenire, difficile eſt. Inter ſcribendum autem in mẽtem mihi venit, ſecun-

Tyrannicæ temeritatis collatio.

Principum officium.

diſsima tibi omnia accidiſſe. Opum enim abundantiam, quæ ſine tyrannide parari nequit, pater multa violentia & magnis odijs partam, tibi reliquit. His verò bene & humaniter vti, in tua manu eſt: & in eo te ſummo ſtudio elaborare decet. Quæ igitur mihi conſulta videantur, hæc ſunt. Sic autem ſe res habet, ſi pecunias, magnamq́ue potentiam & pericula, ſine quibus hæ parari nequeunt, adamas: alij tibi in conſilium adhibendi erunt. Sin tibi harum rerum abundè eſt, virtutis verò & honeſtæ famæ ac popularis beneuolentiæ deſiderio teneris: & orationi meæ obtemperandum erit, & cum illis certandum, qui præclarè ſuas vrbes adminiſtrant: non modò ut par illis euadas, ſed etiã ut eos ſuperes. Nam & Cleommin audio, qui Methymnæ dominatur, cùm in alijs actionibus viri boni et prudentis fungi officio, tum tantum abeſſe ut quenquam occidat, aut in exilium agat, aut proſcribat, aut ſimili clade afficiat: ut ciues eius in ſummam ſecuritate degant, ut patria pulſos ab exilio reuocet, ut reſtitutis poſſeſsiones vnde excide-

A facili.

Optio tyrannidis, aut beneuolentiæ.

Ab exemplo Cleonymi Methymnæi.

exciderunt, reddat: his verò qui eas tenuerant, tantum pro eis numeret, quanti emerunt, neque his contentus, ciues omnes armis inſtruat & exornet: nihil metuens, ne qui nouarum rerum ſtudioſi, inſidias ipſi ſtruant. Quod ſi qui audeant: mortem oppetere ſatius eſſe ducit, in tanta humanitate & benignitate erga ciues: quàm crudeliter in eoſdem graſſando, vitam vltra vſitatum mortalium terminum producere. Plura fortaſſe de his & accuratius tecum diſſeruiſſem: niſi mihi hæ literæ cum magna feſtinatione ſcribēdæ fuiſſent. Sed aliàs iterum tibi (niſi me ſenium prohibuerit) conſilium dabimus. In præſentia verò de priuatis rebus agemus. Autocrator, qui literas has tibi reddit, eſt mihi familiaris. Nam & in iiſdem ſtudiis verſatus, & eius arte vſus ſum: ſæpe deniq; illi autor fui, vt ad te proficiſcretur. His omnibus de cauſis, eum honorificè, itaq; tractes velim, ut noſtrûm vtrique expedit: ac præ te feras, quicquid officiorum in eum contuleris, aliqua ex parte mea quoq; gratia fieri. Neque mireris, me tam expeditè ad te

Tranſitio ad cōmendationem.

A familiaritate.

Petitio.

Collatione Clearchi uitiorum, laudes Timothei auget.

bere: qui à Clearcho nihil vnquam petierim. Nam ferè omnes, qui iſthinc ad nos nauigāt, te ſimilem eſſe dicunt præſtantiſsimis eorum, qui nobiſcum vnà verſati ſunt. Clearchum verò, quo tempore apud nos fuit, fatebantur omnes, qui eum vnquam conuenerant, liberaliſsimum eſſe, & māſuetiſsimum, & humaniſsimum inter omnes diſcipulos noſtros. Poſteaquā autem principatum eſt adeptus, ita mutaſſe animum viſus eſt, ut omnes qui eum prius nouerunt, demirentur. Ob has igitur cauſas factus ab eo ſum alienior. Te verò amo & probo, ac vehementer velim, te nos complecti familiariter. Sed & tu quàm primùm oſtendes, an idem tuus ſit erga nos animus. Nam & Autocratorem commendatum habebis: & epiſtolam ad nos mittes, qua vetus amicitia noſtra & hoſpitium renouetur. Vale: & ſi quid aliud à nobis præſtari tibi voluerís, ſcribito.

Conclusio.

Argumentum octauæ Epiſtolæ.

Petit à Mitylenæis, ut Agenorem muſicum, ne poſtum ſuorum magiſtrum, ab exilio reuocent.

Ad

Ad Mitylenæorum magiſtratus.

APharei liberi, mei nepotes, ab Agenore in muſicis eruditi, me orauerunt, ut vos per literas rogarem, ut quãdo etiam alios nonnullos ab exilio reuocaſtis, et hunc cum patre & fratribus reſtituatis. Quibus ego cùm dicerem, vereri me, ne nimis abſurdè & impudenter facere viderer, qui rem tantam à viris, cum quibus nunquam prius vel collocutus, vel familiaritate coniunctus eſſem, impetrare ſtuderem: hac excuſatione audita, rogando multò magis inſtare cœperunt. Vbi verò ſpe ſua prorſus fruſtrabantur, omnibus apparebat, eos affici moleſtia, & repulſam grauiter ferre. Cum autem eos vehementius dolere viderem quàm decebat: tandem pollicitus ſum, me hanc epiſtolam ſcripturum, & ad vos miſſurum eſſe. Atque hæc habeo quæ dicam, ad deprecandum ſtulticiæ & importunitatis crimen. Arbitror autem, uos prudenter feciſſe,

Cauſa ſcribẽdi per inſtuationem.

qui & cum ciuibus veſtris in gratiam redieritis: & operam dederitis, vt exulum numerus minuatur, ſociorum in republica maior fiat: & iſta ſeditione, vrbis noſtræ exemplum imitemini. Illud autem inprimis laude dignum eſt, quòd exulibus ereptas opes vnà cum patria reſtituitis. Oſtenditis enim & omnibus declaratis, vos non alienarum opum cupiditate impulſos, ſed reipub. metuentes, vrbe eos eieciſſe. Verùm, etiamſi nihil horum decreuiſſetis, nec vllum exulem reciperetis: è re veſtra tamen eſſe putarem, ut his, de quibus ego ſcribo, patriam redderetis. Quum enim inter omnes conſtet, veſtram vrbem peritia muſicæ omnibus antecellere, & viros in ea arte celeberrimos apud vos eſſe natos: turpe fuerit, eum qui cognitione huius diſciplinæ, noſtræ ætatis artifices ſuperat, tali ciuitate exulare. Et quum cæteri Græci eos, qui aliquo honeſto ſtudio excellunt, tametſi prorſus alienos, ciuitate donare ſoleãt: vos, quorum apud alios hac de cauſa celebre nomen eſt, committere, vt ciuis veſter apud exteros inquilinum agat. Demiroꝛ

Petitio ſpecie laudationis.

A qualitate exulum.

A contrarijs exemplis.

miror equidem eas ciuitates, quę maiora præmia victoribus in ludis gymnicis decernunt, quàm his qui ingenij ſolertia & induſtria ſua, vitæ aliquid vtile repererunt: neq; conſiderant, pedum celeritatem, & robur, morte vnà cum corpore interire: artium autem eam eſſe naturam, ut perpetuò durent, ſuiq; ſtudioſos ſemper iuuent. Hæc prudentibus conſideranda ſunt, vt maximi faciant bonos & iuſtos rerumpublicarũ gubernatores. Proximum honoris gradum ijs tribuant, qui ciuitatibus ornamento & gloriæ eſſe poſſunt. Plerique enim in hæc ceu ſpecimen quoddam intuentes, reliquos ciues vniuerſos talibus viris ſimiles eſſe iudicant. Fortaſſis autem dixerit aliquis, ſi qui beneficium petant, non rem ipſam tantùm eſſe laudandam: ſed oſtendendum etiam, ipſos non eſſe indignos ea re, de qua verba faciant. Sic autem hæc ſe res habet. Ego reipublicæ adminiſtratione & concionibus habendis abſtinui, propterea quòd & vox & audacia me deficiebat. Non tamen omnino nullus mei vſus, aut nulla fuit autoritas. Sed me

Per collationem.

Occupatio, ſe benè meritũ eſſe de Mitylenæis.

his qui veſtræ cæterorumq; ſociorum dignitati ac cõmodis patrocinati ſunt, & conſiliarium & adiutorem fuiſſe cõperietis. Prȩterea plura verba feci de libertate & iure ſuo Græcis reſtituendo, quàm omnes iſti qui ſuggeſtum crebris concionibus contriuerunt. Pro quibus vos mihi rebus meritò maximam gratiam haberetis. Nam ſemper hunc reipub. ſtatum maximè deſideraſtis. Arbitror autem Cononem & Timotheũ, ſi viuerent, ac Diophantum, ſi ex Aſia rediſſet, mea cauſa ſtrenuè fuiſſe laboraturos, qui vellent idem mihi à vobis tribui, quod ſibimetipſis, ſi veſtra ope aut opera indigerẽt. De quibus neſcio quorſum attineat, plura verba facere. Nemo enim veſtrũ ita vel adoleſcẽs vel obliuioſus eſt, quin collata in vos ab illis beneficia nouerit. Sic autẽ de hoc negocio rectiſsimè deliberaturi videmini, ſi conſideretis, & quis ſit is qui orat, & pro qualibus hominibus intercedat. Reperietis enim, me coniunctiſsimũ & amiciſsimum fuiſſe his, qui vos & alios ſummis beneficijs affecerunt. Eos verò pro quibus intercedo, eius generis eſſe homi-

Conon. *Timotheus.* *Diophantus.*

Commoratio in ſua & Agenoris dignitate.

homines, qui nec ſenioribus & magiſtratu præditis moleſti ſint: & adoleſcẽtes in ſtudijs iucundis & vtilibus, & huic ætati cõuenientibus, exerceant. Ne verò miremini, me tam facile ſcribere, & literas tum de cęteris omnibus, tum de mihi chariſsimis ad vos dediſſe. Nam & filijs noſtris obſequi, & ſimul oſtendere cupio, etiamſi rempub. non attigerint, ſed mores duntaxat & inſtitutum meum imitentur: fore tamen, ut apud alios in precio ſint & magni fiant. Vnum adhuc eſt reliquum, ſi precibus noſtris locum dare vobis viſum fuerit, vt Agenori & fratribus eius ſignificetis, eis mea quoq; cauſa ex quadam parte ea tribui, quæ ſibi tribui vehementer optant.

Occupatio cauſam ſcribendi repetens.

Argumentum in nonam & vltimam Iſocratis epiſtolam.

Dionyſium Siciliæ tyrannum (iuniorem opinor) faſtu & ſuperbia elatum, & Philoſophica præcepta utilesq; admonitiones aſpernantem, obiurgat, & ad moderationem reuocare ſtudet.

ISO-

Iſocrates Dionyſio.

Cauſæ inſolentiæ.

SAtellites, lictores, caduceatores, & altiſsimi ſolij adeptio, ſapientiæ ſtudio tenebras obducunt: nec vlla res eſt, qua virtus facilius & celerius exterminetur. Non vnà cum fortuna mutaſti etiam naturam: adhuc pelliceo ſacco amictus es. Nam natiuitatis tuæ primordium mortale fuit. Cur igitur inanis iſta gloriola fictilem vtrem inflauit? Ingenti amentia repletus es, ô infelix, & naturæ fragilis agnitione ſpoliatus. Ita'ne verò te ſublimes iſti Fortunę motus, à vetere contemplatione deſciſcere coegerunt: eoq; redegerunt, vt ſobrium illum furorem deſereres? Fuit olim illuſtris tua moderatio: nunc verò humi depreſſa eſt. Fortuna tua peruenit ad ſummum: à falſa igitur felicitatis vmbra recede, & fugitiuam fortunam effuge. Cuius leuitatem & perfidiam ſi anteuerteris, mutatione ſubitò ingruente minus percelleris.

Vituperatio ſuperbiæ.

Admonitio.

VITA

VITA ISOCRATIS A PLVTARCHO

congeſta, ſed plurimis in locis mutila et deprauata: conuerſa (ut in vitioſo exemplari licuit) per Hieronymum VVolfium.

ISOCRATis pater fuit Theodorus * pontifex, vnus de mediocribus ciuibus. *Natales.* *Erchienſis* Qui cum ſeruos tibiarum fabros haberet: tantas opes inde conſecutus eſt vt & ædilicijs muneribus fungeretur, & filios liberaliter inſtitueret. Nam alios quoq; habuit, Teleſippum, Theodorum, Diomneſtum, atq; etiam filiolam. Quapropter Comici Poëtæ, Ariſtophanes & Stratis, eum ut tibiarum fabrum, notarunt. Natus Olympiade *AEtas.* octogeſima ſexta, prętore Athenis Lyſimacho Myrrhinuſio, Lyſia natu minor duobus & viginti, maior Platone ſeptem annis: Eruditus eſt in puericia

non minore cura, q̃ quiſquam alius Athenienſium. Nam et Prodicum Ceium audiuit, & Gorgiam Leontinum, & Syracuſanum Tiſiam, & Theramenem oratorem. Qui cùm à triginta tyrannis cõprehenderetur, & adaram in Curia confugiſſet: metu attonitis cæteris vniuerſis, ſolus Iſocrates ſurrexit, ei patrocinaturus. Ac primum diu tacuit. Ipſe deinde Theramenes eum, collaudato eius officio, verba facere vetuit: teſtatus, priuata ſibi calamitate id fore acerbius, ſi cui amicorum ſua cauſa periculum crearetur. Aiunt etiam quaſdam artes, Botonis inſcriptas titulo, ab eis vnà tractatas eſſe, cũ in iudicijs calumniæ vigerent. Ad virilem ætatem cum perueniſſet, reipublicæ muneribus abſtinuit, tùm quòd voce eſſet graciliore, tùm quòd ingenio verecũdo, tùm quòd Laconico bello patrimonium amiſiſſet. Alijs autem declamationes eum ſcripſiſſe, ac vnicam duntaxat pronunciaſſe orationem de Antidoſi apparet. Cumq́ꝫ ludum aperuiſſet: ad Philoſophiã & cogitationes ſuas literis mandandas, animum adiunxit, ac Panegyricum

Præceptores

Theramenes.

Priuatæ uitæ cauſa.

Orationum ſcriptio.

ricum & alias quaſdam ſuaſiones conſcripſit, quas partim ipſe recitabat, partim alijs pronunciandas dabat: exiſtimans, ea ſe ratione effecturũ, ut Græci rerũ neceſſariarum curam ſuſciperent. Quod cùm nõ ſuccederet, ab eo inſtituto deſtitit: &, ut quidã aiunt, primùm apud Chios aperto ludo, nouem diſcipulos habuit. Vbi numerata ſibi mercede, cum lachrymis: Nunc me his, inquit, venundatum eſſe video. A ſuo cõgreſſu excluſit neminem: primusq́ cõtentioſas orationes à ciuilibus, quarum ipſe ſtudioſus erat, ſeparauit. * Conſtituit etiam in Chio magiſtratus, & eandem quę in patria ſua erat Reipub. formam. Tãtum pecuniæ coegit, quantum nemo alius oratoriæ artis magiſter: vt etiam triremes inſtrueret. Auditores eius fuerunt ad centum: ac pręter alios etiam Cononis filius Timotheus, à quo, cum multis vrbibus vnà peragratis, literas quæ ad Athenienſes ab illo mittebãtur, componeret, talentũ dono accepit de pecunijs in expeditione Samia partis. Præçeptore ipſo vſus eſt &

Schola in Chio.

Autoritas

Diuitiæ.

Auditores.

Timotheus.

Theopompus eſt & Theopompus Chius, & Ephorus
Ephorus. Cumanus, & Aſclepiades, qui tragœ-
Aſclepiades. diarum argumenta congeſsit, & Theo-
Theodectes. dectes Phaſelita, qui poſteà Tragœdias
ſcripſit, (huius monumentum extat, vbi ad Cyamiten itur, ſacra uia, quæ Eleuſinem ducit, quod nunc vetuſtate corruit. Quo in loco idem etiam celebrium poëtarum ſtatuas vnà cum ſua poſuit: inter quas ſolus Homerus ſu-
Leodamus. pereſt) & Leodamus Athenienſis, &
Lacritus. Athenienſis nomotheta Lacritus, atq;
Hyperides. (vt quidam aiunt) Hyperides quoq;,
Iſæus. & Iſæus. Quin Demoſthenem etiam
Demoſthenes ferunt ad eum Rhetoricam docentem, feſtinum ac ſerio vultu acceſsiſſe, dicentem, ſe mille drachmas (quanti doceret Iſocrates) non poſſe numerare: ſed ducentas daturum, vt quintam artis partem cognoſcere liceret. Cui reſpondiſſe fertur ad hunc modum Iſocrates: Non comminuere in fruſta ſolemus, ô Demoſthenes, artem noſtram: ſed quemadmodum bonos piſces integros vendimus, ſic & ego tibi, ſi diſcipulus meus eſſe voles, artem numeris ſuis ab-
Obitus. ſolutam vendam. Obijt Chæronide

præto-

de prætore, in palæſtra Hippocratis nuncio de Chæronenſi clade accepto, voluntaria nece, per quatriduanam inediam, recitatis prius trium Euripidis fabularum primis verſibus:

Danaus natarum quinquies decem parens:
Pelops Piſam profectus Tantalo ſatus:
Cadmus Sidoniæ urbis exulans ſolo.

Natus annos octo & nonaginta: aut,
vt quidam aiunt, centum. nec ſuſtinuit
græciam quartùm ſeruitute oppreſſam
intueri. Vno anno, vel, ſi alijs credi-
mus, quadriennio antequam mortuus
eſt, Panathenaicum conſcripſit. In cõ- *Panathenaicꝰ*
ponendo autem Panegyrico, à nonnul- *Panegyricus.*
lis decem, à quibuſdam quindecim an-
nos conſumpſiſſe, eumq́; è Gorgiæ Le-
ontini & Lyſiæ orationibus tranſcri-
pſiſſe dicitur. Orationem de Antidoſi, *Antidoſis.*
duos & octoginta natus annos. Philip- *Philippica.*
picam paulò ante obitum fecit. Iam ſe- *Coniugium et*
nex oratoris Hippiæ filia Plathane *filius adopti-*
vxore ducta, trium eius filiorum natu *uus.*
minimum Aphareum adoptauit. Opes *Opes.*
ſatis magnas habuit, pecunia non tan-
tùm à diſcipulis exigenda, ſed etiam à
Nicocle rege Cypriorũ, Euagoræ filio,

viginti talentis pro ſcripta ad eum oratione, acceptis. Quę res cum ei peperiſſet inuidiam, ter deſignatus eſt Trierarchus: ac bis quidem, morbum cauſatus, per filium ſe excuſauit: tertiò verò, ſuſcepto negocio, nō paruos ſumptus fecit. Ad patrem quendam, qui dixerat, ſe nihil alud cum ſuo filio miſiſſe, niſi mancipium; proinde inquit, abi, duo pro vno mancipio habiturus. Decertauit etiam in ijs ludis, quos Artemiſia Mauſolo fecit, ſed ea laudatio non extat. Helenæ prętereà laudationem ſcripſit, et Areopagiticam orationem. E vita eum exceſſiſſe dicunt, alij, cum nouem, alij, cum quatuor dies cibis abſtinuiſſet: eodem tempore, quo ij qui ad Chæroneam occubuerant, ſepelirentur. Scripſit etiam priuignus eius Aphareus orationes. Sepultus eſt cum gentilibus ſuis, propè Cynoſarges, in tumulo ad ſiniſtram, non modò filius Iſocrates, & pater Theodorus: ſed mater etiam cum ſorore ſua, noſtri oratoris matertera, Anaco: & conſobrinus eius Socrates, materterę Iſocratis Anacûs fi-

Trierarchia. *Apophtegma* *Mauſoli & Helenæ laudatio.* *Areopagiticus.* *Obitus.* *Sepultura.*

cûs filius, & frater eiuſdem cum ipſius patre nominis Theodorus, & nepotes, adoptiui Apharei filij, & huius pater Theodorus: vnà cum vxore Plathane, matre adoptiui Apharei. Super his ſex menſæ fuêre, quæ interciderunt. In ipſius verò Iſocratis ſepulchro, pila triginta cubitorum erecta fuit, ac in illius faſtigio Siren ſeptem cubitorum, ad eloquentiæ ſuauitatem ſignificandam, quæ nunc non extat. Nec procul abfuit etiam menſa eius, quæ & poëtas & præceptores ipſius continebat: ac inter cæteros Gorgiam quoque in globum aſtrologicum intuentem, aſtante ipſo Iſocrate. Dedicata eſt eius etiam Eleuſine ſtatua ærea, in veſtibulo porticus à Cononis filio Timotheo, cum hac inſcriptione: *Pila in Iſocratis monumento.* *Statua Eleuſinia.*

Hanc ſtatuam Iſocratis uoluit ſacrare deabus,
Timotheus, conſtans cultor amicitiæ.

Leochares F.

Circumferuntur eius orationes ſexaginta, quarum (autore Dionyſio) germanæ ſunt viginti quinque: ſi Cæcilio credimus, viginti octo; reliquæ *Orationum numerus.*

 falſò

Alienus ab oſtentatione. liquæ falſò illi tribuuntur. Fuit alienus ab oſtentatione. Cum igitur tres aliquando ad eum audiendum veniſſent, duos retinuit, tertium dimiſſum poſtridiè redire iuſsit: quod ſibi tunc theatrum eſſet in auditorio. *Apophthegmata.* Solebat familiaribus ſuis dicere, ſe mille drachmis docere: à quo autem ipſe doceretur audaciam & vocis magnitudinem, ei ſe numeraturum decies mille. Interrogatus, quî fieret, vt ipſe impar facultati oratoriæ, alios oratores redderet? respondit: Etiam cotes non acutas eſſe, *Docẽdi ratio.* quamuis ferrum acuant. Sunt qui artis etiam præcepta eum ſcripſiſſe dicant: alij non ratione, ſed exercitatione vſum eſſe affirmant. A ciue nemine mercedem exegit. Mandabat ſuis auditoribus, vt concionibus intereſſent: ac ſibi *Conciones.* quæ dicta fuiſſent, recenſerent. *Mors Socratis.* Mortem Socratis ęgerrime tulit. poſtridieq́; pullatus in publicum prodijt. Interro- *Apophtegma* gante quodam, quid eſſet Rhetorica? & magna, inquit, parua, & parua magna, efficiendi ratio. Cum aliquando à * Nicrocreonte Cypriorum tyranno inuitatus ad epulas, à conuiuis rogaretur,

tur, vt aliquid diſſereret: Quarum ego rerum, inquit, peritus ſum, hæ nunc locum non habent: quæ verò nunc locum habent, earum ego non ſum peritus. Sophoclem tragicum conſpicatus, qui puerum quendam captus amore ſectabatur: Non ſolum, inquit, manus continendæ ſunt, ſed etiam oculi. Cum Ephorus Cumanus, re infecta, ſcholam egreſſus, à patre Demophilo, altera pacta mercede, remitteretur, Diphorum eum (id eſt) Biferum per iocum appellauit, ac nihilominus, magnum in eo viro erudiendo ſtudium adhibuit, & *Chriæ argumentũ ipſe ei propoſuit. Fuit procliuis in venerem, ita vt longo velo in lecto vteretur, & croco delibutum ceruical haberet. Ac in adoleſcentia quidem matrimonium non contraxit: in ſenectute autem è meretricula, nomine Lagiſca, filiolam ſuſcepit: quæ annos nata duodecim, ante nuptias obijt. Deinde Plathanam, Hippiæ oratoris filiam, vxorem duxit, tres filios habentem: è quibus Aphareum, ut ſuprà dictum eſt, adoptauit, qui ſtatuam

Iocus in Ephorum.

* *hiſtoriæ.*

Laſciuia.

Statua iuxta Olympium. eius ✳ iuxtà Iouem Olympium, in columna dedicauit, cum hac inſcriptione:

✳ in æde Iouis Olympij.

Effigiem patris hancce Ioui Iſocratis, pietatis
In patrem atq; Deos ergò Aphareus poſuit.

Statua equeſtris. Fertur etiam equo certaſſe, dum puer eſſet adhuc. Dedicata eſt enim eius ærea imago in arce, in area ſacerdotum Mineruæ, certantis equo, pueri adhuc, vt quidam dixerunt. Bis in omni vita vocatus eſt in iudicium. *Duæ lites.* Primùm ad facultatum permutationem, pro uocatus à Megaclide, cum quo ipſe morbo impeditus, non congreſſus eſt: ſed miſſo Aphareo filio, vicit. Deinde cum Lyſimachus de eadem re litem illi intendiſſet, victus triremem inſtruxit. Eſt autem etiam nunc picta eius imago in Pompeo. *Imago in Pompeo.* *Apharei ſcripta.* Aphareus & ipſe conſcripſit, & forenſes orationes, & ſuaſiones, ſed non multas. Fecit etiam Tragœdias circiter ſeptem & triginta: quarum duæ controuerſæ ſunt. Cum verò ſub Lyſiſtrato, tragœdias edere cœpiſſet, vſq; ad Soſigenem, intra viginti octo annos vrbanas actiones ſex exhibuit, bisq; vicit, actore Dionyſio, et per alios alias duas Bachanalibus ad

Tor-

ad Torcularia celebratis, approbauit. Theodori & matris ipſius Iſocratis, & Anacûs ſororis imagines viſebantur in arce. Matris iuxta Sanitatis ſtatuam poſitā, commutata inſcriptione. Anacus imago nō extat. Habuit filios Alexandrum è Cæno, Soſiclem ex Lyſia. *Mulierum imagines.* *Anacus liberi*

Vita Iſocratis è Philoſtrato.

Siren quæ Iſocratis rhetoris ſepulchro, cantantis ſpeciem prę ſe feers, inſiſtit, argumento eſt, quantam vim ad perſuadendum ille vir oratorijs legibus & inſtitutis adiecerit, videlicet comparia, contrapoſita & ſimiliter finita, quæ non ipſe primus inuênit, ſed inuentis benè vſus eſt. Curam etiam habuit comprehenſionis, & ſoni grandioris. Quæ res Demoſthenis etiam linguam expoliuerunt. Nam Demoſthenes Iſæi quidem diſcipulus fuit: ſed admirator Iſocratis, quem numeris & impetu & comprehenſione & celeritate verborum ac ſententiarum ſuperauit. Demoſthenis quidem *Iſocratis Siren.* *Iſocratis & Demoſthenis comparatio.*

Demoſthenis maieſtas. maieſtas eſt denſior & concitatior: Iſocratis verò delicatior & ſuauior. Sed exemplum proferamus Demoſthenicę maieſtatis: Omnium hominũ vita morte finitur, etiamſi quis in corte concluſum tueri ſe ſtudeat. Fortibus autem viris res honeſtæ præclaræq́ omnes ſemper aggrediendæ ſunt, ſpe bona fretis, & quicquid Dei voluntate contigerit, infractis animis perferendum. *Iſocratis maieſtas.* Iſocratis verò maieſtas ſic ornata eſt. Cum enim vniuerſa terra, quæ circumflexu cœli continetur, in duas ſit diuiſa partes, quarum altera dicitur Aſia, altera Europa: mediam ex fœdere accepit, perinde ac ſi cum Ioue partiretur imperium. *Remp. cur non attigerit.* Rempublicam non auſus fuit capeſſere, aut ſe ingerere concionibus: cùm quia voce deſtituebatur, tùm inuidiæ metu, quæ Athenis maximè illis aduerſabatur, qui ſapientius aliquid reliquis dicerent. *Orationes pub. utiles.* Neq́ tamen nullum habuit Reipublicæ ſtudium. Nam & *Philippica.* Philippum oratione ad eum ſcripta recōciliauit Athenienſibus; & in ea quæ *Socialis.* de pace agit, Athenienſes è mari, quòd malè in eo audirent, quaſi retraxit: & oratio

oratio Panegyrica(quàm Olympiæ recitauit, Græcis ſuadens, vt domeſticis diſsidijs omiſsis, expeditionem aduerſus Aſiam ſuſciperent) quanquam elegantia cæteris omnibus antecellit, non defuère tamen qui criminarentur, eum Gorgię in eodem argumenti genere lucubrationes in illam tranſtuliſſe. Inter Iſocratis autem orationes principatum tenent, Archidamus & Amartyros. Nam in priore ſtudet excitare Lacedæmoniorum animos, & poſt Leuctricam cladem erigere, nec ibi verba tantùm exquiſita ſunt, ſed & compoſitio ſplendida, & tota oratio ad victoriam comparata eſt: adeò vt etiam illius fabuloſa pars de Hercule & bobus, nec inconſideratè inſerta, & ita ſit expoſita, ut quandam præ ſe ferat veri ſimilitudinem. Amartyros autem robur oſtentat numeris * caſtigatum. Nam ſententia conſerta ſententiæ, in parium membrorum periodos deſinit. Auditores eius multi fuère, ſed præſtantiſsimus Hyperides orator. Nam Theopompum Chium, & Cumanum Ephorum, equidem neq; reprehēderim, neq; admi-

Panegyrica. *Archidamus.* *Amartyros.* * *fractum.* *Auditores.* *Hyperides.* *Theopompus* *Ephorus.*

admirari velim. Qui verò putant Iſocratem perſtringi in Comœdijs, vt tibiarum fabrũ, falluntur. Nam pater ei Theodorus fuit, quem fabrũ tibiarum Athenis appellabant. Ipſe verò neq; tibias norat, neq; aliud quicquam opificij ſordidi. Nec enim Olympię ſtatuam conſequutus eſſet, ſi vllas viles operas feciſſet. Obijt Athenis, ferè centenarius: habendus in eorum numero, qui in bello oppetierunt. Nam audita clade, quam Athenienſes ad Cheroneam acceperant, ita vicem afflictę patrię doluit, vt præ animi ægritudine moreretur.

Statua Olympica.

Argu-

ARGVMENTVM HIERONYMI Vvolfij, in vitam Iſocratis, ex Dionyſio.

DIonyſius hic Halicarnaſſeus, à patria Halicarnaſſo, Cariæ vrbe, dicitur: quæ nobis Herodotum quoq; hiſtoricum dedit. Extant etiam hiſtoriæ Romanæ, deſcriptæ ab hoc Dionyſio, quanquam vetuſtate mutilatæ: & quædam rhetoricæ præceptiones atq; epiſtolæ. Sed in hoc opuſculo vitam Iſocratis, ſicut & aliò Lyſiæ, breuiter perſtringit, ac de illius genere dicendi, prolatis multis exemplis, & collatione ad Lyſam facta, citra maleuolentiam iudicat. Legendus igitur hic libellus eſt, tum vt laudatio autoris noſtri, tum ut cenſura, quæ demonſtrat, quid in eo imitandum, quid eius virtutibus, ſcribendiq; inſtituto condonandum ſit. Nam imperiti lectores ea ſæpè conſectantur, quæ fugienda ſunt, optimis præteritis, niſi peritum quaſi itineris ducem inuenerint.

EX OPERE ÆLII DIOnyſij Halicarnaſſei, de antiquis oratoribus.

Iſocrates Athenienſis.

Aetas. ISocrates Athenienſis, natus eſt ſexta & octogeſima Olympiade, prætore Athenis Lyſimacho, quinquennio ante Peloponneſiacum bellum, duobus & viginti annis Lyſia natu minor. *Pater.* Pater ei Theodorus fuit, vnus de mediocribus ciuibus, qui famulos tibiarum fabros habuit, atq; illo quæſtu ſe *Praeceptores* ſuſtentauit. Honeſtè autem educatus, & inſtitutus à puericia, nihilo deterius, quàm quiſquam Athenienſium: ſtatim cum ad virilem ætatem perueniſſet, ad philoſophiam adiecit animum. Cùm igitur & Prodicum Ceium, & Gorgiã Leontinum, & Tiſiam Syracuſanum, qui tum ſapientiæ nomine in Græcia celeberrimi erant, & (ut quidã ſcribũt) etiam Theramenem oratorem, quem *Repub. omiſſa, ſcribendi conſilium ſuſceptum.* triginta tyranni occiderunt, quòd popularis videretur, audiſſet: percupidus fuit, cùm dicendo, tùm agendo, admi-

niſtran-

niſtrandæ reipublicæ. Sed quia natura aduerſabatur, quæ inſtrumenta oratoris pręcipua, audaciam & vocis magnitudinem, ei negarat, ſine quibus ad populum dici non poterat: conſilium illud ſuum omiſit. Quia verò gloriam expetebat, & apud Græcos (ut ipſe ait) excellere opinione ſapientiæ cupiebat: eò confugit, vt ſuas cogitationes literis mandaret. Neq; verò paruis de rebus, aut de priuatis contractibus verba facere, aut vſitata ſophiſtis cæteris argumenta tractare inſtituit: ſed de rebus Græcorum, regijsq; negocijs, vnde ſperabat & vrbes florentiores, et homines priuatos virtute ornatiores fore. Nam in oratione Panathenaica, hęc de ſemetipſo ſcribit. Quum autem confuſam dicendi exercitationem à Gorgia & Protagora ſophiſtis accepiſſet: primus ſubtilitate diſſerendi & naturæ obſcuritate relicta, ad orationes ciuiles ſe contulit, & in ea facultate conſtanter elaborauit: cuius illum eſſe fructum ait, vt ea eruditi qui ſunt, vtilia & deliberent, & dicant & agant. Clariſsimus fuit inter eos, qui eodem tempore floruerunt

Argumentorum delectus.

Diſtinctio exercitationis dicendi.

Claritas.

Diſcipuli.

ruerunt: & adoleſcentes cùm Athenis, tum in reliqua Grecia præſtantiſsimos erudijt: quorum alij in forenſibus cauſis excelluerunt, alij in publicis negocijs & adminiſtratione Reipublicę: alij res à Barbaris & Græcis cōmuniter geſtas, in literas retulerunt. Itaque ſchola eius veluti colonijs eloquentiæ deducendis, imaginem quandam ciuitatis Athenienſis repræſentabat. Vnde etiā tantas opes adeptus eſt, quantas eorum nemo, qui docenda philoſophia rē fecerunt. Obijt prætore Chæronide, paucis diebus poſt præliū ad Chæroneam commiſſum. Vixit annos nonaginta octo. Ita enim decreuerat, ſe Reipub. cladibus ſupereſſe nolle: cum incertū adhuc eſſet, quomodo fortunam laturus eſſet Philippus, ſuſcepto Græciæ principatu. Quæ igitur ſcripta de eo cōperimus, ſummatim hæc ſunt. Dictio verò, qua vſus eſt, hunc ferè characterem habet. Pura eſt non minus, q̄ Lyſiana, neq; vllum temerè nomen ponit: ſummumq; ſtudium habet cōmunis & vſitatiſsimi ſermonis, qui verborum obſoletorum & obſcurorum inſolentiam fugit,

Diuitiæ.

Obitus.

fugit, & mediocriter temperata eſt, & perſpicuitatē ac euidentiam eādem habet, morataq́ eſt & probabilis. Quod verò ad tropos attinet, nōnihil à Lyſiana diſtat. Neq; enim ita vel rotunda vel denſa eſt, vel ad certamina forenſia appoſita, ſed ſupina magis atq; elumbis, et copioſè fuſa: neq; etiā ita breuis, ſed & veluti claudicans, & iuſto tardior (eius rei quæ cauſa ſit, paulò pòſt dicā) neq; cōpoſitionem præ ſe fert naturalem illam, & ſimplicem & acrem, vt Lyſiana: ſed comparatam magis ad grauitatem faſtuoſam & variam: quæ quidem eſt aliquando, quàm illa decentior, aliquādo affectatior. Hic enim vir ornatum verborum vndiq; conſectatur: & magis in eo elaborat, vt eleganter, quàm vt ſimpliciter dicat. Nam & concurſus vocalium, vt qui ſonorum concentum ſoluant, & lenitatem pronunciationis turbent, cauet: & circuitu ac circulo complecti ſententias numeroſo prorſus, & à verſu parum diſtanti, conatur: & eſt ad legendum, quàm ad dicendum accōmodatior. Ac oſtentationem quidē in ludorū celebritatibus, & lectio-

Iſocratis uerborum ornatus ſtudium.

lectionem ocioſam, ferunt eius orationes: ſed à forenſi ſtrepitu, concionumq; procellis, ſunt remotiſsimæ. In cauſa illud eſt, quòd multùm in illis acrimoniæ & affectuum eſſe oportet: id quod periodus minimè recepit. Nam & ſimiliter finita, & comparia, & antitheta, & vniuerſus talium figurarum mundus, multus apud eum eſt, auriumq; ſæpè faſtidijs adhæreſcit, ſtructuramq; orationis turbat. Cùm autem, tria omnino, Theophraſto autore ſint, è quibus dictioni granditas, & ſplendor, & magnificentia quædam accedat: primum delectus verborum, deinde quæ ex illis exiſtat concinnitas: poſtremò figuræ quibus hæc includantur: optimum delectum habet, & verba commodiſsima ponit: affectatè verò coniungit eadem, muſicum quendam concentũ captans, & figuras adhibet tumidas. Vnde ſæpè friget: vel quia figuras illas longius accerſit, vel quia rebus non ſatis congruentes miſcet, vel quia modum excedit. Hæc porrò ſæpè dictionem illius producunt longius, dum includere periodis omnes ſententias, & ijſdem figurarum

Iſocraticæ figuræ.

Delectus verborum bonus compoſitio affectata.

rarum

rarum formis complecti periodos conatur, perpetuoq; concinnitatem numerorum captat. Nec enim omnia recipiunt, vel eandem longitudinem, vel ſimiles figuras, vel pares numeros. Quare fieri non poteſt, quin explendi gratia, voces inculcet, quarum nullus eſt vſus: & longius quàm expedit, orationem extendat. Neq; verò ſic hæc accipi debent, quaſi perpetua illi eſſe dicam: non ita inſanio. Nam interdum & ſimpliciter vocabula iungit, & comprehenſionem egregiè ſoluit: & operoſas figuras ac tumidas fugit, idq; in ſuaſionibus & forenſibus orationibus potiſsimùm. Sed quia plerunq; numeris ſeruit, & circulo periodi, atq; elocutionis elegantiam in redundantia quadam ponit: generalius hæc de eo pronunciaui. His igitur aio dictionem Iſocraticam à Lyſiaca vinci: nec parem etiam ſuauitatem habere. Floridus certè quidem eſt, vt ſi quis alius, Iſocrates, & voluptatis illecebris auditores demulcet: non eadem tamen eſt in eo venuſtas, & (quantum ad hanc quidem virtutem attinet) tanto eſt illo inferior,

Occupatio.

Suauitas naturalis & affectata.

quantum naturali corporum pulchritudini aſciticij ornatus cedūt.

Quibus rebus Lyſia ſuperior ſit Iſocrates.

Naturalis enim eſt in Lyſiana dictione ſuauitas, affectata in Iſocratea. Et his virtutibus, mea quidem ſententia, vincitur à Lyſia: contrà vincit eundem, his quas iam dicemus. Sublimior eſt illo in elocutione, & longè magnificentior, maieſtateq́ plenior. Admirabilis enim eſt, & magna Iſocrateæ ſtructuræ ſublimitas, heroicæ q̃ humanę naturę propior.

Comparatio Rhetorum ad ſtatuarios. Polycletus. Phidias. Calamis. Callimachus.

Quare, ſi quis grauitate & amplitudine, & maieſtate, Iſocratis eloquentiam, Polycleti & Phidię operibus cōtulerit, is à ſcopo aberraſſe mihi nō videbitur: Lyſianam verò Calamidis & Callimachi, obſubtilitatē et elegantiam. Quemadmodum enim eorū, hi feliciores alij s ſunt in minoribus & humanis operibus, illi in maioribus ac diuinis: ſic & oratorum alter in paruis dexterior eſt, alter in magnis excellentior: ſiue natura ipſa magnanimus, ſiue de induſtria quouis modo grauitatem captans, & admirabilitatem.

Tranſitio ab elocutione ad

Atq; hæc de dictione oratoris. Quod autem ad exquiſitionem rerum & ſententiarum attinet, aliàs

aliàs par eſt Lyſiæ, aliàs eo præſtantior. Argumentorum quidem inuentio ſingulis rebus accommodata, multa eſt & denſa, nihiloq; Lyſiana inferior: iudicium item à magno ingenio profectum. Diſpoſitio verò & diſtributiones rerum, & ſingulorum epicherematum expolita tractatio, & orationis ſingulari varietate, & nouis acceſsionibus, ad leuandum ſimilitudinis faſtidium, diſtinctio, & ſi quæ ſunt aliæ virtutes in tractatione rerum: hæc apud Iſocratem longè maiora ſunt & meliora omnia. Præcipuam verò laudem meretur ob inſtitutum orationũ, in quibus elaborauit, & argumentorum honeſtatem & elegantiam, quæ tractanda ſuſcepit. Hæc ſtudioſos eius, non eloquentia tantùm augere, ſed ad morum etiam honeſtatem inſtituere, & gubernandæ tùm familiæ, tùm ciuitati, tùm toti Græciæ idoneos poſsint reddere. Nam præſtantiſsima præcepta virtutis, in orationibus Iſocratis inueniuntur. Ac mea quidem ſententia, qui non partem

inuentionem & diſpoſitionem.

Inuentio.

Iudicium.

Diſpoſitio.

Iſocrates argumentorum honeſtate præferendus omnibus.

quantum naturali corporum pulchritudini aſciticij ornatus cedũt. Naturalis enim eſt in Lyſiana dictione ſuauitas, affectata in Iſocratea. Et his virtutibus, mea quidem ſententia, vincitur à Lyſia: contrà vincit eundem, his quas iam dicemus. Sublimior eſt illo in elocutione, & longè magnificentior, maieſtateq́ plenior. Admirabilis enim eſt, & magna Iſocrateæ ſtructuræ ſublimitas, heroicæ q̃ humanę naturę propior. Quare, ſi quis grauitate & amplitudine, & maieſtate, Iſocratis eloquentiam, Polycleti & Phidię operibus cõtulerit, is à ſcopo aberraſſe mihi nõ videbitur: Lyſianam verò Calamidis & Callimachi, obſubtilitatẽ et elegantiam. Quemadmodum enim eorũ, hi feliciores alijs ſunt in minoribus & humanis operibus, illi in maioribus ac diuinis: ſic & oratorum alter in paruis dexterior eſt, alter in magnis excellentior: ſiue natura ipſa magnanimus, ſiue de induſtria quouis modo grauitatem captans, & admirabilitatem. Atq; hæc de dictione oratoris. Quod autem ad exquiſitionem rerum & ſententiarum attinet, aliàs

Quibus rebus Lyſia ſuperior ſit Iſocrates.

Comparatio Rhetorum ad ſtatuarios.

Polycletus.

Phidias.

Calamis.

Callimachus.

Tranſitio ab elocutione ad

aliàs par eſt Lyſiæ, aliàs eo præſtantior. Argumentorum quidem inuentio ſingulis rebus accommodata, multa eſt & denſa, nihiloq́; Lyſiana inferior: iudicium item à magno ingenio profectum. Diſpoſitio verò & diſtributiones rerum, & ſingulorum epicherematum expolita tractatio, & orationis ſingulari varietate, & nouis acceſsionibus, ad leuandum ſimilitudinis faſtidium, diſtinctio, & ſi quæ ſunt aliæ virtutes in tractatione rerum: hæc apud Iſocratem longè maiora ſunt & meliora omnia. Præcipuam verò laudem meretur ob inſtitutum orationũ, in quibus elaborauit, & argumentorum honeſtatem & elegantiam, quæ tractanda ſuſcepit. Hæc ſtudioſos eius, non eloquentia tantùm augere, ſed ad morum etiam honeſtatem inſtituere, & gubernandæ tùm familiæ, tùm ciuitati, tùm toti Græciæ idoneos poſsint reddere. Nam præſtantiſsima præcepta virtutis, in orationibus Iſocratis inueniuntur. Ac mea quidem ſententia, qui non partem

inuentionem & diſpoſitionem.

Inuentio.

Iudicium.

Diſpoſitio.

Iſocrates argumentorum honeſtate præferendus omnibus.

aliquam ciuilis facultatis, ſed rationem gerendæ reipub. vniuerſam, complecti animo volet: is hunc oratorem nocturna diurnaq́ manu verſare debebit. Quòd ſi quis veram philoſophiam amplectitur, ſola contemplatione rerum haud contẽtus, ſed actione virtutis etiã occupatus: nec ſuis cõmodis metitur omnia, ſed multis prodeſſe ſtudet: huic ego autor ero, vt oratoris huius imitetur inſtitutum. Quis enim non amore cõplecteretur & Rempub. & populũ: aut quis honeſtati & ijs virtutibus, quę in magiſtratu boniſq́ ciuibus requirũtur, non ſtuderet, lecto eius Panegyrico? Nam ibi maiorum virtutes commemorans, eos, qui à dominatu Barbarorum Græciam liberarint, non egregios tantum bellatores fuiſſe dicit, ſed animis & moribus etiam generoſis præditos, & gloriæ cupidos & modeſtos: qui quidem Rempublicam diligentius curarent, quàm priuatam: aliena minus concupiſcerent, quàm ea quæ fieri non poſſent: felicitatem non in opulentia, ſed in honeſta fama ſitam eſſe iudicarent: exiſtimantes, ſe liberis magnas diui-

Probatio laudum Iſocratis per exempla.

Panegyricus.

diuitias,& non inuidioſas relicturos, ſi honorem eis popularem reliquiſſent: honeſtam porrò mortem ingloriæ vitæ præferendam ducerent: non in eo elaborantes, vt præclaras & accuratas leges haberent, ſed ut ea eſſet in quotidianæ vitæ conſuetudine ciuium moderatio, quæ à patrijs inſtitutis nequaquam recederet: tàm honeſtè & ciuiliter inuicem affecti, ut inter ſeſe quaſi per factiones certarent, quinam melius de Repub. mereri poſſent, non qui oppreſsis aduerſarijs, ipſi reliquis imperarent: eademq́ꝫ vtentes animi propenſione erga Græciam quoq́ꝫ, officijs ciuitates adiungerent: & perſuaſione beneficiorum potius, quàm armorum coactione in fide retinerent: ita veraces, vt eorum ſimplex oratio minus in dubium vocaretur, quàm nunc iuriſiurandi religio: itaq́ꝫ conſtantes, vt pacta & fœdera vltrò ſeruarent diligentius, quàm ſi conſtricti neceſsitate tenerentur: non alia in imbecilliores decernentes, quàm in ſe à potentioribus ſtatui vellent: & ſic perſuaſum haberent, ſe priuatim quidem ſuas tenere ciuita-

Oratio Philippica.

tes, ſed in Græcia, tanquam communi patria, habitare. Quis verò vir magnus & iuſti exercitus imperator, ea nō magni faciat, quæ ad Philippum Macedonem ſcripſit? cum ducis, præſertim tanta poteſtate præditi, officium eſſe dicit, vrbes diſsidentes reconciliare, & non inter eas ſeditionem ac diſcordiam concitare: Græciam è parua magnam reddere: deſpectoq; minutarum rerum ſtudio, ea ſuſcipere, quibus & feliciter confectis omnium ducum clariſsimus futurus ſit: & infectis, ſaltem Græcorum beneuolentiam conſequuturus: cuius qui ſint facti compotes, longè lateq; præclariores habeantur, iis qui magnas vrbes euertant, multasq; nationes ſubigant. Præterea hortatur, ut Herculis inſtitutum, ac cęterornm principum, qui cum Græcis aduerſus Barbaros militarunt, imitetur: & iis ait, qui præſtent reliquis, magnas eſſe res ſuſcipiendas, easq; fortiter ac ſtrenuè conficiendas: cogitantes, nos, cum mortale corpus habeamus, fieri virtute immortales. Nā eos, qui aliorum bonorum inſatiabili cupiditatę

ditate teneantur, inuiſos eſſe: contrà, honoris ſubinde augendi ſtudioſos cõmendari: & quibus rebus pleriq; gaudeant, vt opibusq;, vt imperio, vt potentia, ij s ſæpenumerò etiam hoſtes potiri: virtutis autem & pupularis beneuolentiæ, domeſticos cuiuſq; hæredes eſſe. Omninò enim neceſſe eſt, principes qui hæc legunt, & maiores capere animos, & vehementiore ſtudio virtutis inflammari. Quis verò vehementius ad colendam iuſticiam et pietatem, cùm ſingulos priuatim, tùm publicè totas ciuitates adhortari queat, quàm ſcripta de Pace oratio? quæ ſuadet Athenienſibus, ne appetant aliena, ſed ut ſuo cõtenti ſint, paruis oppidis tanquam fundis ſuis parcant, ac ſocios in officio, beneuolentia & beneficijs, non vi & neceſsitate coactos, contineant: vtq; è maioribus imitentur, non eos, qui ante bellum Decelicum, propemodum ciuitatem euertiſſent: ſed illos, qui antè bellum Perſicum, perpetuum virtutis ſtudium habuerunt. Oſtendit etiam, non multitudine triremium, aut imperio, per vim in Græcos

Socialis, ſiue de Pace oratio.

exercendo, rempublicam augeri: ſed iuſtis potius actionibus, iniurijsq́ prohibendis. Beneuolentiam item Græcorum, quam ad beatè viuendum plurimum conferre exiſtimat, ciuitati vt concilient, in primis hortatur: &, vt ad bellum quidem parati ſint & inſtructi, ſed pacis ita ſtudioſi, vt neminem vllis iniurijs afficiant: ac docet, neq; ad parandas opes, neq; ad gloriam, neq; deniq; ad felicitatem quicquam tantum conferre, quantum virtutem & eius partes. Eos autem, qui aliter ſentiunt, reprehendit, quod exiſtiment, iniuſticiam quidem callidam eſſe, & ad quotidianam vitam vtilem: iuſticiam verò incommodam, & alijs, quàm ijs, penes quos eſt, vtiliorem. Ego quidem haud ſcio, an quiſquam orationes vel meliores, vel veriores, vel magis philoſophię conſentaneas habere queat. Quis porrò lecta oratione Areopagitica, non modeſtior fieret? aut quis inſtitutum oratoris non laudet? qui apud Athenienſes de Reipublicæ forma diſputare non dubitarit: ac autor eſſe, vt ea Democratia, quæ tum erat, tanquam

Arçopagiticus.

ciui-

ciuitati pernicioſa, mutaretur. Qua de re popularium magiſtratuum nemo referre inſtituebat. Videbat enim ita prolapſam eſſe diſciplinam ciuitatis, vt iam nec à magiſtratibus priuati coherceri poſſent: ſed vnuſquiſq; cùm diceret, tum faceret, quicquid collibitum eſſet, ac omnes importunam confidentiam, libertatem popularem exiſtimarent. Suadet igitur, vt à Solone & Cliſthene cōſtituta Reſpublica reuocetur. cuius naturam & inſtituta recenſens, ait: Illa ætate grauius exiſtimatum eſſe, natu maioribus dicendo aduerſari, quàm aciem ſoluere. Democratiam eos iudicaſſe, non in petulantia, ſed in modeſtia conſiſtere: Libertatem poſuiſſe non in contemptu magiſtratuum, ſed in imperatis faciendis: Poteſtatem flagitioſo nemini dediſſe: ſed ſpectatiſsimis viris magiſtratus mandaſſe: quòd exiſtimarent, tales fore cæteros ciues, quales eſſent gubernatores ciuitatis. Tantum verò abfuiſſe, vt peculatu rem familiarem amplificarent, ut ſuas opes in Reipublicæ vtilitatem effunderent. Prætereà, patribus maiori curæ fuiſſe

filios, iam viros, q̃ pueros: quòd illorum modeſtiam plus prodeſſe Reipub. quàm puerilem inſtitutionem, & recta ſtudia legum accuratæ cõſtitutioni pręſtare cenſerent: exquirentes, non quibus ſupplicijs delinquẽtes cohercerẽt, ſed qua diſciplina cauerẽt, ne quid pœna dignum ab vllo committeretur. Ac patriam quidem exiſtimantes autoritate magna florere, priuatis autem hominibus licere nihil, quod legibus interdictum eſſet, oportere: ſed eis & pericula ſubeunda, & res aduerſas infractis animis eſſe perferendas. Quis verò vel ciuitati, vel viris faciliùs perſuaderet hoc oratore, cùm multis alijs in locis, tùm in oratione Laconica, quæ Archidamus inſcribitur? & illud argumentũ cõtinet, neq; Meſſenam Bœotijs tradẽdam, nec hoſtium imperata eſſe facienda. Nam aduerſo Marte pugnarant Lacedæmonij, & ad Leuctra, & deinde multis alijs prælijs, ac Thebanorum quidem opes florebant, & ad imperij magnitudinem proceſſerant: Spartanorum autem res afflictæ erant, & à dignitate veteris principatus degenerarant.

Archidamo ad Lacedæmonios ſcripta oratio.

rant. Tandem igitur ciuitas, vt pacem impetraret, deliberabat, eſſet'ne agro Meſſenio cedendum: nam hęc ei neceſſitas à Bœotijs imponebatur. Quum igitur videret Iſocrates, eam indigna facturam eſſe ſuis maioribus: Archidamo, qui quidem adoleſcens, nec dum regno potitus erat, ſed magnam tamen ſpem habebat, eum honoris gradũ aſſequendi: hanc orationem compoſuit, cuius initio commemorat, iurè Meſſenam tenere Lacedæmonios, tũ à Creſphontæ liberis regno pulſis traditam, tum oraculo Delphico confirmatam, quo iuſsi fuerint, & vrbem accipere & affectis iniuria opitulari, tùm belli iure & diuturnitate temporis conſtabilita poſſeſsione. Docet etiam non Meſſenijs, qui nulli iam eſſent, ſed ſeruis & mancipijs (quos Helotas vocant) id oppidum, vt portum & receptaculum, tradituros. Enumerat & pericula, quæ maiores eorum imperij cauſa adierint: & qua ſint apud Græcos exiſtimatione, commonefacit. Hortaturq́; ne fracti rebus aduerſis, animos abijciant, ſed potius ſpe fortunæ

melioris

melioris erigantur: & cogitent, multos Thebanis potentiores, ab imbecillioribus eſſe victos: multos cinctos obſidionibus, & grauioribus malis, quàm Spartanos, conflictantes, eos à quibus oppugnarentur, deleuiſſe. Adducit exemplum ciuitatis Athenienſium, quæ rebus florentiſsimis euerſa, extrema quæq; perpeſſa fuerit, ne audiens eſſet dicto Barbarorum. Monet vt præſentia perferant, & de futuris benè ſperent: cum tales calamitates à ciuitatibus emendari ſciant, prudenti conſtitutione Reipub. & peritia rei militaris: quibus rebus Sparta reliquas vrbes ſuperet. Cenſet ijs potius, cũ quibus benè agatur, quàm ipſis, rebus ſuis aduerſis, pacem expetendam, cum res nouas molientibus ſpes fortunę melioris propoſita ſit. Si enim belli diſcrimen ſubeant: partas opes ab eis poſſe conſeruari. Præterea multis alijs præclaris operibus commemoratis, quæ clariſsimi ex illis publicè priuatimq; in bellis ediderint, colligit, quantum dedecus ſuſcepturi, & in quantum apud Græcos crimen venturi ſint. Sin arma ceperint:
cis

eis, ab omni parte auxilia præſtò eſſe futura, à Dijs immortalibus, à ſocijs, ab vniuerſis hominibus, qui potentiæ Thebanorum incrementis inuideant. Deniq;, oſtenſa confuſione & tumultibus, quibus vrbes Græcæ, Bœotijs rerum potientibus, agitentur: vt nihil horum eueniat, nec vlla ſpes incolumitatis alia relinquatur: vrbem eos deſerere iubet: docens, vxores, & liberos, cæteramq; turbam, in Siciliam & Italiam, & reliqua loca eis amica mitti: ipſos verò caſtello aliquo munitiſsimo, & ad gerendum bellum commodiſsimo, occupato, hoſtes ſummis viribus terra mariq; perſequi oportere. Nullũ enim exercitum auſurum eſſe collatis ſignis, cum viris Græciæ bellicoſiſsimis, qui vitam viliſsimam ceſeant, & quibus iuſta ira & cauſa honeſtiſsima, eam neceſſitatem impoſuerit, dimicare. Hæc ego non tam Lacedæmonijs, quàm alijs quoq; Græcis, atque adeò hominibus vniuerſis, eum ſuadere dixerim, longè melius, quàm omnes philoſophos, qui ſummum vitæ bonum in virtute & honeſtate ponunt. Quamuis autem illius *Præciſio.*
multas

multas etiam alias orationes recenſere poſſem, ad ciuitates, ad principes, ad priuatos homines ſcriptas: quarũ aliјs populos ad vitam modeſtè agendam hortatur, aliјs principes ad moderationem & legitimum imperium inſtituit, aliјs priuatorum hominum vitam modeſtiorem efficit, pręcipiendo, quid ſingulis faciendum ſit: veritus, ne prolixitate orationis modum excedam: his omiſsis, vt ea quæ ſuprà diximus, facilius intelligantur, et diſcrimen quod eſt inter Iſocratem & Lyſiam, rectius perſpiciatur: virtutibus eorum breuius cõprehenſis, ad exempla tranſibo. Primam igitur orationis virtutẽ eſſe dixi, puram elocutionem: in qua differentiam vllam apud neutrum inuenio. Deinde diligentem obſeruationem ſermonis tunc vſitati: hanc etiam ſimilem apud vtrunque video. Poſt hæc, proprijs & receptis, & communibus verbis, ambos eſſe vſos, animaduerti: Iſocratis autem dictionem tantiſper progreſſam eſſe vſurpatione troporum, vt ne moleſtiam pareret. Perſpicuitatem & euidentiam, tenere vtrunque pronunciaui:

Capita cõparationis inter Iſocratem & Lyſiam.

Elocutionis collatio.

ciaui: breuitate ſententiarum Lyſiam feliciorem eſſe: amplificationes ſuccedere melius Iſocrati, duxi: ſententijs in compendium contrahendis, & rotundè efferendis, Lyſiam, vt ad vera certamina idoneum, approbaui. In moribus exprimendis vtrunque dextrum reperi: ſed gratiæ & iucunditatis, citra controuerſiam primas Lyſiæ detuli. Heroica magnificentia apud Iſocratem reperitur: probabilitate & decoro neuter mihi deſtitui viſus. In compoſitione verborum Lyſiam ſimpliciorem: curioſiorem Iſocratem iudico: & alterum inſtar docti pictoris, aut ſtatuarij, veritatem artificioſiùs exprimere: alterum in confirmando, & exornando, veluti pugilem robuſtiorem eſſe. Hæc ſunt, quæ de dictione vtriuſque dixerim. Iam cum in res ipſas inquirerem, inuentionem apud vtroſque admirabilem deprehendi, atque etiam iudicium. Collocatione autem enthymematum, & diſtributionibus Epicherematum, & cuiuſque generis expolitione, et alijs vniuerſis, quæ in rerum tractatione conſide- *Rerum collatio.*

ſiderantur, longè duco Lyſiæ Iſocratem antecellere. Splendore quidem argumentorum, & philoſophico inſtituto, tantùm illi præſtare, quantum puero virum, vt Plato dixit: & (ſi vera dicenda ſunt) cæteris oratoribus omnibus, quicunque in hoc doctrinæ genere, dextrè ac eruditè verſati ſunt. Rotundum autem periodorum ductum, & iueniles dictionis conformationes, non probaui. Seruit enim ſæpè ſententia dictionis numero: nec tàm habetur ab eo veritatis, quàm elegantiæ ratio. Rectiſſimè autem faciunt, qui in orationis ciuili, & ad victoriam comparato genere, proximè naturam ſequuntur. Sic autem natura fert, vt dictio ſententias ſequatur, non, vt ſententiæ dictionem. Conſiliario certè de bello & pace diſſerenti, & homini priuato, apud Iudices, capitis cauſam dicenti, venuſta iſta, & theatrica & iuuenilia, equidem non video, quid afferre poſsint vtilitatis: imò verò poſſe fieri ſcio etiam pernicioſa. Omnes enim in re ſeria verborum deliciæ, etiam non ineptæ, intempeſtiuæ ſunt, & commiſerationi plurimùm aduerſan-

uerſantur. Neq; verò medius fidius, primus ego hæc dico: ſed & veterum complures idem hoc de eo ſenſerunt. Nam Philonicus dialecticus, quum reliquum dictionis eius apparatum probet, nouitatis affectationem hanc, & tumorem reprehendit: eumq; pictori comparat, qui veſtibus & geſtibus iiſdem picturas omnes exornet. In omnibus certè orationibus eius, eoſdem tropos dictionis (inquit) inueni. Itaque cum in multis ſingula artificioſè perficit, in * toto prorſus indecorus videtur, propterea quòd propoſitis rebus non congruenter dicit. Hieronymus verò philoſophus ait, orationes eius eleganter quidem legi poſſe, ſed in concione altiore & contentiore voce, & (hac quidem ſtructura) cum actione decenti pronunciari nequaquam. Nec enim admittere (id quod maximum ſit, & ad permouendum populum aptiſsimum) affectuum vehementiam, & viuum quendam vigorem, cum ipſe lenitati perpetuò ſeruiat: temperationem verò & varietatem, cùm intentione & remiſsione, tùm interpoſitis acrioribus

Iudiciũ philonici dialectici.

** paucis.*

Hieronymus philoſophus.

affectibus diſtinctam, tranſilierit. Deniq; pueri lectoris vocem ita eũ repræſentare dicit, vt neq; contentionem, neque affectum, neq; actionem ferre poſſit. Multi etiam alij hęc & his ſimilia dixerunt, de quibus mihi nihil neceſſe eſt ſcribere. Nam ſi ipſa Iſocratis dictio prolata fuerit: euidenter & periodorũ rhythmus, vndiq; concinnitatem conſectans, & iuuenile quoddam figurarũ ſtudium, quod in contentione contrariorum conteritur, & in comparibus & ſimiliter finitis, perſpicietur. Neq; ego figurarum genus ipſum reprehendo, quo multi, cùm rerum geſtarũ ſcriptores, tùm oratores vſi, orationem tanquam floſculis ornare voluerunt: ſed earum rerum redundantiam. Quòd enim hoc & ſine modo fiat, & intempeſtiuè, auribus faſtidium quoddam inde oboriri dico. In Panegyrica certè, celeberrima illa oratione, multus eſt in figuris huiuſmodi: & plurima beneficia contuliſſe, & laudes maximas meruiſſe. Hic enim nõ tantùm membrum membro reſpondet, ſed etiam verba verbis, videlicet: plurima & maxima: beneficia

Figuræ Iſocraticæ.

Occupatio.

Hæc è Græco rectius iudicantur. No:

ficia

ficia & laudes: contuliſſe & meruiſſe. Et rurſus: neq; fruebantur, vt proprijs, negligebant vt aliena. Secundum enim membrum compar eſt priori; & vocabula, fruebantur & negligebant, proprijs & aliena, opponuntur. quibus adijcit: Sed curabant tanquam propria: ita verò abſtinebant, vt abſtinere decet prorſus alienis. Rurſus enim etiã hîc oppoſita ſunt, curabant & abſtinebant, propria & prorſus alienis. Ac ne his quidem eſt contentus, ſed in ea periodo, quæ ſequitur, rurſum conuertuntur, hoc: & ipſe maximè celebrabitur: &, quod mox infertur: liberis maximam gloriam relinquet. Cunq; poſuiſſet, neque alter alterius confidentiam mirabantur: ſubiungit neque audaciam contra ſemetipſos exercebant. nulloq; planè interuallo interpoſito, infert: ſed grauius exiſtimabant eſſe, malè audire à ciuibus, quàm honeſtè prò patria oppetere. Denuò igitur inter ſe conuertuntur, honeſtè & malè: item, audire & oppetere, cõparia ſunt. Si hactenus ſibi indulſiſſet, ferri poſſet: ſed non deſinet rurſum

ſtra enim interpretatio ſenſum præcipuè ſpectat, de uerbis & ſyllabis annumerandis nõ perinde ſolicita.

enim in ſequente periodo ponit: Bonis viris nihil opus eſſe multis ſcriptis, ſed paucis ſignis, vt de rebus publicis priuatiſq; conſentiant. Comparia ſunt, ſcriptis & ſignis: multis verò & paucis, item, publicis & priuatis, contrapoſita. Poſteà, tanquam nihil tale dixerit, denſis comparibus, tanquam fluctibus obruet, inferens mox: Aliorum res adminiſtrabant, curando, & non exagitando Græcos: exiſtimantes, imperandum illis eſſe, non inſultandum illis eſſe: & duces potius cupientes, q̃ domini appellari: & ſeruatores, non euerſores vocari: benefaciendo ciuitates allicientes, non vi euerſas ſubigentes: verbis fide maiore dignis vtentes, quàm nunc iureiurando: in fœdere tãquam in neceſsitate manendum eſſe ſtatuentes. Sed quorſum attinet ſingulis percenſendis immorari? Nam tota fere oratio talibus ab eo figuris, quaſi calamiſtris inuſta eſt. Verum orationes, quas ſub vitæ finem ſcripſit, minus ſunt iuueniles, vt quas ipſa ſcilicet ætas prudentius informarit, atq; perfecerit. Ac de his quidem hæc dixiſſe ſufficiat.

Orationes caneſcentes meliores.

ficiat. Nunc tempeſtiuum fuerit exempla proferre, vnde, quæ vis & facultas oratoris ſit, appareat. Fieri autem nullo modo poteſt, vt omnia genera quæſtionum, & omnes formæ orationum, paucis explicentur. Vnam autem concionem aſſumpſiſſe, & vnam forenſem orationem, ſatis fuerit. Oratio igitur de Pace, ſuaſionem continet: qua hortatur Athenienſes, vt compoſito bello ſociali, quod contrà eos geſsêre Chij et Rhodij, & horum ſocij, miſſam faciant auariciam, & terræ mariſq; imperium affectare deſinant: ac docet, iuſticiam non tantùm eſſe meliorem iniuria, ſed etiam vtiliorem. Ineſt autem etiam in hac, ductus ſupinus & extenſus, & periodorum venuſtas. Figuræ verò ad oſtentationem comparatæ, parciùs inſertæ ſunt. Hæc igitur negligere lectores debent, & non magno ſtudio digna ducere, vt initiò dicebam: cætera verò diligenter animaduertenda ſunt. Hoc autem eſt principium orationis: Solent omnes, qui ex hoc loco verba faciunt, ea dicere maximi eſſe momenti, & Reipub. plurimùm intereſſe, de quibus

Argumētum orationis de Pace.

Ex oratione de Pace.

ipſi conſilia daturi ſint. Verùm ſi vllis alijs negocijs tale conuenit exordium, eo nobis in his quoq; negocijs vtendũ eſſe cenſeo. Nam in hoc conuentu de pace & bello deliberatur, quæ duæ res maximas in vita mortalium vires habent, alijſq; feliciores neceſſariò reddũt eos, à quibus prudenter adminiſtrantur. Ac magnitudo rerũ propter quas conuenimus, tanta eſt. Vos autem non ſimili ſtudio omnium orationes audire video: ſed alijs auſcultare, aliorum, ne vocem quidem tolerare. Id quod equidem nihil miror. Nam ſuperiori etiam tempore, ſoliti fuiſtis cæteros omnes eijcere, præter eos, qui veſtris cupiditatibus aſſentarentur: in quo certè reprehendendi eſtis. Nam cum multas & magnas familias, ab aſſentatoribus funditus euerſas eſſe ſciatis, & illa præditos arte priuatim oderitis: publicè non eodem animo erga illos affecti eſtis: ſed cum eos, qui adulatores admittunt, eorumq; conſuetudine delectantur, accuſetis: vos ipſi plus illis creditis, quàm reliquis ciuibus. eaq; re effeciſtis, vt oratores, non quæ ſint è

repub.

republica, meditentur, ſed orationes vobis gratas excogitent: qualium habendarum cauſa multitudo eorum etiam nunc confluxit. Omnibus enim perſpicuum fuit, vos ijs delectari magis, qui ad bellum adhortentur, quàm his qui pacem ſuadeanr. Nam illi quidem ſpem nobis faciunt & poſſeſsionum, quæ ſunt in vrbibus illis, recipiendarum, & veteris potentiæ recuperandæ: hi verò tale nihil oſtentant, ſed quieſcendum eſſe dicunt: neque res magnas per iniuriam appetendas, ſed in pari & æquo iure ac quieſcendum: quo maximæ hominum parti factu nihil eſt difficilius. Sic enim ſpe plerique pendemus, & ita inſatiabili cupiditate rerum, quæ aliquam vel iniuſti lucri ſpeciem habent, tenemur, vt ne locupletiſsimi quidem re ſua familiari contenti viuant, ſed, in appetitione maiorum copiarũ, etiam quas habent opes in diſcrimen adducant. Quare prouidendum eſt, ne in ſimilem nos quoque amentiam incidamus. Nimis enim mihi quidam ad bellum videntur eſſe

eſſe incitati: non quaſi plebeius aliquis conſuluiſſet, ſed tanquam Dij immortales proſperrima quæque nobis, & facilem hoſtium victoriam promiſiſſent. Eſt autem prudentium hominum, de his quæ comperta habent, non deliberare (ſuperuacaneum enim fuerit) ſed quæ decreuerunt, maturare. Quibus autem de rebus conſultant, eas non exploratas ſibi eſſe putare: ſed coniectura quidem vti, & in fortunæ arbitrio euentum eſſe poſitum, exiſtimare debent. Quorum vos neutrum facitis, ſed in maxima verſamini perturbatione. Nam ita quidem conueniſtis, quaſi ex omnibus ſententijs id ſit eligendum, quod maximè conducat: ita verò non niſi eos, qui grata & iucunda vobis dicunt, audire vultis, quaſi iam noueritis, quid factu ſit optimum. Enimuerò decebat, ſi omnino quæreretis quid è Republica eſſet, eos audire ſtudioſius, qui veſtris ſententijs aduerſantur, quã illos, qui aſſentantur omnia. Nec enim ignoratis, ab his qui ea, quæ vos vultis, dicunt, facilè vos poſſe decipi. Nam ad voluptatem audientis inſtituta oratio,

iudicio

iudicio veluti caliginem offundit, quò minus id quod vtile eſt, perſpicitur. Id quod ab his, qui veſtrum fauorem non aucupantur, metuendum non eſt. Nec enim vnquam à ſententia vos deducent, niſi, quid expediat, euidentiſſimè demonſtrarint. Præterea qui fieri poteſt, vt vlli vel de præteritis rectè iudicent, vel de futuris prudenter deliberent, niſi & contrarias inter ſe rationes contulerint, & æquos vtriſq; auditores ſe præbuerint. Equidem miror, neq; ſenes adhuc meminiſſe, nec adoleſcentes è quoquam audiuiſſe, per eos, qui pacem retinendam cenſuerunt, nihil vnquam nobis accidiſſe mali: Eos autem, qui bella temerè ſuſceperũt, nos in multas iã & magnas clades conieciſſe. Quæ nos minimè in memoriã reuocamus: ſed cum rebus noſtris ea ratione haud conſulatur, tamen & claſſem in mare deducere, & tributa conferre, & auxiliari, & bella inferre quibuſuis parati ſumus, quaſi alienæ vrbis periculo dimicemus. Quarum rerum cauſa hæc eſt, quòd cum reſpublica non minori curæ vobis eſſe debeat, quàm priuata:

vos erga illam non eodem modo affecti eſtis. Nam veſtris quidem de rebus deliberantes, in conſilium adhibetis eos, qui prudentia vobis antecellunt. Cum autem de Repub. conueniſtis, his quidem diffiditis & inuidetis: improbiſsimos verò eorum, qui ſuggeſtum conſcendunt, laudatis. & populariores eſſe ducitis ebrios, q̃ ſobrios, & amentes, quàm cordatos: & eos qui publicam pecuniam diſtribuunt, quàm hos, qui de ſua re familiari munera vobis obeũt. Quare mirum eſt, quenquam eſſe, qui ſperet, dum hi conſultores audiuntur, mélius actum iri cum republica. Ego verò quàm arduum ſit aduerſari veſtris cupiditatibus, equidem non ignoro: & cum popularis reſpub. ſit, non eſſe libertatem, niſi hîc ſtolidiſsimo cuique, & veſtri contẽptori: in theatro comœdiarum actoribus. idq; omnium acerbiſsimum eſt, in maiore apud vos eſſe gratia, qui delicta vrbis noſtræ, foras ad alios Græcos efferunt, q̃ eos, qui de vobis benè merentur: his verò qui caſtigant & monẽt, ita infenſos et iniquos eſſe vos, quaſi cõtra Rempublicam feciſſent.

ciſſent. Quamuis igitur hæc ita ſint, nō tamen ab inſtituto meo recedam. Non enim huc prodij gratificandi gratia, aut magiſtratus ambiendi cauſa: ſed vt ea quæ ſentio, dicerem, primum de his, de quibus referūt Coſſ. poſteà de cæteris etiam Reip. negocijs. Nec enim vlla erit decretæ pacis vtilitas, niſi reliquis etiam rebus rectè conſuluerimus. Pacē igitur eſſe faciendam cenſeo, nō modò cum Chijs & Rhodijs, & Byzantijs & Cois, ſed cum hominibus vniuerſis: & pactionibus vtendum, non his quas nunc quidam ſcripſerunt, ſed illis quæ cum rege Perſarum & Lacedæmonijs intercesserunt: quæ Græcos iubent eſſe liberos, & præſidia ex alienis vrbibus educi, & ſuam quoſque ciuitatem tenere. Quibus neque iuſtiores inueniemus, nec vrbi noſtræ vtiliores. Hæc præfatus, & ſic auditorum animis ad ea quæ ſequuntur, commodè præparatis, pulcherrimaque iuſticiæ laude inſerta, & illo ſtatu rerum vituperato: ſubijcit collationem hominum ſuæ ætatis cum maioribus, ad hunc modum: Hæc eò præfatus ſum, *Verba Dionyſij.*

quòd

Verba Iſocratis. quòd de cęteris ſine omni diſsimulatione, & prorſus apertè apud vos dicere decreui. Quis enim obſecro eſt, qui peregrè adueniens, noſtriq́ erroris expers adhuc, ſi his rebus de improuiſo interueniat, non delirare nos & inſanire arbitretur? Qui cum res à maioribus præclarè geſtas laudi nobis ducamus, & Rempub. noſtram eo nomine celebrandam exiſtimemus: tantum abeſt, vt eos vlla ex parte imitemur, vt plane contraria faciamus. Nam illi quidem pro Græcis contra Barbaros pugnare non deſtiterunt: nos verò eos, qui in Aſia victum quærebant, huc retractos, contra Græcos duximus. Illi dum Græcis vrbibus libertatem reſtituunt, dum opem ferunt, principatus Græciæ delatus fuit: nos qui eaſdem ſeruitute premimus, qui planè diuerſum agimus, indignamur, eundem nobis honorem non haberi? cum inter dicta factaq́ noſtra, & illorum, tantum interſit, vt ipſi pro cõſeruandis Græcis ſuam patriam deſerere nõ dubitarint, & terra mariq́ pugnando, Barbaros vicerint: cum nos, ne pro noſtra quidem auaritia dimicare

micare velimus. Imperare quidem ſtudemus omnibus, ſed militare nolumus, ac nemo ferè eſt mortalium omnium, quem bello non laceſſamus: ſed rei militaris exercitationem prorſus ipſi negligimus. Et cum hi quorum operas cõducimus, partim exules, partim transfugæ, partim omni flagitiorum genere cooperti, huc confluxerint, ſic animati, vt ſi quis plus ſtipendij numeret, eius ductu nos oppugnaturi ſint: adeò tamen eos diligimus, vt etiam ſi liberis noſtris vim aut iniuriam fecerint, pœnas nollemus eos dare. Iam illorum rapinis & violentię et auariciæ, tametſi crimini nobis dari ſoleat, quod illi cõmiſerint, adeò nõ ſuccenſemus, vt lætemur etiã, ſi quid eos huiuſmodi perpetraſſe audierimus. In eam deniq; ſtulticiam incidimus, vt ipſi annonæ penuria laborantes, peregrinum alere militem inſtituerimus: vtq; ſocios noſtros vexemus & expilemus, quò mercedem cõmunibus omnium hoſtibus numeremus. Tanto autem deteriores ſumus maioribus noſtris, non laudatis illis tantùm, ſed ijs etiam qui in odio fuerunt:

runt: vt illi, ſi quibus bellum inferre decreuiſſent, quamuis argento & auro refertum eſſet ærarium, tamen ſuis ipſi corporibus exequenda quę ſtatuerant, cenſerent: nos ad tantam egeſtatem redacti, in tanta ciuium multitudine, perinde vt Magnus ille Rex, cõducticijs exercitibus vtamur: illi, claſſe in mare deducta, peregrinos & ſeruos nauibus agendis præficiebant: ciues verò cum armis ablegabant: nos conducticijs militibus grauem armaturam damus, ciues remigare cogimus. Vnde fit, vt in hoſtilem agrum egreſsi, qui ſibi imperium in Græcos arrogant, nauticum inſtrumentum geſtent: illi verò talibus ingenijs præditi, qualia paulò antè recenſui, armati in acie verſentur. At verò domi reſpub. ſic adminiſtratur, vt intuenti bonã ſpem faciat etiã de cęteris? Imò illud ipſum eſt indigniſsimè ferendum. Nam cũ nos et indigenas eſſe, atq; hanc vrbẽ ante cęteras eſſe cõditam dicamus, & nos vniuerſis exemplũ præbere cõueniat bonæ ordinatæq; Reip. noſtrã ciuitatẽ deterius et perturbatius adminiſtramus ijs, qui oppida modò con-

cōdunt. Splendore porrò natalium ſuperbimus, & alijs generoſiores eſſe volumus: ſed facilius quibuſuis hāc nobilitatem impertimus, q̃ Triballi et Lucani ſuam ignobilitatem. Leges plurimas ferimus: ſed eaſdē ita cōtemnimus, vt, cū pœna capitis in eū ſancita ſit (ex vno enim etiam cætera iudicabitis) qui ſit ambitus cōuictus: eos qui palàm id faciunt, imperatores deligamus: & quò quiſq; plures ciues corruperit, eò rebus à nobis maioribus pręficiatur. Pręterea cū de Reip. forma nō minus ſoliciti ſimus, q̃ de ſalute totius ciuitatis, nec ignoremus, popularē ſtatū tranquillis & pacatis rebus creſcere & cōfirmari, bellis verò iā bis ſublatum eſſe: pacis ſtudioſos, quaſi qui omnia ad paucorum arbitrium reuocare conentur, odimus: qui autē bella concitant, hos demum & populares & beneuolos eſſe putamus. Cum eloquentiſsimi ſimus, & rerū gerendarum peritiſsimi: ea temeritate ſumus, vt eadem die, de rebus ijſdem, non eadem decernamus, ſed quæ domo egreſsi damnabamus, illa ipſa in cōcione ſuffragijs noſtris comprobemus:

&

& paulò pòſt domum regreſsi, quæ hic decreta ſunt, denuò cauillemur. Cum nos Grecorum ſapiētiſsimos eſſe profiteamur, ab eorum conſilijs pendemus, quos nemo eſt, qui non aſpernetur: & ſummæ rerum omnium illos ipſos præficimus, quibus nemo priuatim quicquam commiſerit. Talis igitur hic vir in ſuaſionibus eſt. In forenſibus

Tranſitio ad forenſe exemplum. autem, cætera quidem valdè accuratus & ingenuus, & Lyſiæ characteri proximus: in compoſitione tamen, molle

Scripſiſſe Iſocratem forenſes orationes. illud & elegans minus habet quàm in alijs: ſed habet tamen. Nemo autem me illud ignorare putet, vel quòd Aphareus priuignus, & adoptiuus filius

Aphareus. Iſocratis, in oratione de Antidoſi contra Megaclidem contendit, nullum argumentum forenſe à patre ſcriptum eſſe: neq; illud etiam, quòd faſciculos per multos iudicialium orationum Iſocratis circumferri dicit à bibliopolis

Ariſtoteles. Ariſtoteles. Etſi enim hæc ab illis viris dici ſcio: tamen neq; Ariſtoteli credo, qui huic viro ſordium maculam aſpergere vult: neq; propterea tamen Aphareo, honeſtam orationem fingenti aſſentior,

ſentior, ſed idoneum veritatis approbatorem ratus Athenienſem Cephiſodorum, qui & familiariter cum Iſocrate vixit, & auditor eius maximè germanus fuit, & præceptoris aduerſus Ariſtotelis criminationes, defenſionem illam prorſus admirabilem edidit: credo virum hunc ſcripſiſſe nonnullas orationes, quæ in iudicijs dicerentur, non multas tamen: & exemplo vtor vna ex illis (plures enim proferre, temporis anguſtia non patitur) quæ Trapezitica inſcribitur, quam hoſpiti cuidam contra Paſionem menſarium ſcripſit. Eſt autem huiuſmodi oratio: Magna mea res agitur, Iudices. Nec enim tantùm de pecunia magna in diſcrimen venio, ſed exiſtimatio quoque mea, quam ego plurimi facio, agitur, ne aliena iniuſte concupiſcere videar. Satis enim opum, etiam his fraudato, mihi relinquetur. Sed ſi abſque iuſta cauſa rantam pecuniam petere videbor, ea res perpetuæ mihi infamiæ fuerit. Eſt autem, iudices, incommodiſsimum, in tales aduerſarios incidere. Nam quicquid cum menſarijs agitur, fit ſine teſtibus. Quòd

Cephiſodorus

Oratio Trapezitica.

ſi quis ab iſtis circumuentus eſt; aduerſus eos ius experiri cogitur, qui & amicorum præſidia habent, & multas pecunias tractant, & propter artem fide digni exiſtimantur. Quę quanquam ita ſunt: tamen perſpicuè declaraturũ arbitror, à Paſione me tãta pecunia fraudari. Quare in primis, vt potero, vobis rem omnem ordine recenſebo. Mihi, iudices, pater Sinopenſis eſt, quem omnes qui in Pontum nauigant, ita familiarem Satyro eſſe norunt, vt & amplam ditionem regat, & omnibus eius copijs militum pręſit. Quum verò et de hac vrbe, & de tota Græcia audiuiſſem: peregrè abire deſideraui. Pater igitur duabus nauibus frumento plenis, pecuniaq́ data me ablegauit, ſimul & negociandi & ſpectandi gratia: & quia Pythodorus Phœnix Paſionem mihi commendarat, eius menſa vſus ſum. Aliquantò pòſt, cum & pater meus regni affectati apud Satyrum delatus eſſet, & ego cum exulibus conſpiraſſe dicerer: Satyrus & patrem meum in vincula conijcit, & ad Ponticos negociatores

gociatores huc ſcribit, vt & pecunias à me auferant, & ipſum redire domũ iubeant: quod ni feciſſem, à vobis expoſcant. Tantis igitur malis, iudices, circumuentus, apud Paſionem fortunas meas deploro. Nam ita eum complectebar familiariter, vt non pecunias tantùm, ſed alia quoq; potiſsimùm eius fidei crederem. Exiſtimabam autem, ſi pecunias vniuerſas amiſiſſem, & patri meo aliquid accidiſſet: me & hic & illic opibus ſpoliatum, ad ſummam inopiam redactum iri. Sin eſſe mihi pecuniam faterer, &, poſt Satyri literas eam poſtulantis, non tradidiſſem: id & patri & mihi grauiſsimas calumnias pariturum. Nobis igitur deliberantibus, conſultiſsimum videbatur, vt dicerem, omnia me facturum quæ Satyrus imperaſſet: & pecuniam manifeſtam traderem: quæ verò apud iſtum eſſet, eam non modò negarem, ſed etiam fœnore ampliorem accepiſſe tùm ab iſto, tùm ab alijs ſimularem: denique omnia facerem, per quæ illis maximè perſuaderetur, mihi non eſſe pecuniam. Tunc igitur, Iudices, pu-

putabam, Paſionem mihi cuncta hæc ſuadere ex beneuolentia. Sed re cum Satyri legatis tranſacta, animaduerti, eum fortunis meis inſidiari. Quum enim nauigaturus Byzantium, mea recipere vellem: iſte ſibi pulcherrimam occaſionem eſſe datam ratus eſt: quòd & pecunia apud ſe repoſita magna eſſet, ac digna impudentia: & ego multis audientibus negaſſem, me quicquam habere: & nemo ignoraret, cum pecuniam à me legati peterent, etiam alijs debere me, confeſſum eſſe. Ad hæc Iudices, putabat, ſi quidem hîc manerem, me à ciuitate Satyro deditum iri: ſin aliò me contuliſſem, ſe querelas meas nihil curaturum: ſin in Pontum nauigaſſem, me vnà cum patre periturum. Hæc igitur cogitans, me fraudare inſtituit: ac apud me quidem ſimulabat, ſe in preſentia minus paratum à pecunia, reddere non poſſe: ſed cum ego rem certò cognoſcere volens, Philomelum & Menexenum ad eum miſiſſem, apud eos ſe meum quicquam habere negauit. Tantis igitur ab omni parte malis oppreſſo mihi, quid animi fuiſſe cenſetis?

tis? Nam ſi tacerem, id conſequebar, vt
ab iſto pecunia fraudarer: ſin dicerem,
vt & nihilo plus reciperem, & apud
Satyrum mihi ſimul & patri maximum
crimen conflarem. Optimum igitur eſſe
duxi, quieſcere. Poſthæc, Iudices, ad-
uenerunt, qui & patrem carcere libera-
tum eſſe, & Satyrum ita pœnituiſſe o-
mnium quæ egiſſet, nunciarent, vt &
fidem ei ſuam arctiſsimè obſtrinxiſſet:
& prius imperium amplificaſſet, &
meam ſororem ſuo filio deſpondiſſet.
His, Paſio auditis, cum me ius meum
apertè perſecuturum ſciret, puerum,
qui, quid de pecunijs actum eſſet, con-
ſcius erat, occulit. Quem cum ego quæ-
ſiturus acceſsiſſem, quòd me nullam
actionis meæ probationem euidentio-
rem habere poſſe crederem: orationem
affert audaciſsimam & iniquiſsimam:
me & Menexenum, puerum, qui ad
menſam ſederit, corrupiſſe, & ſextalen-
ta ab eo per fraudem abſtuliſſe. ne verò
id facinus argui, & per tormenta veri-
tas exquiri poſſet, nos occultaſſe pue-
rum: nunc verò ad ſe accuſandum ve-
nire, atq; eum poſtulare, quem ipſi oc-

culuiſſemus. Atq; hæc dicens, & indignans, & lachrymans, ad Polemarchũ me traxit, ſponſores poſtulans: neque prius deſtitit, quàm ſex talentorũ ſponſores ei dediſſem. Vos aſcendite, qui harum rerum mihi teſtes eſtis. Hæc toto genere differre à laudationibus & ſuaſionibus, dictionis charactere: nemo eſt, quin fateatur. neq; tamen Iſocrateum ductum penitus exceſſerunt, ſed minuta quædam retinent ſtructuræ & grandiloquentiæ illius veſtigia: dictioq; poëtica magis eſt, & elaborata, quàm ſimplex & naturalis, veluti cum ait: niſi pecuniàm dediſſem, in diſcrimen (vt arbitrabar) veniſſem. Nã alienum à Poëtica, & ſimplex tale eſſet: Arbitrabar autem me non tradita pecunia periclitaturum. Item illud: Ad hæc iudices, putabat, ſi hic manere inſtituiſſem, me à ciuitate Satyro deditum iri: ſin me alò quopiam conuertiſſem, nihil ſe mea verba curaturum: ſin in Pontum nauigaſſem, me vnà cum patre periturum. Nam & periodus vltra forenſem conſuetudinem extenditur, & compoſitio nonnihil poëticum habet,

Demonſtratio, etiam in hac oratione, Iſocraticas figuras contineri. Cognoſcantur & hæc è Græcis.

bet, et figura dictionis ſumpta eſt è laudationum comparibus, ſimiliterq́ finitis. Nam & hæc verba, inſtituiſſem & conuertiſſem, & nauigaſſem, in vno loco ſita, & tria membra eiuſdem longitudinis: certiſsima ſunt Iſocrateæ ſtructuræ indicia. & quæ his ſubijciuntur: inſtituerat me fraudare pecunia, & apud me quidem fingebat, ſe egere & non habere: ſimiliter finita & vicina inter ſe ſunt. & & præter hæc ea etiam, quæ paulò poſt ſubijcit: & pignora maxima dediſſe, & imperium prius amplificaſſe, & ſororem meam ſuo filio in matrimonium collocaſſe. Etenim hic iterum dediſſe & amplificaſſe, & collocaſſe: item, imperium & matrimonium, conſimilia ſunt. Poſſent etiam alia præter hæc dici, è quibus chaater oratoris eluceret: ſed fortaſſe temporis habenda ratio eſt. *Preciſio.*

VITA ISOCRATIS
E SVIDA.

ISocrates Theodori F. fiſtularum fabri, Athenieñſis orator, natus Olympiade LXXXVII. hoc eſt, poſt bellum Peloponneſiacum: ob vocis imbecillitatem & verecundiam cauſas non egit, ſed plures erudijt. Orationes ſcripſit XXXII. Cumq; annos CVI. vixiſſet; obijt. Fratres habuit Tiſippum, Theomneſtum & Theodorum: magiſtrum Gorgiam aut Tiſiam, aut Erginum, aut Prodicum, aut Theramenem. Autores enim non conſentiunt. Orationes eius ſunt plurimæ.

Iſocrates Ampelæ philoſophi filius, Apolloniæ in Ponto aut Heracleæ natus, vt ſcribit Calliſtratus orator, diſcipulus & ſucceſſor maioris Iſocratis, Platonis etiam aſsiduus auditor. Hic Iſocrates cum Theodecte oratore & Tragico, & Theopompo Chio, vnà cum Erythræo Naucratita, de eloquentia certauit in funere Mauſoli Caris, regis Halicarnaſsi. Orationes eius ſunt V. Amphictonica: Hortatoria: Philippo

lippo ſepulchrum non eſſe faciendum: De migratione: De ſua republica. Iſocrates dixit: *Qui malè conſuluerit ſuis rebus, nunquàm benè conſulet alienis.*

Pauſanias in Atticis.

ΚΕΙ ται ἐπὶ κίονος ἰσοκράτους ἀνδριὰς, ὃς ἐς μνήμην τρία ὑπελείπετο: ἐπιμονώτατον μὲν, ὅτι οἱ βιώσαντι ἔτη δυοῖν δεόντα ἑκατὸν, οὔποτε κατελύθη μαθητὰς ἔχειν: σωφρονέστατον δὲ, ὅτι πολιτείας ἀπεχόμενος διέμεινε, καὶ τὰ κοινὰ οὐ πολυπραγμονῶν. ἐλευθερώτατον δὲ, ὅτι πρὸς τὴν ἀγγελίαν τῆς ἐν χαιρονείᾳ μάχης ἀλγήσας, ἐτελεύτησεν ἐθελοντής.

Hoc eſt, Romulo Amaſæo interprete.

In columna eſt Iſocratis ſtatua: Is tria reliquit præclarè actæ vitæ monimenta. Primum perſeuerantiæ, quòd, cum octo & nonaginta vixiſſet annos, nunquam diſcipulos habere deſijt. Alterum modeſtiæ, quòd ſemper fuit à publicis negocijs & curis ſeiunctus. Tertium, quòd ſibi libertatem cariſsimam rerum omnium fuiſſe declarauit:

Poſt acceptum enim de pugna ad Chæroneam nuncium, præ animi ægritudine voluntariam mortem oppetijt.

ABRAHAMO LOESCHERO, imperatoriæ Cameræ aſſeſſore, interprete.

COlumnę impoſita eſt Iſocratis ſtatua, qui tria poſteritati memorabilia reliquit: ſummam perſeuerantiam, vt pote qui nonageſimum octauum annum agens, ab erudiendis diſcipulis nunquam deſtiterit. deinde ſummam modeſtiam, quòd ab vrbanis negocijs abſtinuerit, & Reipub. adminiſtrationem curioſius nunquam affectarit. Summum deniꝙ libertatis amorem, quòd accepto de Cheronenſi pugna nuncio cum doleret, vltrò ſibi necem intulerit.

Hiero-

HIERONYMVS VVOLFIVS DE VITA ISOCRATIS, ET ORAtionum eius diuiſione, atq; interpretatione ſua.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ISOCRATES rhetor & philoſophus Athenienſis, honeſtis parētibus natus, annis ab hinc circiter bis mille, atq; ab optimis præceptoribus, ea ætate, qua et philoſophia et eloquentia floruerunt, Gorgia, Prodico, Theramene, Tiſia inſtitutus, vixit annos propè centũ, & nobiliſsimis adoleſcētibus erudiēdis, et grauiſsimis orationib. ſcribēdis, opes & gloriam intra domeſticos parietes eſt conſecutus: q̃ tanto tēporis ſpacio adhuc inuiolatã retinet. Id quod nobis argumentũ eſſe debet, bonitatis ſcriptorũ eius. Nã Ariſtoteles (quiſquis ille fuit, ſiue Stagirites philoſoph⁹, ſiue Siculus rhetor) cũ ſe eius æmulum eſſe diſsimulare non potuerit: ſe ipſum magis inuidentiæ crimine condemnauit, quàm Iſocratem obtrectando læſit: & Ariſtides rhetor, Panathenaicum æmulatus, contra orationem de pace non

Iſocrates rhetor.

Vita & commendatio autoris.

Ariſtotelis et Ariſtidis æmulatio.

non tam fortaſsis ex animo, quàm oſtẽtandi ingenij cauſa ſcripſit. Iam Dionyſij Halicarnaſſei cenſuræ eiuſmodi ſunt, vt Iſocrati nihil detrahant: ſed adoleſcentes moneant, ne temerè quiduis, alieno loco & tempore, imitentur. Quintiliano tamen in declamando ſtylíq; exercitationibus magis placet vbertas & copia, ornamentorumq; orationis affectatio, quàm horrida & ieiuna breuitas. Præterea tam honorifica de autore noſtro, cùm aliorum complurium, tùm Platonis & Ciceronis teſtimonia in promptu ſunt, vt confidenter poſsint omnibus omnium calumnijs & opponi & anteferri. Præſtantiam eius illud etiam declarat, quòd, vt idem Cicero ait, ex eius ludo, tanquam ex equo Troiano immuneri principes exierunt, quorum partim in pompa, partim in acie illuſtres eſſe voluerunt. Et ipſe apud Græciæ principes ac reges, quamuis ob vocis imbecillitarem & verecundiam ingenij, Rempub. non attigiſſet, celebris & gratioſus fuit, & pleraſq; orationes vel ad maximas Gręciæ ciuitates, vel ad reges & principes

Halicarnaſſei cenſuræ.

Fabius luxuriem orationis ſterilitati præfert.

Platonis & Ciceronis de Iſocrate teſtimonia.

ſcri-

ſcripſit. Quamobrem lucubrationes eius & ſcripta ſuauiſsima atq; ſaluberrima, non ſtudioſorum duntaxat hominum lectione, ſed Regum etiam et principum in Republica virorum cognitione digna ſunt, modò illi, alijs occupationibus & oblectationibus pauliſper omiſsis, ſapientium virorum legendis monimentis aliquid temporis impertire ad vtilitatem ſuam dignarentur. Atque hæc de vita eius delibaſſe nobis ſatis ſit: cætera è ſuis petãtur autoribus. Genus orationis numeroſum, purum, & ornatum, delectationi honeſtæ & ingeniorum culturæ magis eſt, quàm forenſi cõtentioni accõmodatum. Cuius ſuauitas & elegantia, nec è mea conuerſione (quam ipſe limaui quidem, vt potui, ſed longè ornatiorem eſſe vellem) nec fortaſſe cuiuſquam alterius perſpici poteſt. Sententiæ (quas me & perſpicuè explicaſſe, & fide optima appendiſſe confido) in eo paſsim grauiſsimæ ſunt, tàm philoſophicæ, quàm ad vitam ciuilem pertinentes. Docet rationem ſtudiorum: dat gerendæ reipub. præcepta: & imperandi & parendi diſciplinam

1. Genus orationis.

plinam tradit: rectè facta magnificè exornat: argumentorũ grauitatem ſuauiſſimæ orationis concinnitate quaſi condit & demulcet, vt non abs re Attica Siren fuerit appellatus. Cum igitur vtile dulci miſcuerit, nec tantùm doceat, ſed moueat etiam & delectet: omne tuliſſe punctum, vt ait Horatius, videri poteſt, & omnibus honeſtatis, & eloquentiæ ſtudioſis quàm cõmendatiſsimus eſſe debet. Inſtruentur enim hic, tũ rectè ſentiendi, tùm benè dicẽdi & præceptis & copioſiſsimis in omni genere cauſarum exemplis. Illud tamen monẽdi ſunt rudiores, in orationibus ad oſtentationem & delectationem ſcriptis quædam vel laudari, vel defendi, quæ in præceptis & doctrina morũ improbentur & vituperentur. Itaq; illa non eſſe imitanda. Neq; enim ita ſenſit Iſocrates, ſed cauſę propoſitę ſeruijt, illaq; ludens potius, q̃ ſeriò ſcripſit, neq; adeò fuit obliuioſus, vt non animaduerteret, ea præceptis ſuis & cõſilijs nõ eſſe conſentanea: neq; putauit quenquam fore tàm hebetem atq; ineptũ, vt ab oratione philoſophica declamationem oratoriam

riam non diſcerneret. Orationes eius ad noſtram ætatem peruenerunt, vna et viginti, quæ in quatuor claſſes diſtribui poſſunt, hoc modo: Primæ claſsis ſunt admonitiones tres, ſeu præceptiones de officijs: παραίνεσις ad Demonicum, ad Nicoclem. Nicocles ſiue συμβουλευτικός, etſi nonnulli codices perperam ſcriptũ habent συμμαχικός, quæ inſcriptio ad orationem de Pace pertinet. Hæc referri poſſunt ad genus διδακτικὸν ἢ διδασκαλικὸν καὶ ἐξεταστικὸν, non ſine cauſa cæteris tribus cauſarum generibus ab Ariſtotele additum, quod in omni liberali doctrina (ſi quis verè iudicet) principatum obtinet, ac ſuaſioni, quæ inde veluti propagatur, admodum eſt affine. Sunt autem Deliberatiui generis orationes quinq;, Panegyrica: ad Philippum, quarum tanta fuit apud Græcos admiratio & autoritas, vt Philippus & Alexander, earũ lectione ad Perſicum regnũ euertendũ incitati eſſe perhibeantur. Archidamus ſiue λακεδαιμόνιος. Areopagiticus. De pace ſiue συμμαχικὸς ἢ συμβουλευτικός. Nec aliò ferè perti-

3. Orationũ diuiſio.

pertinent ſex eius epiſtolæ, quamuis vna atq; altera laudationis ſpeciem habeat. Tertio loco, ſunt laudationes quatuor, Euagoræ, Helenæ, Buſiridis, & liber qui Panathenaicus inſcribitur. Mauſoli enim encomion, vt & ad Dionyſium tyrannum ſcripta oratio, intercidit. Eodem etiam oratio, quæ reprehenſionem Sophiſtarum continet, non incommodè referetur: licet eos (vt bono & cordato viro dignum eſt) emendare, quàm vituperare, & ſemetipſum commendare, quàm illos in odium atq; inuidiam adducere, magis inſtituit. Reſtant forenſes ſeptem, de permutatione, de Bigis, AEginetica, Trapezitica, paragraphica. Contra Lochitem, Ἀμάρτυρος. His annumerari poteſt etiã Plataica, quæ forenſi omninò vehemẽtia conſtat, cum accuſatione violentiæ Thebanorum. Oratio autem de bigis non tàm defenſio eſt, quàm laudatio Alcibiadis. Philippicam item & Panegyricam & de permutatione, Dionyſius ἐσχηματισμένους ἐπαίνους, hoc eſt, per ſpeciem ſuaſionis & defenſionis tectas eſſe laudes confirmat. Et hæ reliquiæ

ſunt

ſunt ſcriptorum Iſocratis. Nam eius præceptiones artis oratoriæ, orationes item vel quatuor, vt Dionyſius, vel ſeptem, vt Cæcilius quidam putabat, vel vt Suidas tradit vndecim, nobis quidem perierunt. Duæ autem, aut (diſſentiunt enim autores de numero) quinq; et triginta falſò quondam aſſcriptæ illi fuerunt. Sed ex amiſsis deſiderari maximè poteſt, oratio ſcripta ad Dionyſium, Siciliæ tyrannum (cuius ipſe in oratione Philippica meminit) in quo á crudelitate reuocando, & animo eius ad clementiam & moderationem traducendo, magnas haud dubiè vires eloquentię adhibuit. Hic autem earum quæ ſuperſunt, ordo, quem expoſui, quenq; in græcolatina editione Baſilienſi, propter diſcētium cōmoditatem (vt & in Demoſthene & AEſchine factum eſt) obſeruandum curauimus: & ſi ab vſitata collocatione recedit, tamen cum ea, neq; temporum, neq; vllius methodi rationem habeat, ſed planè fortuita videatur: laudandus potius eſt, quàm reprehendendus. Primùm enim docendi ſunt imperiti, aliás ἐξηγήσει &

4. Quæ ſcripta Iſocratis interciderint

5. Aetiologia diſtinctionis & ordinis orationum.

ſimplici expoſitione ſententiæ noſtræ (quod genus παραινετικὸν dicitur) aliàs ἀποδείξει, allatisq́ rationib⁹, cuiuſmodi & diſputationes philoſophicæ ſunt, & aliqua ex parte genus συμβουλευτικόν. Nec enim enim ei, qui dat conſiliū, hoc tantùm dicendum eſt, ſic volo, ſic cenſeo, ita opinor: ſed afferendę ſunt rationes, cur ita velit, cenſeat, opinetur, & demonſtrandum, id quod ſuadet fieri et poſſe, et debere et expedire. Iā cōſilijs et factis, quæ vel hòneſta & recta eſſe, vel turpia & praua conſtat, parata eſt aut laus, aut vituperatio. Si non conſtat: arbitrorum & iudicū diſceptatione cōtrouerſia dirimitur. Doctrina igitur inſtitutioq́ conſilium & ſuaſionem: ſuaſio laudationem: laudatio, quæ certarum rerum eſt, diſceptationem, quæ eſt dubiarum, antecedit. Sed hæc non magni ſunt momenti, & quicunque ordo ſeruetur, cuiq́ liberum eſt, eam primum legere orationem, quam ſibi aptiſſimam eſſe putarit. Tranſeamus igitur ad conuerſionem noſtram, deq́ ea, lectorem paucis moneamus. Ad huius eloquentiſsimi, & ſapientiſsi ſcriptoris lectionem aſsiduam Tybingæ exci-

tatus ſum ſtudio & induſtria Iacobi Scheggij, anno ſalutis reſtitutæ M. D. XXXV. ætatis meæ XIX, qui, vt vir eſt non excellenti tantùm ingenio et omnium diſciplinarum capaci præditus, omniq́ꝫ liberali doctrina, philoſophię inprimis & artis medicæ ſcientia exquiſita perpolitus, ſed ſingulari etiam humanitate ornatus, Ioanni Scheubelio, Euclidi noſtræ ætatis, & mihi, Euagoræ laudationem interpretari non eſt grauatus. Quæ mihi tantam Iſocratis admirationem mouit, vt ex eo tempore vix vllum ſiue Latinum, ſiue Græcum ſcriptorem illi anteponam. Pòſt, cum anno M. D. XLV. in celebri quadam vrbe ſelectos adoleſcentes docerem: induſtria & vitæ modeſtia mihi laudem & gratiam peperit, quas è veſtigio inſecuta INVIDIA, ETATE neſcio quę, peſſimis artibus, & capitalibus inſidijs perſequi me nō prius deſtitit, quàm inuitis & diu repugnantibus ijs, quorum erat autoritas (putabant enim viri optimi, nihil mihi periculi eſſe: ignari ſcilicet illorum ſcelerum, ſed melancholicis me turbari cogitationibus, ex aſsi-

duitate ſtudiorũ natis) & doctiſsimis quibuſq; fruſtrà me retinere cupientibus, fuga ſalutem quærere coegiſſet. Quæ fuga mea in belli Germanici initia incidit, vt priuata mea calamitas cũ publicis coniuncta, ſummam mihi deſperationem rerũ omnium afferret. Suſtentatus igitur ad tẽpus patroni cuiuſdã & paterni amici, clariſsimi optimiq; viri liberalitate, 4. conuerti orationes, Archidamum, Philippicam, de Pacẽ, Areopagiticam: partim leuandi mei doloris cauſa, partim ſpe innoteſcendi eruditis, & remedium aliquod afflictæ fortunæ meæ inueniendi. Quibus Baſileam allatis, autor mihi fuit Oporinus, totius Iſocratis conuertendi, idq; factum Argentinæ anno 1547. in ædibus Medici celeberrimi, & veteris amici, Sebaldi Hauenreuteri, qui mihi domum victumq; communem iam antè liberaliſsimè obtulerat, neq; in hunc vſque diem omnibus officijs ornare deſtitit. Qua in re tanta animi alacritate perrexi, vt interdum vno die duodecim græcas pagellas abſoluerem. Reliquas

certè 17. orationes, cum 9. epiſtolis & vita Iſocratis, à tribus deſcripta autoribus, intra menſis vnius ſpacium confeci. Deinde ſemeſtre circitèr datum eſt emendationi, & annotationũ conſcriptioni, ſtatímq; pręlo ſubiectꝰ Latinus Iſocrates, anno 1548. editus eſt, temerario prorſus (vt Fabij verbis vtar) editionis honore, euentu tamen feliciore, quàm prudentiore conſilio. Maiorem enim habebam Græcæ linguæ vſum & facultatem, quàm Latinæ, deq; ſtyli puritate parùm laborabam, id ſatis eſſe ratus, ſi autoris ſententiam vtcunq; expreſsiſſem, vt poſſet intelligi: praua conſuetudine noſtri ſæculi & nationis fretus, quam Egnatius, *τὴν ἡγησίππου λοιδορίαν μιμησάμενος, τὸν ἐγκέφαλον, οὐκ ἐν τοῖς κροτάφοις, οὐδ' ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖν*, ſed cerebrum in digitis habere dixit, propter inconſideratam chartis, quiduis illinendi, audaciam: quæ tamen non malè mihi ceſsit. Nam & patroni, primum id meum, & minimè elaboratum opus liberaliter ſũt remunerati, & docti viri ac ſtudioſi adoleſcentes non pauci, conatũ meum

approbarunt, & hac occaſione cõmiſsi mihi fuerunt Auguſtani diſcipuli, quos biennium Baſileæ, vnum annum Luteciæ Pariſiorum inſtitui. Vnde in Fuggeranam familiam primùm aſcitus, pòſt à Senatu Auguſtano, ad Græcas Latinasq; literas docendas ſum vocatus: quo in munere verſor adhuc, eo ſtudio, quod fides mea poſtulat: eo ſucceſſu, quem ſiue loci genius, ſiue fortuna mea, ſiue tempora noſtra patiuntur. Sed vt ad inſtitutum redeam, Caſtalio, cum Iſocratem meum ſtatim à pręlo percurriſſet, craſsima quæque vitia dictionis, in ſuo codice, Oporini opinor impulſu, notauit, vt ſunt, clauſulæ in carmen deſinentes, paraphraſes non neceſſariæ, prouerbia affectata, græci caſus, traiectiones verborum obſcuriores, germaniſmi nonulli, & id genus alia. Quę ego omnia in meum tranſcripta codicem, Luteciam attuli, & diligẽtius expendi omnia, triploq; plura deleui & mutaui, quàm à Caſtalione confixa fuerant, & codicem non Threicijs, ſed Allobrogicis & VVolfianis notis compunctum Baſilęam anno 1551.

redięns,

rediens, vnà cum Demoſthene (de quo aliàs dicendi locus dabitur) Vaſcoſano reliqui, à quo is biennio pòſt, cum eum cõtempſiſſe lucubrationem meam putarem, eſt elegantibus typis editus: quo tẽpore illius editionis Oporinus æquè ignarus, ſeueriore etiam à me lima, dũ Fuggeranæ Bibliothecæ præeſſem, adhibita, eundem græcè latinꝙ recudit. Cæterùm cũm, ne illa quidem vel mihi, nedũ alijs ſeuerioribus cenſoribus ſatis probaretur: inter docendum mutaui penè totum orationis genus, vt eundem eſſe vix agnoſcas. Quod quantis laboribus & moleſtijs mihi cõſtiterit, ij demũ credere poterũt, qui candem alean luſerint. Hoc certè affirmare auſim, me plus in vna oratione caſtiganda ſudaſſe, q̃ in totius operis prima translatione. Quam tamẽ auguror ab hominibus obeſæ naris prælatũ iri huic, tãto à me ſtudio adornatæ. Pauci enim, in hac ambitionis & auariciȩ flãma, et rixandi veſania, Latinitatis rationem habent, augẽdis opibus & honoribus adipiſcẽdis, & aduerſarijs proſternendis intenti. Sed ego adoleſcentiæ rationẽ habui,

 quam

quam aſſueſieri velim, vt, quemadmodum Iuriſconſulti ſine legibus, ita & ipſa abſq; probati autoris exemplis loqui erubeſceret. Neq; tamen id aſſecutum me eſſe, dicere auſim. Repugnat enim ſæpè Græci ſermonis genius, minimeq; ſe latino præbet obedientem, niſi latiſsimè velis extra autoris quaſi alueum expatiari, καὶ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷν: quod ego mihi permittere nequaquam velim, rem conatus arduam, & perdifficilem, ac potius eam, quæ vix ac ne vix quidem fieri poſſe videatur, vt & verbis græcis proximè inſiſterem & à Latinitate quàm minimùm aberrarem. Quod igitur olim temerè & imperitè potius (fatendum eſt enim) quàm ſuperbè & arroganter (quid ſi etiam μαντικῶς; ſcripſi: Nam & poëtæ vates dicuntur:)

Græca legant docti: rudibus conuerſio ſeruit
Noſtra, polita minus, ſed ſtudioſa ſcopi.
Hi nimis audaces ſuper ardua nubila tranant:
Hi timidi nimium littora tuta legunt.
Nos (medio quantum licuit contendere curſu)
Flamma nec exuſsit, nec madefecit aqua.

Eſt appenſa quidem planis ſententia uerbis
Verbaq́;, quæ debent, annumerata fide:

nunc maiore cum venia lectorum, & paulò verius ſcribere poſſe videar. Si cubi tamen hunc ſcopum vel rei difficultate victus, vel ab ingenio & doctrinæ copia deſtitutus, attingere non potui: religioſus & fidus interpres eſſe malui, quàm, quod multi faciunt, alij ex inſcitia, alij ex ambitione, meas pro Iſocraticis in medium afferre ſententias. Quam religionem ſunt qui ſuperſtitionem atq; ineptias appellantes, & contemnant, & oderint, & inſectentur: & primam translationem meam, tàm ſecundæ & tertiæ, quàm & huic quartæ recognitioni anteponant. Paucis enim, vt dixi, Latinitas curæ eſt, & à pluribus tumidum et promiſcuum orationis genus modeſto & puro anteferitur. Sunt etiam quibus totum hoc diſpliceat, recognoſcere & corrigere: & toties eandem quaſi cantilenam recantare, vehementer improbetur. Cur non aiunt, aut initio functus es omni fidelis & diſerti interpretis officio: aut, ſi id non potuiſti: cur non potius egiſti

 ocium,

ocium, & alijs iſtã mandaſti prouinciã, doctioribus & eloquẽtioribus? Equidẽ nihil habeo, quod reſpõdeam, niſi, nos tũ pro noſtris opibus mœnia cõdidiſſe:

Primitias dedimus, quas noſter agellus habebat,
Quales è tenui rure uenire ſolent.

& quòd neque primam editionem abolere licuit, neque vlla cuiuſquam cõuerſio, quam quidẽ nos viderimus, noſtra melior ſucceſsit: κατὰ τὸν δεύτερον φασὶ πλοῦν, ad recognitionem, tanquam eos, qui in Eccleſia lapſi ſunt, ad pœnitentiam, confugiſſe.

Nunc poſtquam nos alma Ceres meliore beauit
Fruge: damus nobis quod dedit alma Ceres.

Nam et optima quæque nobis ſpectanda ſunt, & cũ ea negantur, in hac cõſolatione acquieſcẽdum, quòd meliorem partem ſcimus à maiore vinci, quæ perſpicuitate noſtræ conuerſionis contenta, verborum ornatum, nõ magnopere requirat. Sin illud etiã acceſſerit, vt aliqui, ſtyli quoque laudem nonnullam, aut ſaltem diligentiæ tribuant: quid ni præclarè mecum actum putabo? Seueris autem iſtis cenſoribus, οὐχὶ μὲν κλαίειν καὶ οἰμώζειν λέγω (σκυθικὸν γὰρ τοῦτόγε, καὶ

λιάν ἴσως φιλαπέχθημον) ἀλλὰ κατὰ Βίαντα τὸν σοφὸν, κρόμμυα ἐσθίειν, vt lachrimis oculorũ, ſine vllo animi dolore, impediti, minus acutè perſpiciant errata noſtræ orationis, & ideas Platonicas & Zenonias ſomniare deſiſtant, & in ſeipſi deſcendentes cogitent, quàm multa & dixerint & fecerint & ſcripſerint, quæ nunc (ſi omnia eis eſſent integra) mutata vellent. Quòd ſi in moribus & vita, quæ omni geſtu moderatior, omni verſu aptior eſſe debet, conceſſũ eſt παλινδρομῆσαι μᾶλλον ἢ κακῶς δραμεῖν: ſi in vno epiſtolio, quod ad magnum principem graui de reſcribitur, multa delentur, nonnulla adduntur, non pauca mutantur, & ſæpè de vno verbo ſcrupuloſæ exiſtunt diſputationes: cur nobis ea ſcribentibus, quæ ad memoriam poſteritatis pertinent, ἡ τῶν δευτέρων φροντίδων εἴτε μετάνοια, εἴτε καὶ πρόνοια negetur? Sed et de me et de ignauis atque ingratis mearum lucubrationũ Momis: οἵτινες ῥᾷον ἂν ἡμᾶς μωμήσαιντο, ἢ μιμήσαιντο, plus ſatis. Ego præſtiti

quod

quod licuit & potui, facileq; patior, eos quibus noſtra diſplicent, alios Iſocratis quærere interpretes, qui complures fuerunt, de quibus eos ego recenſebo, quos mihi videre contigit. Paræneſin igitur interpretatus eſt Antonius Luſcus, Rodolphus Agricola, Ioachimus Camerarius, Antonius Schorus, Andreas Sidelius. Orationem de regno ad Nicoclem Martinus Phileticus, Eraſmus Roterodamus, Thomas Naogeorgus. Nicoclem & Euagoram Claudius Baduellus ſanè quam eleganter: qui vtinam totum Iſocratem conuertendum ſumpſiſſet. Sic enim mea opera nequaquam fuiſſet opus. Euagoram Baptiſta Guarinus. Areopagiticum Ioannes Ludouicus Viues, & Vitus Amerpachius. Orationem contra Sophiſtas, Chriſtophorus Hegendorfinus, Vitus Amerpachius, idemq; & Nicoclem, & Helenæ laudationem, & Buſiridem, & Plataicum, & de permutatione, Archidamum item, quem & Victorinus Strigelius. Philippicam Georgius Sabinus. Orationem de Pace, Onophrius Bartholinus, & Petrus Moſcl-

Moſellanus. Orationes Iſocratis omnes, Ioannes Lonicerus, Epiſtolas omnes Renatus Guillonius. Hæ igitur Iſocraticarum lucubrationum interpretationes in manus mihi venerunt: de quibus ſingulis quid ſentiam, non neceſſe habeo dicere. Sed acutus eruditus & æquus lector, facilè videbit. QVID DISTENT AERA LVPINIS: &, vt nihil alud ego præſtitiſſem: vel ob hoc mihi deberi gratiam intelliget, quòd plurimos adoleſcentes ad legendum græcæ eloquentiæ parentem (cur enim hoc ornare Iſocratem elogio dubitem?) incitarem, idq; non minima ex parte effecerim, vt is in pleraſque ſcholas benè inſtitutas ſit receptus. Neq; verò parùm benè de Republica meriti eſſe cenſendi ſunt, qui adoleſcentiæ ſtudia ad optimum quenque vtriuſque linguæ autorem cognoſcendum excitarint. Verùm noſter hic orator, verè politicus & regius (repetenda enim ſunt quæ ſuprà etiam diximus) non modò ſtudioſorum hominum lectione, ſed et regum & principum in repub.

republica virorum cognitione, mihi certè quidem, videtur eſſe dignus. Quod etſi legendis eius ſcriptis melius quàm vlla alia ratione intelligetur: tamen vel propter græcę linguæ ignaros, vel propter rerum imperitos adoleſcẽtes, & veterum & noſtræ ætatis doctorum hominum teſtimonia,
tanquam ſententię noſtræ
ſuffragia quædam
aſcribamus.

PLATO-

PLATONIS IN PHAEDRO hæc verba ſunt, quæ Cicero infrà Latina fecit.

ΣΩ. Νέος ἔτι, ὦ φαῖδρε, ἰσοκράτης. ὃ μέντοι μαντεύομαι κατ᾽ αὐτοῦ, λέγειν ἐθέλω. φαῖδ. τὸ ποῖον δή; Σω. δοκεῖ μοι ἀμείνων, ἢ κατὰ τοὺς περὶ λυσίαν εἶναι λόγους τὰ τῆς φύσεως. ἔτι δὲ ἤθει * γενικοτέρῳ κεκρᾶσθαι. ὥστε οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστὸν, προϊούσης τῆς ἡλικίας, εἰ περὶ αὐτούς τε τοὺς λόγους, οἷς νῦν ἐπιχειρεῖ, πλέον ἢ παίδων διενέγκοι τῶν πώποτε ἁψαμένων λόγων. ἔτι δὲ, εἰ αὐτῷ μὴ ἀποχρήσαι ταῦτα, ἐπὶ μείζω δέ τις αὐτὸν ἄγοι ὁρμὴ θειοτέρα. φύσει γὰρ, ὦ φίλε, ἔνεστί τις φιλοσοφία τῇ ἀνδρὸς διανοίᾳ.

* γενναιοτέρῳ.

Cicero in oratore.

Horum ætati ſucceſsit Iſocrates; qui præter cæteros eiuſdem generis laudantur ſemper à nobis, nonnunquam Brute * leuiter, & eruditè, repugnāte te. Sed credas mihi fortaſſe, ſi quid in eo laudem, cognoueris. Nam cum cōciſus ei Thraſymachus minutis numeris videretur, & Gorgias, qui tamen primi tradūtur arte quadm verba iunxiſſe: Thucydides autē præfractior, nec fa-

* leniter.

mente quædam. Hæc de adoleſcente Iſocrate, Socrates auguratur. At ea de ſeniore ſcribit Plato, & ſcribit æqualis: & quidem exagitator omnium Rhetorum, hunc miratur * virum. Me autem, qui Iſocratem non diligunt, vnà cum Socrate & Platone errare patiantur. * unum.

Idem in eodem opere, cum de oratione agit apta atque numeroſa, ſic ſcribit.

Nam qui Iſocratem maximè mirantur, hoc in eius ſummis laudibus ferũt, quòd verbis ſolutis numeros primus adiunxerit. Quum enim videret oratores cum ſeueritate audiri, Poëtas autem cum voluptate: tum dicitur numeros ſecutus, quibus etiam in oratione vteremur, quum iucunditatis cauſa, tum vt varietas occurreret ſatietati. Quod ab his verè quadam ex parte, non totum dicitur. Nam neminem in eo genere ſcientius verſatum Iſocrate, confitendum eſt: ſed princeps inueniendi fuit Thraſymachus, cuius omnia nimis etiam extant ſcripta numeroſè.

Nam (ut paulò antè dixi) paria paribus adiuncta, & ſimiliter * definita, itemq́; contrarijs relata contraria, quæ ſua ſponte, etiam ſi id non agas, cadunt plerunq; numeroſè, Gorgias primus inuênit, ſed his eſt vſus intemperâtius. Id autem eſt genus (vt ante dictum eſt) ex tribus partibus collocationis alterum. Horum vterq; Iſocratem ætate præcurrit, vt eos ille moderatione vicerit. Eſt enim vt in transferendis faciendisq́; verbis tranquillior: ſic in ipſis numeris ſedatior. Gorgias autem auidior eſt generis eius, & his feſtiuitatibus, (ſic enim ipſe cenſet) inſolentius abutitur: quam Iſocrates, quum tamen audiuiſſet in Theſſalia adoleſcẽs ſenem iam Gorgiam, moderatiùs temperauit. Quinetiam ſe ipſe tantum, quantum ætate procedebat (propè enim centum confecit annos) relaxarat à nimia necceſsitate numerorum: quod declarat in eo libro, quem ad Philippum Macedonem ſcripſit, quum iam admodum eſſet ſenex: in quo dicit, ſeſe iam minus ſeruire numeris, quàm ſolitus eſſet. Ita non modo ſuperiores, ſed etiam ſe ipſe correxit.

*finita.

Idem

Idem in Bruto.

Extitit igitur iam ſenibus illis, quos paulò antè diximus, Iſocrates, cuius domus cunctę Græciæ quaſi ludus quidã patuit, atq; officina dicendi: magnus orator & perfectus magiſter: quanquã forenſi luce caruit, intraq; parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem, meo iudicio, eſt poſtea conſecutus. Is & ipſe ſcripſit multa præclarè, & docuit alios, & quum cætera melius, quàm ſuperiores: tùm primus intellexit, etiam in ſoluta oratione, dum verſum effugeres, modum tamen & numerum quendam oportere ſeruari. Ante hunc enim verborum quaſi ſtructura, & quædam ad numerum concluſio, nulla erat: aut ✱ ſi quando erat, non apparebat eam dedita opera eſſe quæſitam, quæ forſitan laus ſit: veruntamẽ natura magis, tùm caſu nonnunquam, q̃ aut ratione aliqua, aut obſeruatione fiebat. Ipſa enim natura circumſcriptione quadam verborum comprehendit, concluditq; ſententiam. Quæ quum aptis ✱ conſtricta eſt, cadit etiam plerunq; numeroſè.

✱ ſi qua

✱ circumſcripta

Nam & aures ipſæ quid plenum, quid inane ſit, iudicant: & ſpiritu quaſi neceſsitate aliqua, verborum comprehenſio terminatur: in quo, non modò defici, ſed etiam laborare, turpe eſt.

Idem libro de Oratore ſecundo, de diuerſis pro ætatum ſerie dicendi generibus ſcribens.

Ecce tibi exortus eſt Iſocrates, magiſter iſtorũ omnium: è cuius ludo tanq̃ ex equo Troiano innumeri principes exierunt. Sed eorum partim in pompa, partim in acie illuſtres eſſe voluerunt, &c. Proderit aliquot verſus præcedentes & ſequentes legere, quos ſtudio breuitatis omiſimus, locum ſignaſſe contenti.

Dionyſij Halicarnaſſei iudicium de Iſocrate.

Præcipuam laudem meretur Iſocrates, ob inſtitutum orationum, in quibus elaborauit, & argumentorum honeſtatem & elegantiam, quæ tractanda ſuſcepit. Hæc enim ſtudioſos eius, non

non eloquentia tantùm augere, ſed ad morum etiam honeſtatem inſtituere, & gubernandæ tùm familiæ, tùm ciuitati, tùm toti Græciæ idoneos poſsint reddere. Nam præſtantiſsima præcepta ad virtutem, in orationibus Iſocratis inueniuntur. Ac, mea quidem ſententia, qui non partem aliquam ciuilis facultatis, ſed rationem gerendæ reipublicæ vniuerſam complecti animo volet: is hunc oratorem nocturna diurnaq; manu verſare debebit. Quòd ſi quis veram philoſophiam amplectitur, ſolis ſpeculationibus haud contentus, ſed actione virtutis etiam occupatus: nec ſuis commodis metitur omnia ſed prodeſſe multis laborat: huic ego autor ero, vt oratoris huius imitetur inſtitutum.

Fabius lib. 10. cum de Lyſia prius dixiſſet, hæc ſubijcit.

Iſocrates in diuerſo genere dicendi, nitidus & compoſitus, & palæſtræ,

quam pugnæ magis accommodatus, omnes dicendi veneres ſectatus eſt: nec immeritò. Auditorijs enim ſe, non iudicijs comparârat. In inuentione facilis, honeſti ſtudioſus: in compoſitione adeò diligens, vt cura eius reprehendatur.

Idem lib. 12.

Iſocratis ſchola principes oratorum dedit.

Idem lib. 10.

Mihi videtur M. Tullius, cum ſe totum ad imitationem Græcorum contuliſſet, effinxiſſe vim Demoſthenis, copiam Platonis, iucunditatem Iſocratis.

Ioannes Ludouicus Viues.

Iſocrate ſimplicius ac purius cogitaui nihil poteſt.

Idem in præfatione ad Thomam Cardinalem.

Fuit Iſocrates Athenienſis rhetor, temporibus Platonis: ex cuius ſchola, tan-

tanquam exequo Troiano, prodijt numeroſa illa cohors eorum, qui & dicendo & republica adminiſtranda plurimùm in Græcia valuerunt. Eloquentiam teſtantur diſcipuli & monumenta ingenij: in quibus eſt mira ſermonis dulcedo, & aptiſsima compoſitio, numeris ad ornatum aſtricta. Cicero fatetur, ex illius opibus, ornatiorem ſe ac locupletiorem fieri. Itaq; maximo precio atq; honore eſt per gentes omnes habitus: nactusq; eſt ſine foro, intra domeſticos parietes, eam gloriam, qualem rari ex ijs, qui in Solem certamēq; prodierunt, ſunt conſequuti. Conſtat perbreues ſæpè orationes ab eo conſcriptas, ingenti auri pondere à principibus viris repenſas eſſe: vt ab Artemiſia regina Cariæ, & à Nicocle rege Salaminæ. Tantus patriæ amator, vt fractis à Philippo rege Athenienſium rebus ad Chæroneam, vt primùm de ea re nūcius eſt Athenas perlatus, mœrore expirauerit, grandis admodum natu.

Ipſius Iſocratis de ſe elogia, vide in exordijs Panegyrici & Panathenaici:

item in oratione περὶ ἀντιδόσεως & ad Philippum: Dionyſij item cenſuram ſuo loco.

Claudius Baduellus,

Nullus eſt nec apud Græcos, nec apud Latinos orator, philoſophus, aut alius ſcriptor: qui aut venuſtate orationis, aut grauitate ſententiarum, cum Iſocrate rhetore comparandus videatur.

Philippus Melanthon.

Iſocrates ſcriptor in primis vtilis ad eloquentiam, continet res dignas cognitione.

FINIS.

INDEX
ISOCRATICVS.

A.

Abſentium facienda mẽtio. 13.
Abuſu hominũ bonæ res non uiciantur. 48.
Accipere aliàs bonum, aliàs malum. 66.
Accuſationis et admonitionis diſcrimẽ. 119
Achilles. 349. & 392.
Acrocomas perſa. 123.
Actionis oratoriæ magna uis. 156.
Actionum exploratio, nõ fugere lucem. 67.
Adhortandi etiam ſtrenui. 371.
Admirari uirtutẽ, uitijs inquinatum eſſe. 407
Admonitionũ ſcopus & uſus. 1. 2. accõmodatio ad laudandũ et uituperandũ. 3. cohortationibus potiores, & eloquentia. 4. gloriam pariunt obtẽperanti. 8. uſus facilior, quã inuentio. 20. parænesis penuaria cella uirtutis, 20. Admonitionibus parendum 40. Nõ ſunt ſuperuacaneæ 41. Monitores parũ gratioſi 41. Admonitionibus offendũtur homines delicati, 42. uſu non conſumuntur, ſed ſplendeſcunt. 45.
Admonitionis & accuſationis diſcrimẽ 119.
Monitores ſunt moleſti. 291. inuiſi. 295
Admonitionis & accuſationis diſtinctio. 315. uide-

315. uidetur impe-rioſa eſſe. 757.
Adoleſcentiæ diſciplinæ 9. patiẽtia laboris 10 plurimis peccatis obnoxia, 64. & præceptis et exemplis erudienda, 68. uerecundia ornamẽtum, 210. cura diligẽtiſsima ſuſcipienda, 266. affectus & occupationes 268. corruptæ & benè inſtitutæ ſtudia, 270. Vitia imputanda corruptæ diſciplinæ, 270. Intemperantia probibenda, 272. nugis delelectatur, 376. iudiciũ temerarium, 509.
Adoptandi eiuſdem conditionis homines 715 Adoptionis commoda. 720.
Adraſtus Talai F. ſupplex Athenienſibus. 92. & 384. et 488.
Aduerſariæ rationes æquis animis audiendæ. 293.
Aduerſarijs eâdem opera gratificari nemo poteſt, 764.
Adulatores fugiendi 14. in aulis florent. 27. diſcernendi ab amicis 37. aſſentatio pernicioſa 291. præſentem dũtaxat gratiam ſpectat. 333.
Adulteri ſunt perfidi, iniuſti, improuidi, 62.
AEacus, et AEacidarum præſtantia. 348.
AEgypti defectio à Perſis, 123. & 132. & 182. triremes 200. in AEgyptum miſſæ perierunt Athenienſibus, 320. AEgypti ſitus & præſtantia, 408. Reſpublica optimè cõſtituta, 410

AEgyptij

AEgyptij ſani et longæui, et religioſi. 412 Superſtitionũ excuſatio callida. 413.
AEgyptũ Regi Perſarũ ſubigunt Argiui & Thebani, 484.
AElius Dionyſius Halicarnaſſeus, 795.
AEolus naufragos adiuuit, 406.
AEqualitas Democratica & oligarchica iniqua, 52. æqualitatis duo genera, 206. Democratiæ conuenientiſsima, 275.
AEquanimitas cũ induſtria 13. in re immutabili, optima, 434.
AEtati alij præcepta alia conueniunt, 19. AEtas nulla repudianda in dandis conſilijs, 211. & 212.
Affabilitas. 10.
Affectibus omnibus imperandum, 11.
Agamemnonis laudes. 451.
Agenor Muſicus Iſocratis nepotũ magiſter. 775
Ageſilai res geſtæ in Aſia 125. exercitum alũt Perſæ, 128. Aſiæ uaſtatio, 169. erratum in expeditione Aſiatica 177.
Agricultura bello impeditur, 238.
Agyrrius, 666.
Aiax Telamonis F. 349
Alcibiadis exulis res geſtæ, 168. Socratis diſcipulus & uir præſtans 406. bis proſcriptus, 632. popularis, & impietatis & regni affectati reus, 635. abſens in Sicilia damnatus, Argos exulatum abit,

abit. 636. proſcriptus Spartam confugit. 537. poſt exilium præmio affectus, 637. periculoſiſſimis tēporibus patriæ ſuccurrit. 693. inuictus imperator: uita priuata exagitata: natales, 641. expeditio Thracenſis: Hipparetæ Hipponici coniugium. 644. Olympica certamina. 645 falſò ſuſpectus tyrannidis 648. equos de Argiuis emit, et à ſycophãtis ſubinde mordetur, 634. ob popularitatẽ in crimen uocatus, 635. res ante et poſt exilium geſtæ. 639. Nobilitas 642. Sacrificiorum magnificẽtia, ædilitas, gymnaſtarchiæ, Trierarchiæ, ciuitatis amor. 646. bis urbe pulſus in ſeditionibus 647. Regni affectati ſuſpitio uana. 648. filius ærũnoſus. 648.

Alcmæonidæ Piſiſtratidis reſiſtunt 642.

Alcmena à Ioue decepta. 394.

Alexander ab Iſocrate incitatus ad bellum Perſicum. 143. Alexandri Magni laudes. 761.

Alienis abſtinendũ. 65. Aliena ab inſtituto, nihil probant. 466.

Amazones Martis filiæ oppugnant Athenas. 97. & 497. delete 97.

Ambigua uerba in loco delectant. 514.

Ambitus Athenis capite ſancitus. 308.

Ambitio obſoletæ rei inepta. 374.

Amici-

Amicitiæ bonorũ & improborum. 4. paternæ ad liberos pertinent. 4. cauſæ. 7. cõſtitutio, exploratio, conſeruatio. 11. mutatio improbatur. 12 Vltrò ſuccurrendum amicis. 12. laudatio principiũ. 15. Amici iucundi potius, quã candidi amantur. 20. recipiendi digni, & explorãdi. 36. amandi qui reddunt meliorem. 37. Amicorum uirtus, regum cuſtodia 34. Amici fugiẽdi. 129. Amicitia potentum reditibus annuis potior, 149. amici adhortãdi. 372. à reprehẽdendo propter offenſas non debent abſtinere. 465. Amicus in periculo deſertor. 671. Amicitia conſtans. 706. Amici uirtute præſtantes, regalis poſſeſſio. 759.

Amor immodicus rerum externarum uituperatur. 195. meretricum exitioſus. 327. Amatur nihil niſi pulchrum. 393.

Amphipolitanum bellum calamitoſum. 148. Amphipolis libera. 284. controuerſa. 258.

Amyntas adiutus à Lacedæmonijs. 118. pater Philippi, Græcorum ſtudioſus. 184. uictus & profligatus recuperat Macedoniam. 225.

Anaco matertera Iſocratis. 786

Animus immortalis. 40. præſens, abſente corpore. 66. cum oratione

tione conſentiat, 69. Animi bonis paran-tur cætera bona, 302. morbis mede-tur libera oratio. 305. Animus negli-gitur, cui cætera ſeruiunt, 358. non ſemper cum eo con-iunctus, quem cor-pus ſequitur, 546.
Antidoſeos ſiue permu-tationis iudicium, 565. oratio, figu-rata laudatio 567. diſsimilis aliarũ ora-tionum, 567. ma-gna uarietas, 571. cur ſcripta, 572. quoto anno ætatis, 571.
Antilogici, 584.
Antiopa ſoror Hippo-lytæ Theſeum ada-mat, 497.
Antipater cum Iſocra-te collocutus, 752.
Anytus et Melitus, 39
Anyti æquitas, 686.
Aphareus Iſocratis pri-uignus, 785. ſcripſit orationes & tragœdias, 790. ſtatuam ponit Iſo-crati, 790. negat Iſocratem forenſia tractaſſe, 832.
Arbiter certis condi-tionibus ſumptus. 682.
Arcana tacenda & cautè committenda. 11.
Archeſtratus menſæ Pa-ſionis præfectus. 671.
Archini lex contra ſy-cophantas, 678.
Archidami genus 203. mortem ſeruituti an-teponit 212. familia inuicta, 294. Ex Ar-chidamo

chidamo citata è Dionyſio, 810.
Areopagitica oratio modeſtiores facit, 250. Areopagiticus ſenatus adoleſcentiæ diſciplinam curat, 266. Areopagitarum exemplo ſenes Spartæ inſtitutos, 482. ex Areopagitica citata à Dionyſio, 808.
Argiuorum calamitates, 165. Argos Philippi patria, 159. Heraclidarum hæreditas. 215. ager uaſtatus à Lacedæmonijs, 326. Argos ſolum reſtitit Lacedæmonijs, 442. & 458. Argiui adiuti ab Athenienſibus aduerſus Thebanos, 555.
Argumenta & oratori & auditori perſuadent, 593.
Ariſtides rhetor ſcripſit contra Symmachicum Iſocratis, 285. Panathenaicus, 425. Ariſtides uir bonus. 317.
Ariſtophanes Iſocratem inceßit. 781.
Ariſtoteles infamare Iſocratem ſtudet, 832.
Arrogantes meritò ridētur, & contemnuntur. 78. nocent credulis, 412. arrogantia inuiſa, 14.
Artaxerxes Mnemon Ocho filio fortior. 182.
Artifices ornantur artibus, non diuites, 345. artifices non primi, ſed optimi honorandi, 76. de ſua arte optimè iudicant. 77. Artes inuenę-

inuenerunt uel antiquiſsimi, uel ingenioſiſsimi, uel religioſiſsimi. 84. artes uel utiles, uel iucundæ. 87. artium incrementa ex correctionibus. 346. artifices una re occupati, excellunt. 410. Artificium & cælatum & demonſtratum diuerſis placet. 517. ſolertes artifices illuſtrant artes. 534. Artium litigandi ſcriptores reprehenduntur. 537. artifices inſignes ciuitate donãtur à Græcis. 776. Artes integræ diſcendæ. 784.
Aſclepiades tragicus, Iſocratis diſcipulus. 784.
Aſiæ amplitudo & opes. 120. Aſia minor uaſtata à Græcis. 125. limites 190. Aſiaticæ urbes liberandæ. 191. Aſia uaſtata à Lacedæmonijs. 326.
Aſſentatio euertit principes, & eripit libertatem. 757.
Athenienſes Monarchijs infenſiſsimi, uno duce rem benè gerunt. 56. coluntur à Democraticis. 78. Deberi principatũ maris. 80 naualibus pugnis excellunt. 80. Athenæ antiquiſsimæ, maximæ, celeberrimæ, 81. Indigenæ. 81. Fruges inuentæ, & Eleuſinia initia. 82. profligatis Barbaris Græciã amplificarunt. 85. Legum & iudiciorum præſidijs Græciã muniuerunt. 86. Primæ cædis cauſa Athenis actã, artes inuentæ, hoſpi-

hoſpitalitas, mercatus, ludorum celebritates, 87. ſpectacula, frequētia hoſpitum. 88. amicitiæ, præmia ingenij, philoſophia, eloquentia 89. magiſtræ Græciæ, 90. Laudes bellicæ, cōmune aſylum Græciæ, iuſticiæ ſtudioſiores, q̃ utilitatis, 91. Adraſto et Heraclidis *opem fecerunt, 92. Thebanos, et* Euryſtheum *uincunt. 93. Athenæ maximarum Græciæ ciuitatum potentiſſimæ. 98. oppugnatæ à* Barbaris, *96. propulſant* Barbaros, *97. Virtus in bellis* Perſicis *& præmia. 98. Athenienſium &* Lacedæmoniorum *honeſta æmulatio, 102. ad* Artemiſium Xerxeæ *claſſi occurrunt, 015. Athenæ deſertæ à ciuibus, 106. magnitudo animi in ſummis difficultatibus. 106. & naualis pugnæ, & uictoriæ cauſa, 108. crudelitatis non accuſandi, 109. felix & diuturnum imperium, 110. in* Democratiā *imperiū* LXX. *annorum 111. colomi, præſidij cauſa, in deſertās urbes miſſi. 111. triremium multitudo & bonitas. 112. abſtinentia alieni 112. Sæuitiā uno decreto potuiſſet corrigi. 114.* Odium Barbarorum, 130. De Hercule *benè meriti, 159. Athenienſes, &* Thebanos *&* Lacedæmonios *malè meritos conſeruarunt, 162. pace facta* Philippi *conatus honeſtos adiutuāri. 167. Athenæ ter*

Græciam liberarunt, 192. non potentia, ſed clementia laudata, 198 adiuuãt Lacedæmonios ad Mantineam, 203.
Res geſtæ narrantur ab Archidamo, 224. Libertatem patriam ducunt, 224. Athenienſes, ſua cauſa defenſuri Spartanos, 232. pro libertate Græciæ patriã deſeruerunt, 239. bellis recuperarunt dignitatem ſuam, 246. freti potentia, ſecuri. 254. Euerſa urbe facti principes Græcorum, 256. Res eorum non florentiſſimæ, 256. M. talenta profuſa, 257. Græciæ principatum citò amiſerunt, 257. Facta dictis contraria, 256.
Vrbs in tribus Attica in municipia diſtributa, 269. corruptela & integritas ciuium, 271. Luxus, inopia, temeritas, 272. Oligarchicos putarunt corrupti ſtatus reprehenſores, 273. Clades Helleſpontiaca. 275. ornamenta urbis, 276. Exulum æquitas, recuperata republica, 277. propter naturæ præſtantiam uniuerſis uirtute debent antecellere, 279.
Athenienſium res olim geſtæ, 280. corruptela, 280. Barbaris formidabiles, chari Græcis, 282. ciuium mores boni & mali, 282. populi delicatæ aures, 291. bellandi cupiditas, 291. Pax ſemper utilis, bella

lis, bella ſæpè calamitoſa, 294. conſiliarij improbi, 294. non putant cedendum ſibi urbibus, quas occupaarunt, 296. Philippo & Cerſobleptæ ſuſpecti, 298. error de principatu, 301. auaricia inuiſos, liberalitas gratioſos fecit, 301. Athenienſium ueterum & recentium collatio utilis 350. Reſpub. & domi & foris corrupta, 306. non ſua prudentia, ſed hoſtium ſtulticia incolumes, 311. Maris imperio & corrupti & afflicti, 313. principatum maris accuſarunt, 314. ueteris & nouæ Reipublicæ comparatio, 317. quæſiuerunt odia ſociorum, 318. Athenienſium odioſa & ridiculoſa oſtentatio, 319. claßis miſſa in Siciliam, & clades ingentes, 320. Imperium Siciliæ, Italiæ, Carthaginis ſomniant, 320. Athenienſes parum potentes, 284. aures delicatæ & peruerſus adulationis amor, 291. Sepulturæ publicæ, 321. tyrannicæ calamitates, 323. altrix Attica præſtantium uirorum, 324. conſeruati Athenienſes à Lacedæmonijs, 328. auxerunt opes Lacedæmoniorum, 329. oratorum & tyrannorum improbitate, mutata ſtudia Reip. 329, ab aſſentatoribus afflicti, 333. improbitate oratorum

delectautur, 334. A *Cononis uictoria inſtaurata Athenæ*, 363. *Minotauro* XIIII. *pueros mittunt*, 383. *Socratis condemnati dant pœnas, et edictum de eo* 399. *ab* Erichthonio, *&* Theſeo *in urbē coacti* 422. *Cyclades occuparunt*. 441. *coloniæ conditæ*, 442. *nauali prælio duce* Themiſtocle *uincunt*, 444. *Democratias in urbibus inſtituunt*, 445. LXV. *annos imperarunt*, X. *hoſtibus reſtiterunt*, 446. *recuperatio uirium, & fœdus* Perſicum. 447. *extenuatio ſæuitiæ*, 449. *decepti ſæuitia* Lacedæmoniorum, 461. *ſerò graſſari cœperunt*. 462. *Rempublicam ueterem præſtare* Laconicæ, 466. *Mutatæ reipublicæ cauſæ*, 467. *malunt iniuſtè imperare, quàm ſeruire*, 468. *Athenis nullum Tragicum facinus editum*, 469. *Regum Atticorū præſtantia*, 470. *&* 475. *Indigenæ*, 471. *Democratia M. annorum*, 480. *militarem diſciplinam ante Spartanos coluerunt*, 482. *Athenienſium & Lacedæmoniorum bellum inteſtinum, & alienatio* 484. *ueteres Græcorum amantes, infeſti* Barbaris, 485. *Egentium Græcorum colonias deduxerunt*, 487. *Athenienſes à Spartanis ſibi cauere neceſſe habuerunt*, 487. *laudari ſe à Græcis ſtuduerunt*, 495. *Bellum Xerxeum, & coloniarum*,

rum, & aduerſus alios Barbaros, 496. De Athenis certamen Mineruæ & Neptuni, 497. moderatio in rebus ſecundis, 498. ingenia & mores, 514. conſiliarij 517, ſupplicum miſerentur, 542. prudentiores Thebanis, 548. Thebanos fœderibus excludunt, 554. dedecus magis timent, quàm periculum 554. uicti à Lacedæmonijs. 555. clementiſsimi Græcorũ, 575. temerè credunt calumniatoribus, 577. ſycophantas intempeſtiuè amant, 528. bellua ingrata, 632. ſapientiores alijs, 627. ſtudium recuperandæ patriæ, 630. perturbatio Reipub. ante reuocatũ Alcibiadem, 639. Athenæ urbs Græciæ. 633. fœdus magnifaciunt, 686 bis oppreßi ab hominibus ſuperbis, 726. apud Athenienſes pauperes iudicabant, 729. Philippum adiuturi, 742. Rebus eius opportuni, 749. A quibuſdam immodicè laudantur, 749. Seruatores multorũ, 750. Societates non diuturnæ, 364.

Athenodorus urbes in Thracia condidit, 299

Athos uelificatus à Xerxe, 104.

Auaricia inexplebilis. 194. inuiſa, 198, & 443.

Audiendi ſtudium utiliſſimum 10. Audita exequenda, 142. auditorẽ decet attentio, 259. & 290. adulatores auidè audiuntur, 291.

 aduer-

aduerſarij utilius audiuntur, q̃ ſuffragatores, 293. auditorũ & oratorum munus, 304. auditores cordati et fatui, 475. auribus plura, quàm oculis cognoſcimus, 481. auditio cum applauſu & clamore, 524. auditoris & lectoris officium 572. audientia ſine præiudicio, 574.
Aulicis pleriſq; inuiſa doctrina et eloquentia, 43. & 46. & 47.
Autocrator Iſocrati familiaris 773.
Autoritas, aliorum approbationem mouet, 88, præclara, 322. paratur prudentia & beneficentia, 455.
Auxilia parua ſæpè multum ualent, 123. Sine auxilijs uincere, glorioſum 214.
Barbari olim, magnam

B.

græciæ partem tenuerunt, 84. Athenas primùm inuaſerunt, 96. ſtrategema 97. repreſſi ab Athenienſibus, 115 Sub Lacedæmonijs graſſationes, 116. Græcorum uiribus ſuũ firmant imperiũ, 118. Barbari inuiſi Athenienſibus, 130. Græcis animoſiores, cum & militibus & ducibus deſtituantur, 191. Barbaros feliciores eſſe Græcis, nefas. 194. olim timuerunt Athenieſes, 282. Græcis olim potentiores, 397. domiti ab Athenienſibus 447. Barbarorũ oppugnatio laudabilis & ſalutaris, 455. expeditiones cõtra Athenienſes, 497. quædã inuenerunt, 502.

Bella diuinitus excitata, fortium uirorum uirtutem illuſtrantt, 102. pro ſeruitute ſtabilienda, 118. contra religionem, 130. non compoſita, ſed dilata, 135. Belli inteſtini unus fructus, peritia rei militaris, 136. Belli Perſici commoditas, 140. Bellũ & uictis et uictoribus calamitoſum 164. perturbatæ uitæ cauſa, 165. Bellũ barbaricum aut fortunatum, aut gratioſum, 171. Bellum, priuatũ oratorum bonum 172 De belli gerendi ratione, inepte dicere uidetur, qui bellum nunquã uidit, 184. Bellum adminiſtrare periculoſius quàm ſententiam dicere, 211. Bellorum exitus, ius non uires ſecuti. 222. Bellicoſi pacem æquiorem impetrant, quàm ignaui, 223. Bellum fortunatis fugiendum, calamitoſis expetendum, 227 Bello inutilis turba in tuta loca ablegãda, 235.

Bellorum cauſæ graues 241. Bellum ſociale, 284. de bello & pace grauiſsima deliberatio, 290. Bellandi temeritas, 292. Bella plerunq; calamitoſa, 294. Belli incommoda, 297. Bellum ſociale, 284. Bellicus apparatus cũ ſtudio pacis coniungendus, 338. Bellum cum belluis & Barbaris, iuſtiſsimum 486. iniuſta uictoria illaudata, 493. Bellicoſi pacis ſtudioſis præferuntur, 515.

Bello capi miſerrimum 547. Bellum ita gerẽdum, ut ſumma rerũ, in tuto ſit. 745. Bella quæ ſuſcipienda? 744.

Benefaciendũ bonis, 14. Beneficia maxima cõmemoranda, 182. nulla remuneratione penſari poſſunt, 84. diuina, humana, 86. Beneficiorum exprobratio, 94. Beneficijs delendæ offenſæ, 160. tẽpeſtiua gratiſſima. 160. Benefici amantur, 198. & 443. Beneficia dantur, uel ex officio, uel ſpe remunerationis 236. Beneficentiæ in rapinas mutatio, inuiſa 468. beneficiorum cõmonefactio, 700. Benefacta lucem amant, 703.

Beneuolentia populi, Regis cuſtodia, 34. factis declaranda, 67. Beneuolentiæ omnium parandæ ratio, 175. Beneuolentiam ciuitatum capere præſtat, quàm mœnia, 750.

Beſtiæ multis rebus ſuperant hominem, 49.

Boni, & laudandi et imitandi, 170. Bonis externis hoſtes noſtri ſæpè potiuntur, 195.

Bonorum & malorum opera diſsimilia, 334. Boni rebus ſecundis ſpreti, dubijs honorati, 474. Beneficijs facilè alliciũtur homines tractabiles, 748. Beneficium petat, qui prior dedit, 777.

Botonis artes, 782.

Braſidas Amphipolim defendit. 228.

Breuis eſſe laboro. Obſcurus fio. 217.

Buſiridis natales, urbs, et im-

immanitas, 401. illaudatus, & commendatio locorum eius orationis 402. argumentum improbum, 407. Nobilitas, 407. Nili coactio, & hoſpitum deuoratio, 415.
Byzantij reſiſtunt Athenienſibus, 284. fidem iiſdem ſeruant, 550.

C.

Sub Cadmea cæſi Argiui 92. occupata à Lacedæmonijs, 118. & 550. & 548.
Cadmus Thebas condit, 398.
Cædes ementita, uiuo homine producto, refutata, 696.
Cælandi ſpes inanis, 9. Periculoſa, 66. miſera 67.
Calamis & Callimachus ſubtiles, 802.
Calamitas nemini obijcienda, 13. Calamitoſi ſubleuandi tādem, 134 calamitates fictæ deplorantur, ueræ non auertuntur, 134. Calamitates laudare, inſaniæ eſt, 377. Calamitoſus ex fortunato, 710.
Calliſtratus exul urbes in Thracia condidit. 299
Calumnia cauenda, 9. cohercenda, 37. multis fidem facit, 173. quæſtus inopum, 336. Cauillatores negligendi. 384. Calumnioſum dilemma, 573. ſummum malum, 574. à calumnia non defendit innocentia, 576. Sycophāticum conſilium, 579. Seueritas legum contra ſycophantas, 628. dāna data reipublicæ per calumniatores, 629. Calūnia incōſtans. 637

De calumniandi licẽtia, querela, 627. Calumnia fœda, quamuis impunita, 704. calumniari qui, & quos ſoleant? 732. Calumniatoribus præbere aures, uitioſum, 748.
Carani prudentia in deligendo regno Macedonico, 184.
Cares inſulas occupant, 398.
Carthaginenſes domi oligarchia, militiæ monarchia utuntur, 56.
Caſtello munitiſsimo occupato, ciuitas in caſtra mutanda, 236.
Caſtor & Pollux extincti. 216. & 380. & 396.
Cauere, q̃ ulciſci præſtat, 727.
Cauponæ olim infames, 270.
Cauſæ malæ non recipiendæ, 17.
Cauſæ genus ex fine æſtimandum, 72. Cauſæ actionum atq; euentuum conſiderandæ, 265. malorum tollendæ, 268. Cauſæ primæ rerum indagandæ, 326. à cauſa aliena, nihil probant. 692.
Cecrops, 471.
Celebrium conuentuum et ludorũ utilitates. 88
Centauri bimembres uicti à Theſeo & Lapithis, 382.
Cephiſodori apologia Iſocratis, 833.
Cerberus adductus ab Hercule, 382.
Cercyon, 384.
Ceres & fruges & Initia donauit Athenienſibus, 82.
Cerſobleptes, & cherſoneſus, 298.
Certa controuerſis anteponens

ponenda, 45. & 222. tractanda tùm demum, ubi controuerſa explicata fuerint, 79. Certa non deliberãda, ſed exequenda, 298.
Certandum non cum quolibet, 746.
Chares conflat ſociale bellum, 284.
Charicles importunus ciuis, 649.
Chæronenſis clades Iſocrati cauſa mortis, 785
Cherſoneſus Thraciæ culta ab Athenienſibus, 150. & 298.
Chij claſſe ualuerũt, 123 reſiſtunt Chareti, 284. claſſe ſpoliantur à Lacedæmonijs, 325. fidem ſeruant Athenienſibus, 550.
Cilicia, 132. & 183.
Ciſlbene redempta 100. talentis, 128.
Cittus paſionis menſarij puer, 659.
Ciues iuuandi, non lædendi, 48. mutua de ſe ſolicitudo, reipub. ſalutaris, 264. Ciuitates nouæ, perturbatiores. 308. Ciuitas nõ temerè danda cuiuis 308. ciuitates quæ ſint inter ſeſe conferendæ? 440. Ciuitatibus ob præſtantes uiros parcendum, 451. Ciuitas eadem tyrannorum et oppreſſorum, 491. Ciuitatum diſcordia tyrannis opportuna, 508.
Clearchi milites, 125. et 179. Philippo inferior, 181. à Lacedæmonijs miſſus contra Artaxerxem, 325.
Clearchus adoleſcens humaniſſimus, princeps immaniſſimus, 774.
Clementia iucunda omni-

omnibus,188. diuturna facit imperia, 446.
Cleommis, ſiue Cleonymi principis Methymnæi clementia.772.
Cleophon uir improbus, 317.
Clinias pater Alcibiadis. 647.
Cliſthenes Solonis Democratiam inſtaurauit, 132.& 642.
Cnidus,132. & 169.et 124. Cnidium bellum, 124,& 169.
Cogitatio ſuſcepta, ſcientiam: neglecta ignorantiam parit, 330.
Cognati pecuniæ, non hominis,714.
Coloniarũ utilitates, 85. & 487. quæ in loca mittendæ? 149. & 431. prouinciæ bello captæ colonis egentibus aſsignãdæ, 441. bellum coloniarum,496.
Comœdijs uulgus delectatur,42. Comicorum licentia,295.
Comitas. 10. deſcriptio, 14.& 437.
Conciones Iſocrati recitant diſcipuli,788.
Concordia & domeſtica & publica alenda. 62. ſuadere facile: conſtituere difficile, 18. hoſtium inter ſeſe metuẽda, 122. Concordia domeſtica externo bello, communi omnibus, alenda, 151. priuatis emolumentis preferẽda, 161. Diſcordia fit charior CONCORDIA,162. Concordia latronũ in aliorũ perniciem 508. concordia ciuium laudabilior fortitudine, 689.
Confeſsio utriuſque Rei, firma probatio, 664.

Cōiectura probabilis eſt, præclara inſtituta eſſe præſtantibus uiris tribuenda, 416.
Cononis Athenienſis elogium, 124. interfectus à Perſis, 129. Lacedæmonijs adimit imperium, 169. uictoria principatum attulit Athenienſibus, 257. Profectio in Cyprum, amicitia cū Euagora, res geſtæ. 362. & deinceps. Vincit Lacedæmonios. 464. Iſocratis ſtudioſus, 778.
Conſcientia mille teſtes, 9. 68. bona, opibus potior, 69. negligit mendacia famæ, 175. lucem amat, 583.
Conſtātiæ opinio in prauo inſtituto, 329.
Conſuetudo, mala præfert melioribus, 273.
Cōſultandi rationes, 16. conſiliarij & philoſophi diſcrimen, 28. Cōſilia libera audienda, 36 conſilij capiendi prudentia, optimum doctrinæ genus. 44. Conſiliarij qui probandi aut improbandi? 45. Conſilia ſecuritatis & mutuæ beneuolentiæ ineunda. 136. Conſiliarij munus, ueritati cauſæ, non affectibus auditorum ſeruire, 148. Res ſpectanda potius, quàm uerba, 180. Conſilium dare tutius eſt, quàm bellum adminiſtrare, 211. Cōſilij turpis autores odio digni, 214.
Conſultat ſuæ quiſq; dignitati, non commodis ignauorum, 241. Conſilia magis ignauiam ciuitatum oſtendunt

quam

quam bella, 243. Conſulendum ante rem factam, 244. Conſiliorũ ſpectatores multi, 247 conſilia uictorum grauia, 249. conſulenti optima, timendum populi odium, 273. Res certæ nõ deliberãdæ, ſed exequendæ, 292. conſultores publici, et priuati, 294. improbi nõ corrigunt remp. 295. conſilia inquieta, periculoſa, 301. Conſilij inopia & inconſtantia 309. Conſiliorum & actionum conſimilium cõſimiles euentus, 273 conſilijs optimorum obtemperandum, 337. in conſilium adhibendi amici de rebus dubijs, 511. conſulendi aut prudentiores, aut liberiores, 512. exploratio iudicij per cauſam deliberationis, 512.

Conſilium poſt acceptã plagam, 747. Conſiliario non ſuum cõmodum ſpectandum, 769.

Continentia, ſpectanda in adoleſcentia, 64.

Contrarietates turpes, 272.

Contumacia ſupplicio digna, 51. 52.

Contumelia damno grauior. 725.

Conuiuia ſint ſobria, 15.

Conuicia ſine re, ab inuidia profecta, 519.

Corinthiorum agrum populati Lacedæmonij, 326. Corinthiaca ſocietas, 120. & 550.

Corpus mortale, 40. corpore abſente præſens animus, 66. Naturæ neceßitati reddendum, 102.

Corporis cauſa plura toleramus, q̃ propter animi ſani

ni ſanitatē, 305. Corporis læſio grauiſsimè uindicanda, 728. Corporis incommoda rebus gerendis officiunt, 759.

Creſphontes occiſus à Meſſenijs, 217.

Criminis expers nemo, ſed optimus, qui minimis urgetur. 449. Criminator eiuſdem criminis reus, 572. Criminibus inferendis quidam occupantur, 608. Crimina puulica à cauſis priuatis ſeparanda. 634. Nemo ſine crimine uiuit, 749.

Criſæus campus conſecratus, 552.

Cupiditates diſſentientes et diſiunctæ fugiendæ, 177. Sitis inexplebilis, 292.

Cyamites iuxta ſacram uiam, 784.

Cyclades inſulæ, palæſtra Græcorū, 121. Cycladas Cares tenuerunt, 441.

Cygnus Neptuni, F. 392

Cyprij exercitus, 121. malè tractati à Perſis. 128. Cypri defectio, 132. & 183. Triremes circa Cyprum Athenienſib. CL. perierūt 320. Cyprij ex immanibus facti humani, 360.

Cyrenæ colonia Lacedæmoniorum, 149.

Cyrus minor, 125. Cyrus maior ex minimo factus maximus, 170. Cyri minoris temeritas et interitus, 179. Cyri maioris occupatio regni, 355. Cyrus minor à fratre cōtemptus, 364. incitatus & adiutus à Lacedæmonijs, 463. temeritate ſua euertit omnia, 745.

Danao

D.

Danae à Ioue aureo imbre decepta, 394. Danaus Argos occupat. 398.
Darius oppugnat Athenienſes, 103.
Decelica obſidio. 304. & 320. & 551. imputata Alcibiadi, 637.
Decem uiri poſt XXX. tyrãnos cõſtituti, 679.
Decori perſonarum obſeruatio, 514.
Decurionum Laconicorum accuſatio, 445.
Defenſio impreborũ uitanda, 17. pro defenſione, criminum confeſſio, 419. defenſio à prauis exemplis, expeditißima, 419. defendere ſic alium, ut ipſe defendi nolis, 420.
Defenſio pulcherrima & iuſtißima, 586.
Defenſionis coniuncta cum facinore meditatio 736.
Delectus è copia rerum maximarum. 95.
Delia nauis hoſtilis, 670.
Delphicum oraculum, Græcis imperare ſolitum, 83. Heraclidas iubet redire in patriam 215. Meſſenam Lacedæmonios accipere iubet, 217. Lacedæmonijs reſpondet, ſpretis Meſſenijs, 220.
Democratiæ uituperatio propter inſulſam æqualitatem & moroſa uulgi iudicia, 53. imperitiam, negligentiam, æmulationes, ceſſationes, rixas. 54. Inimicitias, 55. laudatio propter æquabilitatẽ, 111.
Democratia à Solone inſtituta, à Cliſthene reſtituta, 259. Legitima & adulo

& adulterina, 260.
laudata ab Iſocrate,
274. utilior magnis
urbibus, 275. laudatur
278. pace ſtabilitur,
bellis euertitur, 309.
potentiæ aduerſatur,
314. omnes ad magi-
ſtratus admittit, 386.
Democratia Ariſtocra-
tia temperata, 472.
eadem tribuit pauperi-
bus, quæ diuitibus, 729
Demoſthenis exclamatio
632. Iſocraticæ artis
quintam partem diſce-
re, cupit, 784. Cum
Iſocrate collatio, 791.
Dercyllidas, 125.
Deſpiciẽtia laudata, 515
Dialectica (οἱ ἐριστικοὶ
λόγοι) cur minus apta
principi? 762.
Dicere tenuiter, facilius
quàm ornatè, 77. Di-
cere poſt uiros eloquẽ-
tes, arduum, 99. Pro
magnitudine rerum,
difficile, 142. dicere
eadem nolle, exquirere
noua non poſſe, 177.
dicere eadem in exor-
natione, indecorum,
180. ſalutaria facilius,
q̃ iucunda, 312. Di-
cenda et ſcribenda pro-
babilia, 421. nec dice-
re, nec tacere poſſe.
466. Dicere de ſcripto,
Athenis inuiſum, 573.
Dicendo modum ſerua-
re, difficilè, 627. In di-
cendo & opportuni-
tatis & facultatis ha-
benda ratio. 739. Di-
ctio ſententiæ ſeruire
debet, 799, & 816.
Difficilia pauci ſuſcipiũt.
346.
Dignitatis maior haben-
da ratio, quàm ſalutis,
241. Dedecus ſummo-
perè cauendum, 242.
Digreſsiones intempeſti-
uæ, odioſ-

næ, odioſæ, 452.
Dij bonos amant, oderunt improbos, 22. uoluntas è factis indagāda 22. Ioui regi parent, 57. Dijs præſtantiſsima quæq; aſcribimus, 57. Belli Perſici autores, 102. Dij nonnulli Hercule imbecilliores, 188 coluntur ob beneficia, 189. Diuina rerū humanarum adminiſtratio 200. Dei conſilium cōſiderandum, 200. Dij iuſticiam tuentur, 231 à Dijs agendi capienda primordia, 263. De Dijs eorumq; natis benè & ſentiendū & loquendum, 417. in deorum prouidentiam dilemma, 418. non omnis criminis expertes, 449. & 749. Deorum incuria mali uincunt bonos, 495.
Dij eorumq; liberi, uirtute ornatiſsimi, 502. apud Homerum deliberant, 530. Deæ de forma litigantes iudicem largitionibus corrumpunt, 388. Dij filios ſuos à morte non uindicant, 392. Deos et pulchros colendo nō defatigamur, 393. Dij ad uxorum adulteria conniuent, 395. Deorum prouidentia non negligit pios, 631.
Diligentia ingenio ſociata, prudentiæ effectrix 211. labores minuit, auget ocium, 358. & ſapientiam, 372. Diligens cogitatio prudentiam: negligentia inſcitiam gignit, 473.
Diodotus Iſocratis diſcipulus egregiè commendatur,

datur, 755. mala gratia relata pro meritis 357.
Diomneſtus frater Iſocratis, 782.
Dionyſij opes ex monarchia, 56. adiutus à Lacedæmonijs, 118. è plebeio potentiſsimus tyrannus, 170. deſperatis rebus factus potentior, 225. è modeſto factus inſolens, 780
Dionyſius tragœdus, 790.
Diophătus de Mytileneis benè meritus, 778.
Diſciplina publica uiros fortes efficit, 99. Legibus potior, 100. cauſa præſtantium uirorum, 267.
Diſcipulis imperitiores præceptores, 436. probi eloquẽtibus præferendi, 457. Deceptis à magiſtris, danda uenia, 463. improbè loqui coràm præceptore nefas, 501, probant dicta et facta chari præceptoris, 572. diſcipulis diffidunt ſophiſtæ, 531. Diſcipuli & magiſtri officium, 537.
Diuitiæ miniſtræ libidinum, 5. rectè utendum, 13. quæ tutiſsimæ, 100
Diuitibus adminiſtranda reſpub, 262. Diuitũ & pauperum conſenſio, 264. Deſpicientia pauperum, diuites non decet, 264. Diuitum quæ ſtudia eſſe debeant, 269. Diuitiarum admiratio excæcat animos, 319. Iniuſtæ opes etiam iuſtas ſecum euertunt, 319. Diuitem eſſe, maius crimen in tyrannide, quàm ſceleroſum, 735.

Diuitijs à patre malè partis, filio rectè uti licet, 772.
Doctrinæ parandæ, & diſcendi ratio, 9. 10. Pecunia potior. 10. Vtilior inſcitia. 15. Virtutem & prudentiam auget, 30.
Docti honorandi à regibus, 34. Doctrina exercitationi coniugenda, 39. Doctrina eſt collectio cogitationum diſperſarum, 41. Doctum decet ſtudioſa lectio, 158. Doctiorum eſt admonere & adiuuare rudiores, 404. Docti nonnulli, inepti & malè morati, 436. Doctos eſſe oportet prudẽtes, humanos, & in utraq; fortuna moderatos, 437. Doctrina, ingenium & exercitationem poſtulat & acuit, atq; inſtruit. 535. Doctor atq; magiſter ſit uerax & modeſtus, 531. Indoctus pœna dignus, 535. Doctori merces eſt autoramentum ſeruitutis. 783. profeſſioni ſuæ impar uice cotis fungitur, 788.
Dolor moderandus, 11.
Domus adminiſtratio, 33
Dona & munera debent eſſe apta, 4. pauperum captioſa, 26. imitantur hamos, & magno conſtant, 45.
Dorienſium expeditio in Peloponneſum, 216. Peloponneſum occupant, 215. & 499.
Draco, 125.
Duce interfecto periclitatur exercitus, 746.

E.

Eadem dicere, cauſa ſi poſtulet, non recuſandum,

dum, 180. & 587. & 766.

Elæis agri pars adempta à Lacedæmonijs, 326.

Eloquentia doctrinæ exornatrix, 41. defenſio et laudatio, 47. 48. 49 inuiſa ob fallacias & mendacia, 48. cum ſapientia coniuncta, 50. uituperatores ſacrilegi 50. in Democratijs potens, 55. Veterum imitatu difficilis, 71. Eloquentia res omnes exornandas ſibi ſumit, 76 Eloquentia admirabilis ſed inuidioſa, hominis propria, 89. animi prudentis munus, eruditionis argumentum, cauſa celebritatis, 90. Eloquentes ignaui putantur, 214. Eloquentia ſæpè ſalutaris, 215. maximè ornat præſtantes uiros, 344. Infantia Athenis contempta 430. & præcepta & ingenium & uſum rerum poſtulat eloquentia, 533. eius præcepta differunt à literis, 534. probitatem adiuuant, 538. Eloquentia, (οἱ πολιτικοὶ λόγοι) digna principe, 762.

Ephororum licentia in Helotas, 439. Ephorus Demophili F. Cumanus Diphorus dictus, 789.

Epilogus optimus, auditoris conſideratio, 142 & 196.

Equos alere, beatiſsimorum munus, 645.

Erechtheus oppugnatus ab Eumolpo, 497.

Erichthonius Athenienſes in unum cogit, 422. & 471.

οἱ ἐριστικοὶ σοφισταὶ reprehenduntur, 530.

Erythæi boues, 383.

Euagoras Salaminem Cypriam recuperat. 57. *amicus Græcis,* 121. *defectio à Perſis,* 123. *Euagoræ maiores,* 348 *omina quæ natalē præceſſerunt,* 50. *puericia, uirilis ætas, opinio de eo,* 351. *exilium,* 352. *megnitudo animi in regno recuperando,* 353 *&* 354. *Adminiſtratio regni præclara,* 357. *urbis & inſulæ exornatio,* 360. *Amicitia Cononis et res geſtæ contra Lacedæmonios,* 362. *Honos decretus Athenis,* 363. *Regis Perſarum inimicitiæ,* 364. *Succeſſus et facta pax. & F. Protagoras,* 365. *Felicitas penè diuina,* 268.

Eubææ inſulæ bonitas. 112.

Eumolpus Neptuni F. oppugnat Athenas, 97. *Eumolpidæ,* καὶ κήρυκες *præcones,* 130. *Athenas ſibi uendicat,* 457.

Euripidis Palamedes de nece Socratis intellectus, 490.

Eurybiades ineptus nauarchus, 444.

Euryſtheus perſequitur Herculidas, 92. *cum Peloponnenſibus uictus & cæſus ab Athenienſibus,* 93. *&* 497. *laudatus à nemine.* 198. *Perſides,* 115. *imperat Herculi res periculoſas* 382.

Excellentia omnis inuidioſa, 393.

Excellere ſine multis adiumentis difficile, 759.

Exempla prudentiā acuunt, 16. *&* 39. *cum doctrina*

doctrina cõiungenda, 68. docent, quid fieri, quid non fieri poßit? 162. exempla fortunatorum & calamitoſorum, 178 domeſtica efficaciora, 187. & 371. rariora non ſpectanda, ſed frequentiora, 303.

Exercitatio corporis, 8. & animi coniungenda. 18. accõmodanda ad rationem facultatum, 286 ſine arte, 788.

Exercitus triduo M. CC. ſtadia conficit, 104. duce amiſſo non dilabi debet, 126. magni & animoſi gubernatio difficilis, 455. improbi ſæpe uincunt optimos uiros, 494.

Exordia modeſta ſolent eſſe, 77. communi exordio nouitas conciliãda, 289. cauenda prolixitas, 438.

Experiẽtia doctrinæ cõiungenda, 39.

Exulum conditio melior quàm ciuium, 115.

Exilij miſeriæ, 560. Ad exulem patria nõ pertinet, 638. Exules ui reditum in patriam quærunt, 638. & 716.

F.

Fabulis credit uulgus, 22. Fabuloſa pleriſq; gratiora ueris, 43. & 426. Fabulæ Perſicæ et Troianæ Græcis iucũdißimæ, 131. Fabuloſa peruulgata, 513.

Factiones, in regnis periculoſæ, 67. honeſtæ 100.

Fallacia faceta, 514. fallaces inuiſi & miſeri, 515.

Famæ diuturnitas rei

magnitudinẽ arguit, 97
Infamia morte acerbior 100. Fama non negligenda, 174. Bona fama ciuitatum opes auget, 238. Fama falſa lædit exiſtimationem, 437. exiſtimationis iactura grauior, q̃ pecuniæ, 655
Familiæ, non omnes gignunt excellentes. 348.
Familiaritates, ſtudiorũ indices, 582. Familiaritas quorum expetenda? 762.
Faſtidiũ cauendũ, 10.
Fatum condemnauit omnes capitis, 19.
Felicitas in uirtute et mediocritate, 36. Felices innocentes, 67. Felicitas pendet à uirtute regis, & obedientia populi, 70. Felicitas urbium pendet à bona Repub. 257. poſita in uitæ modeſtia et mediocritate, 271. Felicitas reipub. 1. Securitas, 2. annonæ copia, 3. cõcordia ciuium, 4. gloria apud exteros, 297. Felicitas pendet à iuſticia et modeſtia, 300. Felices futuri, præditi eſſe debent pietate, temperantia, iuſticia, cæterisq́; uirtutibus, 312. Felicitas et calamitas è cauſis efficientibus ſpectãdæ, 332.
Feſta luxurioſa uulgo acceptiſſima, 263.
Fidendum non omnibus, 11. Fideles, 36. Fide digna, 82.
Figuræ delicatæ neq; foro, neq; curiæ conueniunt, 816. Figurarũ nõ genus ipſum, ſed frequentatio improbata. 818.
Finis ſpectandus, 21. Fine cognito, cætera expedita,

pedita, 29. Finis & dicendi & agendi non faciendus ante rē confectā, 75. bonus mali principij, 246. Fine et ſcopo perſpecto, cōſilia omnia expeditiora, 296. ad finem reſeruāda meliora, 490. & 499.
Finis & ſcopus tā orationum, q̃ actionum cōſiderandus, 766.
Fœdera cum Perſis, 116. Turpia, uiolata, iniqua. 137. fœdus legitimum, 137. imperioſum ſeruile, 228. Perſicum fœdus, æquū et utile Græcis, 295. Fœdera uiolaſſe nemini profuit, 688. & diſcordiæ & concordiæ cauſa, 701.
Forma bonum fragile, 15. non magni fit à magnis uiris, 370. robori imperat, 379. præſtantia & uis maxima: deliberationi anteuertit: mutata commendatio: imperioſa, 393. pulchritudinis ſerui laudantur. 394. Forma cum pudicitia cōiuncta, res præclara: cum laſciuia deteſtabilis, 394. Dijs cœlum compleuit, 395
Fortitudo abſit ab iniuria 48. etiam in improbos cadit, 63. magnū præſidium, 231. in monomachijs ſpectatur, 384.
Fortuna communis, 13. utraq; moderatè ferenda, 19. proditores, 21. Fortuita ſunt mutabilia 94. Fortunam ſua cuiq; fingunt facta, 78. Fortuna immeritos auget honoribus. Fortuna immeritos cladibus afficit. Fortunam belli ſequuntur populi, 132. Fortuna utendum, 201. ſequenda, 221. habet regreſſum,

greſſum, & uarias uices, 223. Fortuna, utrū aduerſa, an ſecunda optabilior? 256. gubernatrix ſortitionis, 261
Fortnna mutata pleri que cadūt animis, 352
Fortuita facilè aut pereūnt, aut ad alios tranſeunt, 389. Fortuna in prælijs dominatur, 689
Fortuna ſua ſeni boni conſulenda, 751. non mutat naturam. 780.
Forum fugiunt adoleſcentes frugi, 270.
Fraudatio tantùm diuitibus nocet, 727.
Fruges uictum humanum à belluino diſtinguunt, 82. primitiæ ab alijs urbibus mittuntur Athenas, 83.
Funebris pompa, 344.
Futura præuideri nequeunt, 13. è præteritis conieclanda, 16. & 231. incerta 292. præſcientia negata homini, 530.

G.

In genealogijs verſati rhetores, 407.
Germania communis patria, 101.
Gigantomachia Deorum, 392.
Gloriæ parandæ ratio 9. opibus potior, 17. ſecuritati præponēda, 19 & 40. optima hæreditas, 38. uitæ à nonnullis præfertur, 39. & 195. & 345. gloria immortalis parāda uirtute, 40. Gloriandum, non niſi magnificis rebus, 60. περιαυτολογίαν excuſat ueritas & auditorum cōſcientia, 64. uitæ prælata, 102. excitat generoſa

ingenia

ingenia, 141. Gloriam facilius amplificare, quàm parare, 188. ingens ex rebus arduis, 189. Gloria immortalis opibus potior, 194. firmior diuitijs, 195. ſalute potior, 241. & 248. periculis & laboribus quærenda, 247. & 379. non ſemper contingit dignis, 452. gloria uera eſt, laudari à laudatis, 523. gloriæ nulla ſatietas, 195. & 753.

Gnidia naumachia, 165.

Gorgiæ artificium, 373. paradoxon, 375. lapſus in laudanda Helana 378. ſtatua ſphæram intuens, 787. Panegyricus, 793.

Gorgonium, 697

Græci & ingenijs & ocio abundarunt, 71. partim Athenienſes, partim Lacedæmonios colũt, 78. Græcia olim anguſta, amplificata ab Athenienſibus, 85. Græci laudi ſibi ducũnt, pepuliſſe Barbaros, 86 olim ſine legibus uixerunt, 86. Græcorum nomen, non tàm nationis & gentis, quàm rationis & mentis, 90. Vrbes maximæ, Athenæ, Thebæ, Argos, Sparta, 95. Græci exiguo tempore totius Aſiæ uires debellarunt, 102. Græcorum audacia Xerxi occurrentium, 105. Græciæ patroni optimi, 110. Græci perſis dediti à Lacedæmonijs, 117. ſtultè colũt Perſas, 117 & 121. Græcorum 6000. Perſis omnibus reſiſtunt, 126. uſq; ad Sinopen Aſiam accolũt 132. Græ-

Græcia afflicta, 135. Græcorũ uetuſtiſſimus principatus, 138. 4. primariæ urbes recon‑ciliandæ, 159. Græci Xerxi amiciores, q̃ ſo‑cijs, 162. Græcæ urbes ſolam utilitatem ſpectãt 163. Græcarum bene‑uolentia potior, q̃ ur‑bium Græcorũ oppreſ‑ſio, 171. Græcos faue‑re expeditioni Aſianæ, neceſſarium, 177. & 180. Græcorum bella inter ſeſe, furorem ap‑pellat Iſocrates, 178. Græci impatientes mo‑narchiæ, 185. Barba‑ris ignauiores, 191. Barbaros adiuuãt, ſuos populares opprimunt, 192. facilè Barbaros euerſuri, 196. Græco‑rũ & Perſarum odijs euerſi Athenienſes 256. Græci olim Athenienſiũ amantes, 282. Siccita‑te laborantes Aeaco ſupplicant, 348. cõplu‑res in Cyprum migrant 361. Spartanis adimũt, Athenienſibus deferũt imperium, 444. Athe‑nienſes & Lacedemo‑nios de Græcis et opti‑mè & peſſimè eſſe me‑ritos, 483. Græci re‑gem Perſarum colunt, 484. uicti à Philippo, ad ſanam mentẽ redire co‑acti, 752.

Gratiæ referendæ officiũ maximè neceſſariũ, 159 grati etiam poſteri eſſe debent aduerſus bene‑meritos de maioribus, 160. Gratiam referen‑do uideri benefacere, 160. Gratia debetur poſteris pro meritis maiorum, 646.

Gratioſorum uirtus imi‑tanda, 69.

Grauitas

Grauitas cum urbanitate, 39.
Gylippus Syracuſas defendit, 229.
Gymnicorum certaminũ extenuatio, 645. gymnicis ludis præferenda ingenij præſtãtia, 777.

H.

Hæredi fungendũ officio erga cognatos, 704.
Hæreditas in proximi poſſeſſoris poteſtate. 717.
Halys et Phaſelis olim limites Barbarorum & Græcorum, 282. & 447.
Hamadocus ſiue Medocus, 150.
Hecatomnus Cariæ præſes, 132.
Helenæ raptus excidio Troiæ uindicatus, 139 ſola mulierum Ioue nata, 379. Aphidnam Atticæ perlata, et oraculum de ea, 380. præſtantia ex procis colligitur, 381. proci, omnes reges, 387. procorum iuſiurandũ, 388 ſemidei propter Helenã interfecti, Græci irati, Barbari ſuperbi, Dij inter ſeſe hoſtes, 391. & 392. Helena diuina potentia prædita, fratres & maritum inter Deos refert, ſacrificijs colitur, Steſichorũ excæcat & ſanat, Homerũ ornat, 395. et 396 colẽda ab omnibus, 397 artium & libertatis Græcorum autor, 397
Helleſpontus ponte iunctus à Xerxe, 104. in Helleſponto, 200. naues amiſerunt Athenienſes, 320.
Helotes pro Meſſenijs reducti, 219, & 463.

Helotum

Helotum dura & iniqua ſeruitus, 492.
Herculis contra Laomedontem expeditio, 349 certamina ipſi periculoſiora, quàm alijs utiliora, 382, annis 200. Buſiride minor, 416. Res extra columnas Herculis, 518. Hercules uirtute factus immortalis, 6, 22. Herculidæ ſupplices Atheniensibus, 92. & 384. Hercules de genere humano benè meritus, 93 exagitatus ab Euryſtheo, 94. Herculidæ in Peloponeſum reuerſi, Spartæ regnãt, 94, & 215 Conſeruati ab Atheniensibus, 159. Herculidis turpe, inſidiari Græcis, 174. Herculis prudentia maior, quàm fortitudo, & res geſtæ, 185. Columnæ, 187. Humanitas imitanda, 188. Herculidæ, Philippo excepto, legibus obnoxij, 192. à Perſeo oriundi, 215.
Hermippus, 144.
Heroes uirtute immortales, 102. Heroum honores conſeruandi, 561.
Heſiodi optima præcepta 42.
Heſperidum mala, 382.
Hieronymi Philoſophi cenſura Iſocraticæ dictionis, 817.
Hippareta Hipponici F. uxor Alcibiadis, 644.
Hippolyte ſoror Antiopes, 497.
Hipponici uirtus, 61.
Hipponici præſtantia, 644.
Hiſtoriæ prudentiam augent, 16. & 39. Hiſtorijs ueteribus multi pru-

prudentes fidem habent, 480.
Inter Homines bonos & improbos multum intereſt, 4. mores obſeruandi, 12. opinio de nobis non negligenda, 13.
Humana omnia infirma, 18. Homines dociliores beſtijs, 31. Homo conſtat mortali corpore, & immortali animo, 40. Homines improbi, non res bonæ accuſandæ, 48. contentioſi, publicæ tranquillitati & felicitati obſtant, 80. Sortis cõmunis memores eſſe debent, 92. Humana inſania & miſeria, 134.
Homines ſæpius peccant, quàm officio funguntur, 260. Hominum uoluntates è ſtatu rerum diuinantur, 263.
Homines afflicti & humiles aliquando magnas res gerunt, 170. Hominis corpus mortale, gloria immortalis, 194. Homines Dei inſtrumenta, 200. Humana ignorantia & temeritas, 328. Mortalium nemo uirtutibus omnibus præditus, 381. Homo, ſi poſſet, neminem improbum eſſe pateretur, 418. Homines egentes et feroces, pernicioſi ciuitatibus, 487. Homo nouus nobiles nuptias ambit, 705. Non omnes ſimilibus ingenijs, 768.
Homeri fabulæ populares ſunt, 43. poëſis cur ita gratioſa? 131, Homeridæ et Homeri poëſis gratioſa ob Helenã, 396. & 397. Homerus inter poëtas, Iſocrates inter

inter oratores excellit, 524. ſapientiſſimus habitus, 530.

Honeſtorum & turpium diſtinctio conſeruat ſocietatem, 49.

Honos quibus habendus? 34. Veriſſimus, 37. habitus à magnanimis iucundus, 386. uoluntarius potior extorto. 768.

Hortator fingit, ſe laudare ea iam facta, quæ facienda eſſe cenſet. 762

Hoſpites benè tractandi, 34. & commodis et ſecuritati conſulendũ, 87

Hoſtium non cõtemptus, ſed æmulatio ſociorum. 105. Hoſtium præſidia intercipienda, 132. Diſperſi & antequam conueniant, inuadendi. 133. pro hoſtium commodis aliquando pugnamus, 149. Hoſtem potentiorem habere, maximum malũ, 165. Hoſtis ignauus, ſuperatu facilis, 182. Hoſtium errata, magnum præſidium, 231. Hoſtium ſtulticia nonnulli incolumes, 311. ex hoſtili agro comparandus cõmeatus, 455. Hoſtibus aperire portas malle, q̃ præſidia ſociorum admittere, 477. Hoſtibus ſeruire, ciuibus inſultare, 278.

Hymni ex bellis Barbaricis, 131.

Hymni de adulterijs Dearum, 395.

Hyperbolus uir improbus, 317.

Hyperides orator Iſocratis diſcipulus, 784. & 793.

I.

Iaſon Pheræus uerbis

bis

bis gloriam conſecutus, 189.
Idrieus opulentißimus Aſiæ ſatrapes, 183.
Ignominioſi qui deſerunt ordines, aut clypeos abiecerunt, 340. Ignominia exilio grauior, 651.
Illyrij Adriæ accolæ, 155. ſubacti à Philippo, 155.
Imagines animi potiores, quàm corporis, 39. & 307.
Imitatio bonorum ſtudioſos decet, 4. parentum neceſſaria, 7. approbationis argumentum, 17. imitandi non auari, ſed moderati principes, 36. Imitandi, quos admiraris, 40. exemplar optimum exprimendum, 187. imitandi uiri boni, 325. ſtulti & improbi non imitandi, ſed corrigendi, 346. Imitatio uirtutis, laborem poſtulat, 370. æmulandi præſtantißimi, 372. Imitanda ſanctitas, nõ peruerſitas, 549.
Immortalitas diuina & humana, 522.
Imperium, ſapientiæ debetur, 31. autoritas, 35. imperandum animo, 371. exaſperantur improbitate populi, 68. imperabit rectius, qui parêre didicerit, 68. ſine ſeueritate retineri nõ poteſt, 110
Imperium in quo quis læſus eſt, corruere cupit, 183. euertere facilius, quàm conſtituere, 196. honeſtißima ſepultura, 225. Imperatorem conſilijs abundare oportet, 310.
Imperij terreſtris & marini

marini diſcrimen, 327
Imperare ſimul et amari, 385. Imperia & potentia magna, etiam improbis contingunt. 389, diuiturnitas clementiæ ſignum, 446. Imperator totius Græciæ, 453.
Incrementa calamitatum perniciem minitantur, 259.
Ingenium excolendum, 18. plus ad prudentiā confert, quā ætas, 211
Ingenium omnibus dotibus ornatum, 755.
Ingeniorum opera immortalia, 777. Ingrati multorum animi, 346.
Inimicitiæ immortales ex ſeditionibus & cædibus, 325.
De Initijs Cereris Eleuſinijs perſuaſio Græcorum, 82.
Iniuriæ ulciſcendæ, 140 calamitates ſecum trahunt, 296. Iniuſticia turpis habetur, ſed utilis, 310. Iniuſti falſis bonis & breui perituris efferūtur, 302. ſibi et alijs pernicioſi, 446.
Iniuriam facere, quàm accipere plerique malunt 468. Iniuriæ laudatio iniurium arguit animū 494. Iniuriarum non euentus, ſed conatus uindicatur, 725. è parua iniuria magnum malum, 725.
Innocentiæ ſtudendum, 65. felix, 67. 68. ſignum, oppugnari à nemine in calamitate, 580.
Inquilini patronis ſimiles putantur, 310.
Inſidiatores deferēdi, 67 ulciſcendi, 140. Inſidiari ſuis popularibus, ſcelera-

ſceleratū: hoſtibus, glorioſum, 174.
Inſtituta pulcherrima (ἐπιτηδεύματα) pietas, iuſticia, prudētia 501
Inſulares miſeri 120. Inſulæ Aſiæ uicinæ, Rhodus, Chios, Samus, 132 uexatæ à Lacedæmonijs, 326.
Intēperantia et ſuperbia, cauſæ malorum, 333.
Inuentores rerū, homines ſanctiſsimi, ingenioſiſsimi, ſtudioſiſsimi, 502.
Inuidi uitādi, 12. Inuidendū improbis diuitibus, 140. Inuidi maledicūt ijs, quos mirātur, 152. Inuidia ipſa ſibi ſuppliciū, 346. Inuidi cōtemnendi, 434. exacerbantur incrementis uirtutis, & fortunarū, 435. Inuidia conuiciatrix, 519. fruſtrà inceſsit uiros præſtantiores, 523.
Ionum ſeruitus ſub Perſis 117. cupidi recuperādæ libertatis, 121. execratio, 129.
Iouidæ ſemideorū nobiliſsimi, 348. Iouis tēplū in AEgina, 349. Iouis ſeruatoris ſimulachrū, 363. Iouis eſſe generū, præclarum 389. Metamorphoſes obformoſas, 394.
Iræ moderatio, 11. ſimulatio, 35. diſsimulatio, 60. Iracundia, non niſi dato, acceptoq; malo conquieſcit, 161.
Iſæus orator Iſocratis diſcipulus, 784. Demoſthenis præceptor, 791.
Iſocrates in Philippica et Panathenaico certauit, cū Panegyrico, 73. gloriæ præmio cōtētus ſcripſit Panegyricū. 74. iactātia 75. orationes ſuas præfert omnibus aliorū, 77

Se contemni & derideri iubet, niſi pro dignitate rei & ſua dixerit, 78. Philippicæ argumentum, 143. Rem ſe curare, non ornatum uerborum profitetur, 151. reprehenſus ab amicis, 153. παῤῥησιαστὴς, dehortatur Phillippum ab apprimenda Græcia, 172. gracili uoce & uerecundia excluſus à Republica, cæteris rebus cedit nemini, conſulit omnibus, 175. Scripſit ad Dionyſium, 175. hortatur ad legendum Panegyricum, 176. Panegyrico factus ſterilior, primas lineas ducit, 177. Suis, non alienis inuentis utitur, 180. conſilia contempta ab Athenienſibus, 192. Barbaros oppugnare, & Græcos adhortari non deſiſtit, 193. inuidiæ obnoxius ob eloquentiam, 193. ſuum conſilium ad diuinam autoritatē transfert, 199. orator diuinitus delectus, 200. Fiducia Philippicæ orationis, 202. Hortator egregius, 204. philoſophis præſtantior, 207. Laudat Democratiam Ariſtocratia temperatam, 274. uehemens iuſtitiæ ſuaſor, 289. de iuſtitia & modeſtia maximè concionatur, 300. Pia concio de iuſticia & iniuſticia, 301. Paradoxa tractaturus, paradoxa reprehendit. 374. partim ſibi, partim alijs gratificatur, 384. Perſpeciem docendi, reprehendit Polycratem,

lycratem, 403. Iſocraticæ orationes iuueniles, 426. Seniles elaboratiſsimæ, 427. περιαυτολογία μεμψίμοιρος, 427. Mens ſana in corpore ſano, diuitiæ, honeſta fama, 428. Vocis & audaciæ defectus, & philoſophia interpellata, 429. ingenij præſtantia, 429. ſtylo conſecutus gloriam, 430. argumenta orationum, 431. ob orationes laudatus & inuiſus 432. accuſatus arrogantiæ & contemptus aliorũ, 433. ſophiſtarum calumnijs in odium adductus, 434. De poëtis iudicium, 436. De erudito & bono uiro, 436. & deinceps. Virtutis quàm ſuæ laudis ſtudioſior, 456. diuinat ſua ſcripta de Rep. uberem alijs materiam ſuppeditatura, 475. aliter de Thebanis recõciliatis ſcribit, quàm de hoſtibus, 489. inducto Philolacone, Lacedæmonios & accuſat & defendit, 500. non fert diſcipuli ſermonem improbum, 501. pœnitentia de uituperatis Lacedæmonijs, 510. Deliberatio de Panathenaico, 511. Cauſa & ratio laudatæ patriæ, 512. Iſocratis quidam Spartanorum ſtudioſi, 518. Laudes Iſocratis, 522. æmuli, 523. inter oratores ita excellit, ut inter Poëtas Homerus, 524. morbus & amicorum ſtudia, 525. Veniam non petit, 526. lectorem prudentem requirit, 527

rit, 527. Sententia de ingenij ui & doctrinæ utilitate, 535. opes & gloria & calumniatores ſophiſtæ, 564, & 568. orationes maximis de rebus, Inuidia plebis, iniqua condemnatio, 569. calamo ulciſcitur aduerſarios, 570 natus annos, 82. ſcribit orationem de Antidoſi, 571. Innocentia, 77. corruptæ adoleſcentiæ reus, 578 diſcipuli potentiſſimi, 579. et plurimi, 582. Orationes Poemati ſimiles, 584. Siue facultas, ſiue philoſophia, ſiue exercitatio 586. Orationes & dixit & ſcripſit, 587. hæ omnes ad uirtutem & iuſticiam referuntur, 624. fretus innocentia & pietate ſua, 632

magnarum rerum doctrinam ſibi uendicat, 742. Philippi ſtudioſus, 744. parum gratioſus apud uulgus. 751. uidetur poſt Chæronenſem pugnam ſcripſiſſe ad Philippum 752. Philippum nunquam uidit, 753. Diſcipulos probos magni facit, 755. amicorum commoda pluris facit quàm exiſtimationem ſuam, 760. Veretur ne delirare ſenio uideatur, 761. Iaſonis & Polyacis hoſpitium, 763. Non peregrè uixit. Senex non ſeruit oſtentationi, 764. De tota Græcia benè meritus, 778. Dionyſio uaticinatur imperij amiſſionem, 780. Iſocratis pater & fratres, 781. Præceptores,

ceptores, Prodicus, Gorgias, Tiſias, Theramenes, 782. Iſocratis & Theramenis artes, inſcriptæ Botonis nomine, 782. Rhetor & orationum ſcriptor pro oratore, 782. Diſtinguit genera doctrinarum, 783. Diues, 783. 100. auditores, 783. obitus ex mœrore et inedia, 785. coniugium, liberi, opes, trierarchia, apophthegma in ſordidum patrem, 786. Laudatio Mauſoli & Helenæ, & Areopagitica, & ſepulchrũ, 786. orationes uel 60. uel 25. uel 28. 787. alienus ab oſtentatione, apophthegmata, 788. amores, 789. coniugium, ſtatuæ, trierarchia, 790. excoluit comparia, contrapoſita, ſimiliter finita, comprehenſiones, 791. cum Demoſthene collatio, 791. Cur ἀπολίνευτος, & orationes. 792. Iſocratis Panegyricus, Archidamus, Amartyrus, auditores, ſtatua olympica, et obitus, 793. uita perſtricta breuiter, 796. Colonias eloquẽtiæ deducit, 798. Dictionis cum Lyſiana collatio, 798. ornatus uerborum ſtudium, 799. Delectus uerborum bonus, compoſitio affectata, 800. uerba ſuperuacua inculcata, 801. In quibus Lyſia ſuperior & inferior, 801. argumenta orationũ grauiſſima, 803. Forenſes orationes, 832. Cenſura doctorum de Iſocrate, 863.

Italia uaſtata, 135. & 326.
Iudicia æqua ſunto, 33. ſeueritas utilis pauperibus, 264. Iudices ſui commodi ſtudioſi, 264 Iudicia ſimilia de ſe & alijs, 331. Iudicia noſtra & aliena, 381. Iudicium non de cauſa, ſed de muneribus, 388 ex euentu, iniquum, 389. diuinum humano præſtantius, 390. Iudex optimus deligendus, 390. Iudicem eſſe Dearum, 390. Iudex iratus male iudicat 390. Qui cauſa cadit, ſuccenſet iudici, 390. Iudices oculati, 444. Iudicia iniqua, 565. Iudicum officiũ & iuſiurandum, 575. præiudicia miſſa eſſe facienda, 579. iudicium fit ex coniecturis, 586.
Iudicia fortuita. 681.
Iudices & ſibi & reis conſulunto, 576.
Iuno Aſiæ imperium Paridi pollicetur, 388.
Iuſiurandum eſt boni uiri affirmatio, & cur dandum? 11. neceſſaria et utilis conſeruatio, 687.
Iuſſa & pacta differunt, 137.
Iuſticia præferenda pecuniæ, 18. Iuſtorum & iniuſtorũ diſtinctio conſeruat ſocietatem, 46. Iuſticia æqualibus æqualia tribuit, 52. Iuſticiæ præſtantia 58. ſpectanda in egeſtate, 64. propria bonorum uirorum, 63. præponenda utilitati, 91. non cedit tempori, 221. iuſticiæ fruendæ cauſa ciuitates conſtitutæ, 221. iuris defenſione præ-

prætermiſſa, cumulantur iniuriæ, 222. Iuſticiæ adiumentum firmiſſimum, 230. ſtudium ciuium animis inſerendum, 267. præſtat iniuriæ, 299. honeſtior, quã utilior putatur, 301. Iuſticiæ defenſori non deſunt adiutores, 339. Ius eſt in armis, 442. Iuſticia remota, nihil laudabile, 495.

L.

Labor conducit Valetudini, 7. ſit uoluntarius, 10. plebi fructuoſus eſſe debet, 33. capitur ſpe finis, 21. non recuſandus uitæ beatæ cupidis, 70. uoluptate temperatus, ferri poteſt, 268. utiles ſuſcipiendi, 382. Lacedæmoniorũ optima reſp. domi oligarchia, militiæ monarchia, 56. coluntur ab oligarchicis, 78. perſuaſum habent ſibi deberi principatum, 79. reges Lacedæmoniorum ingrati ſeruatoribus Athenienſibus, 94. Virtus in bellis Perſicis, 98. Lacedæmoniorum et Athenienſium honeſta æmulatio, 102. opem fecerunt Athenienſibus cõtra Darium, 103. ad Thermopylas Xerxi occurrunt, 104. Pudore & metu claſſem cum Athenienſibus cõiunguut, 108. callida urbium colliſio, 110. Laconiſtarum crudelitas, 113. Græcos negligunt, 117. tyrannidem & exercent & ſtabiliunt, 118. Barbarorum ſocij, Græcorum hoſtes, 119. priuatæ

uatæ rei ſtudioſi, negligentes publicæ, 120. Herculidis regnum dederunt, 159. malè meriti de Athenienſibus, et ab ijs cōſeruati, 162 Lacedæmoniorum poſt cladē Leuctricā calamitates, 164. Alcibiadis conſilio inducti, maris principatū appetiuerūt 168. Decuriones moleſti Græcis, 180. trophæa Græcis chara & inuiſa, 159. Lacedæmoniorū fuga & uictoria ad Mantineā, 203 Lacænæ ſuis fugā exprobrāt, 203. prælia aduerſa, 204. Lacedæmonij Doriēſes, 215. Lacedæmō ab Hercule reſtituta Tyndareo, 216. Lacedæmonij uita potius, q̃ Sparta ceſſuri, 218. Lacedæmon nunquā ſubacta ab hoſtibus. 224. Vrbs benè morata & bellicoſa, 222. Lacedæmonij peruerſè & belli & pacis ſtudioſi, 227. opinio uirtutis, 228. tolerātia laborū, 229. auxilia, 230. cōſtātia in rebus aduerſis, 231. Sparta potius deſerēda, q̃ parendū hoſti 234. Spartanis nulli mortales ſimiles, 233. Sparta caſtris ſimilis, 239. Lacedæmoniorū dignitas, 241. Lacedæmonijs, poſt imperium, parēre alijs, turpiſſimū 243. admirabiles in Olympijs, 244. exæquari ſecū paſſi neminē, 244 pugnæ cum Arcadibus, Argiuis, Barbaris, 245 incremēta et detrimenta, 256. Democratia, 275. 100. talenta mutuati 30. tyrannis, 277. ſupplices Athenienſibus, 278. clemētia

tia in Atheniẽſes, 318 afflicti clade Leuctrica, 284. Imperio marino maximè corrupti, 324 labefactata, 700. annorũ diſciplina, 344. crudelitas & bellãdi temeritas, & ingrati animi. 325. tyrannicæ graſſationes, 326. cõſeruati ab Athenienſibus, 328 auxerũt opes Athenienſium, 329. Laconici regni præſtantia, 340. auaricia, 362. Victi à Conone, 363. Sparta uetuſtatis cuſtos, 396. Inſtituta quædã mutuati ab AEgyptijs, 410. ignaui et rapaces. 411 Sparta ſupra modũ laudata à nõnullis, 441. Lacedæmonij rapto uiuere aſſueti. 442. Pelopõneſum ſubegerũt, 442. Decem naues & Eury[illegible]dem cõtra Xerxem miſtũt, 444. decuriones conſtituunt in urbibus, 445. Vix decẽ annos imperaruut, uicti à Thebanis, 446. fœdus Perſicum, 447. ob rem militarẽ celebres, 448 acerbiùs quàm Athenienſes imperarunt, 449. In Meſſenios. Argiuos, Platæenſes crudelitas, 459. magiſtri uiolenti imperij, & aduerſarij Athenienſium, 461. inexplebilis cupiditas, 462. & Græcis & barbaris infeſti, 463. turpis pax facta cum Barbaris, 464. Laconica reſpublica laudatur, 465.

Democratia Ariſtocratia temperata, 482

Lacedæmoniorum & Athenienſium bellum inteſtinum, & alienatio, 484.

Lacedæ-

Lacedæmonij & Athenienſes Barbarorum ſtudioſi, 485. Turbæ & ſeditiones & uiolentia in populares, & democratia, 491. Thermopylæa clades, 465. appetentes alieni 495. pulcherrimorum inſtitutorũ utrum autores? 500. rudes & indocti, 502. Furandi conſuetudo, 503. aborrentes ab aliorum moribus, 504. pulchra inſtituta, 505. in aliorum perniciem cõcordes, 508. ad ſe rapiunt omnia, 509. ambiguis uerbis & uituperati & laudati, 513. ingenia & mores, 514. orationes Athenienſium non curant 518. Rerum geſtarum commemoratio, 519. Peloponneſi occupatio, & finitimarum urbiũ ſubactio, 520. Libertas, principatus, uictoria, ueteris diſciplinæ conſeruatio, 521. gratiam debent Iſocrati, 518. Cadmeam occupant, 548. Victi ab Athenienſibus, 555. doctore artis militaris non egent, 637. Alcibiadem tollendum curarunt, 649. θαλαττοκράτορες. 668 *parum potentes, 742. Reges ſolicitè tuentur, 749.*

Lacritus legis lator Athenienſis (ſi ſcriptura non fallit) 784.

Lagiſca, amica Iſocratis, 789.

Laomedon oppugnatus ab Hercule, 349.

Lapithæ adiutore Theſeo uincunt Centauros, 382.

Latronum uita, nũc egere, nunc abundare, 322.
Laudant nonnulli tantum ſui ſimiles, 77.
Laudationes & excellentis uirtutis & ignauiæ difficiles, 101.
Laus ueriſſima, ad res præclaras adhortatio, 201. Laudandi non minus mali cæteris, ſed uirtute præſtãtes, 279
Laudationibus utiliores reprehenſiones & admonitiones, 288.
Laudandi noſtræ ætatis clari uiri, 345.
Laudationes præſtantium uirorum difficiles, 346. Laudari à laudatis, præclarum, 370.
Laudationis & defenſionis diſcrimen, 378.
Laudationes & uituperationes cõſtant exaggerationibus 405.
Laudanda nõ ſunt, quæ imitari nefas fuerit, 420. Laudatio per collationem, 440. laudibus labem aſpergunt crimina, 448. Laudandi, qui & uitijs carent, & uirtute excellunt, 470. Laudatio inflat, 510. Laudare eoſdem & uituperare, leuitatis eſt, 513. Laudatio res geſtas deſiderat, 519, ex opinione & ueritate, 522. Laudibus fucoſis decipi, ſtultum, 526. Laudare ob frugalitatem, 646.
Laudatores monitoribus gratiores, 743.
Lectio, ſapientiæ inſtrumentum, 22. Sine affectu, moleſta, & irrita, 157.
Leda ſpecie cygni decepta à Ioue, 395.
Leges malæ abrogandæ,

dæ,32. & quales ferẽdæ 32. Vitam uitalem faciũt,86, paucis opus bonis uiris,100. Leges accuratæ minus proſunt,quàm ſeuera diſciplina,267. Multitudo ſignum malæ Reipub. 267. contemptus reprehenditur,308. Legum latio uitioſa & laudabilis,478. Legum contemptores pœnis mouentur,729.

Leodamus Iſocratis diſcipulus, 784.

Leuctrica clades Laconũ 103. & 104. & 284 non cauſa calamitatum Laconicarum, ſed uiolentia, 326.

Liberi ex una uxore ſuſcipiendi, 62. multi & felices,rarũ, 369. Liberorum cura & Dijs & hominibus digniſsima, 418.

Libertatis nomen euertit imperia, 184. & 196 Libertatis eſt parêre nemini, 212. Libertas eſt patria, 224. parêre bonis legibus, uera libertas, 252. Libertas orationis periculoſa, 318. nõ adeptio libertatis, ſed mutatio ſeruitutis, 461. Libertatem dicendi τὴν παῤῥησίαν homines magnanimi ferunt, puſilli repudiant, 756.

Libidinũ pœnæ, 61. amorum illecebris etiã ſummi uiri ſuccumbunt, 62

Libye Iouis ex Epapho neptis, regina, prouinciæ nomen indit, 407.

Literarum utilitas, 503. natura immutabilis, & diſsimilitudo eloquentiæ, 534.

Lites minuendæ, 33. inutiles cauendæ, 35.

Locus amœniſſimus, & fertiliſſimus deligēdus, 409. Loci frequentatio, ſtudiū arguit 581.
Loquendi prudentia, 18. 19. loquentes de alijs, ſemetipſos produnt, 37. Loquendū de præclaris rebus, 40. Loquacitas impudens, 452.
Lucani ignobiles, 308.
Lucrum eſt bona fama, 11. iniuſtum, damnum, 66. & 549. illecebra iniuriæ, 732.
Luxus malus finis, 21.
Lycæi ſophiſtæ, 433.
Lycia libera, 132.
Lycurgum leges ſuas ex Athenienſium inſtitutis deſcripſiſſe, 482.
Lyſander Alcibiadis tollendi autor, 649. uictor Athenienſiū, 677.
Lyſias 22. annis Iſocrate natu maior, 781.
Lyſimachus Iſocratis accuſator, 566. conſiliū accuſandi Iſocratis, 577. Lyſimachus Myrrhinuſius prætor Athenis, 781.

M.

Macedonia occupata à Carano, 185.
Magiſtratus gerendi ratio, 17. mandandi optimis, 32. populo quid fieri uelit, exponere debet, 51. eligendi non ſortiendi, 260. exempla manant in uulgus, 261. mādandi locupletibus, 262. auaricia cohercenda, 272. mandādi optimo cuiq;, 334. improbi plebē eſſe pauperem optant, 336. quamuis rempublicam conſeruant boni, euertunt mali, 473. Magiſtratuū delectus, reiectis impro

improbis, 476. non ambiti, 379. gratiam habuit graſſatoribus, 685. & 735.
Magiſtri improbitatis maiore odio digni, 462
Magiſtrorum officium, 375. culpa maxima decipientium diſcipulos 376.
Magnanimitas uera non nititur fortuna, 120. res arduas ſuſcipit, 162. inſita non affecta=ta, 245.
Magnetes ſubacti à Phi=lippo, 155.
Magnificētia quib⁹ in re=bus poſita? 33. obſcu=rat laudes aliorū, 646.
Magnitudo animi mo=derata, 15. ſapiens, 35.
Maiorum uirtus, grauis adhortatio, 195. Lau=datio, degeneris poſte=ritatis accuſatio, 280.
falſa & inepta imita=tio cauenda. 303. men=tio fit ob uirtutis pro=bandam propagationē, 348. Virtus imitanda. 559.
Maledicēdi licentia, 641
Maledicti mulcta dra=chmæ, 500. & 714.
Mali non curant leges, 267.
Malis alienis ſunt, qui plus delectentur, quàm ſuis bonis, 134. Malis prudentiores reddun=tur homines. 320.
Mantinea euerſa à Lace=dæmonijs, 118. uicto=ria Laconum ad Manti=neam, 203. redacta in uicos, 326.
Marathonia pugna, 103 & 304. & 498.
Marathonius Taurus, 382. Minotaurus, 383
Maris imperium iniu=ſtum, impoßibile, per=nicioſum:

niciosum, 314. 10000 talentis defendi non potuit, 315. Omnes corrumpit, 324. cum tyrannicis & actionibus & calamitatibus coniunctum, 331. & ab Athenienſibus et à Lacedæmonijs male geſtum, 445. Marini imperij opportunitas, 467.
Maßilia condita à Phocæenſibus, 240.
Medicina AEgyptiorum 412.
Medocus ſiue Hamadocus, 150.
Megarenſes ob modeſtiā fortunati, 332.
Meliorum excidium, 109. & 450.
Melißi paradoxon, 175.
Melus, 710.
Memnon Aurorœ F. 392.
Mendacio latebram præbet ignoratio auditorum, 345. Mendacium probabile abſurdo leuius, 415. Mendaciloquentia faceta, 517.
Mendici dedecori ciuitatibus, 282.
Menelaus Iouis gener, 451.
Menexenus Paſionem accuſat, 663.
Mens in minimo maximū 18. Mentis iudicio parendum, 40. Mentis neglectio cauſa ſtulticiæ & calamitatum, 302.
Menſarius, grauis aduerſarius, 655.
Mercatorum induſtria, 10. Mercatuum utilitas, 87.
Meritorum & commendationum in iudicijs cōmemoratio, 676.
Meſſenijs opem laturus Philippus, 173. Meſſena ut potiti Lacedæmo-

moniję 215. Tradita Neſtori ab Hercule. 216. oraculo adiudicata Lacedæmonijs, 217 Meſſenij Creſphontem occidunt, 217. Meſſena olim capta à Spartanis, 218. poſt 300. aut 500. annos inſtaurāda, 219. Meſſenij, 20 annorū obſidionem tolerarunt, 229. incrementa nō ferenda Lacedæmonijs, 240. pulſi à Lacedæmonijs. Naupactum migrant, 459.

Methymna Cleommi tyranno ſubiecta, 772.

Metuit qui metuitur, 35. Metuere ſibi debēt, nō iuris ſui defenſores, ſed iniurij homines, & inſolentes, 222. Metus maxima carnificina, 385. auget obſeruantiam, 553

Militum delectus, 141. & 181. Militia glorioſa, 141. Mercenarijs militibus mors uita optabilior, 166. erronum multitudo, 181. in colonias deducti, opponendi hoſtibus, 150. Militum mercenariorum deſcriptio, 306. communes omnium hoſtes, 307. improbiſſimi 318. Rei militaris peritia in prælijs ſpectatur, 384. Militum ex deſperatione audacia, 746. mercenariorum perfidia, 750.

Miltiades uir bonus, 317

Minerua Paridi uictoriam in bellis pollicetur, 388.

Miniſtri culpa, magiſtratui imputatur, 17. 36. officium faciendum libenter, alacriter, diligenter, fideliter, 65.

res dominorum æquè curanda ac priuata, 65. diligentia ornanda præmijs, 66. improbitas cohercenda ſupplicijs, 68. Miniſtri ſint tales in ſuperiores, quales in ſe eſſe uolunt inferiores, 70.

Minos, 441.

Miſeriæ publicæ, 336.

Miſericordia in publicis malis extinguitur, 113

Mitylenæi fidem ſeruant Athenienſibus, 550. Exulum numerum minuunt, ciuium augent, 776. Muſicæ laude celebres, 776.

Modum ſeruare difficile, 38. Modeſtia ſpectanda in poteſtate, 64. & publicè et priuatim utilis, 333. modus in utraque fortuna ſeruandus, 438. moderatio in reb. ſecundis audacia bellandi potior, 498. modeſtia ex reprehenſione, 510.

Monarchia rebus gerendis cõmodior, 153. appetitio non uidetur indigna deſiderio, 173. Monitores dant, adulatores eripiunt libertatem, 757.

Morbi moleſtia cautiores facit, 16. Morborum corporis uariæ curationes, 305.

Mores cum legibus non ſemper conſentiũt, 53. Mores laudabiles non unius generis, neq; hominis, 755.

Mors honeſta, uirtutis propria, 19. pro iure ſuo tuendo mortem oppetere uelle, expeditiſſima deliberatio, 247. Mortui utrum curent humana? 344. & 562.

Mors in acie oppetita nõ omnis honeſta, 744.
Mori optabilius clemẽter imperanti, quàm uiuere, crudeliter, 773
Muſicorũ præludia, 440
Mũſici, id eſt, homines docti, moleſti nemini, adoleſcentiæ iucundi, 779.
Mutuatio, periculoſæ plenum opus aleæ, 264.

N.

Næniæ ex bellis inteſtinis 131.
Narratio ſine demonſtratione parũ firma, 452.
Natalem Euagoræ antegreſſa omina, 350.
Naturæ prauitatẽ agnoſcit Iſocrates, 22. Naturæ bonitas, coniuncta cum uero iudicio, conſtantiam uirtutis gignit, 64. Naturam fortunæ aſcribit Iſocrates 64. bona, conſuetudine praua corrupta, 280. Natura mutari non poteſt, 430.
Naualis pugna ad Salaminem, 108.
Nautica licentia, 467.
Neleus Herculi boues ſurripit, 216.
Nemeſis ſpecie Cygni decepta, 394.
Ne quid nimis, 38.
Neſtori Meſſena tradita ab Hercule, 216. prudentiſſimus ſuæ ætatis, 451.
Nicocles figuratè laudatur, 46. iure tenet Salaminis regnum, 57. iuſticia 58. regni initia turbulenta, 59. inimicos reconciliat, 59. alieni abſtinens, magnificus, temperans, 60.
Adhortatio ad paterni exem-

exempli imitationem, 370. philoſophia atq; induſtria, 371. Liberalitas in Iſocratem, 582. orationis ad Nicoclem argumentum, 624. Nicocles 20. talētis donat Iſocratem, 785.
Nicocreon Cyprityrannus (fortaſſe Nicocles) 789.
Nili opportunitas, 408.
Nobilitatem uirtutem negligere non licet, 21 fortunæ munus, 81. populorum eſt, eſſe indigenas, non pepuliſſe alios, non in uacua ueniſſe, non eſſe permiſtos è uarijs gentibus, 81. Familiarum ueterum conſeruatio laudabilis eſt, 321. pulcherrimum & certiſſimum patrimonium, 389. propria uirtute illuſtranda, 408. uetuſtas uirtutem illuſtrat, 469
Nobilitas uirtute propaganda, 643.
Nomina rebus conſentanea, 69.
Noua inuenta qui iactāt, inſcitiæ ueteres arguunt, 501.

O.

Obediētia libertatis procreatrix, 70.
Occaſio non amittenda, 131.
Occulta è manifeſtis deprehenduntur, 413.
Ochus cognomento Darius, 143. ignauior patre Artaxerxe, 182. Regum contemptiſſimus, 196.
Oeno decemuir, 680.
Officij neglectum quidam conſtantiam eſſe putāt, 42.
Oligarchiæ uituperate ab Iſocra-

Iſocrate, 274. ſacta capitalia, 276.
Olympica certamina cur inſtituta? 645. bigis uiciſſe præclarum, 642
Olympium ſiue Olympicum Athenis, 790.
Olynthij oppugnati à Lacedæmonijs, 118.
Opportunitatis habenda ratio, 15. 75.
Orationis confidentia uitanda, & obſcœnitas, 8. petulantia noxia, 15. oratio diſtinguit nos à beſtijs, 49. oratio prudens bonæ mentis ſignum, 49. orationis & rationis neceſſitudo, 50. cum oratione conſentiat animus, 69. & 70. orationes pulcherrimæ, 75. oratio ſapiens, felicitatis cauſa eſſe poteſt, 75. uarietatem magnam recipit, 76. oratores præſtantiſsimi, 76. orationes elaboratas nonnulli uituperant, 77. orationis forenſis & exornationis diſcrimen, 177. oratorum in exordijs excuſationes, 77. Oratores nō ſe oſtētare, ſed reipub. cōſulere debēt, 79. Oratori tractanda utilia, 142.
Suadenda utilia, nō ſeruiendum affectibus auditorum, 148. Oratio uſq; ad finem audiēda, 156. efficacior quæ habetur, q̃ quæ legitur, 156. & 740. Orationem compoſitio & ornamenta & ſuauiorem & probabiliorem reddunt, 157. Oratores improbi, bella concitant, præſtantes uiros calumniantur, 172. Oratio eadem alios ornat, alios infamat, 174. Oratores auram popularem

rem captant, 291. Oratio aſſentatrix facilè decipit, 293. Orator, qui ſuã rem non agit, liberior, 295. Oratores de iuſticia & modeſtia concionari non ſolent, 300. Oratori mores correcturo uaria tentanda, 300. Oratores & Tribuni plebis improbi corrumpunt populum, 303. pugnant pro ſuis emolumentis, 303. Oratorũ & auditorũ munus, 304. Orationis libertas toleranda, 305. Orator idem & imperator, 310. Oratio ex fine æſtimanda, 316. Oratorum & magiſtratuũ reprehenſio, 333. ditantur cum interitu ciuium, 335. incitare principes debent ad colendam uirtutem & iuſticiam, 341. fabuloſi reprehenduntur, 345. minus liberi & copioſi poëtis, 347. Orationum præſtantia, 370. Orator langueſcit ætate, 369. orationem falſam comminiſci, facile, 375. orationes, primiciæ doctorum, 397. Orator ineptus laudando uituperat, uituperando laudat, 406. orationum uaria genera, fabulæ, hiſtoriæ, forenſes, ſuaſiones, 426. Oratorem uulgo commẽdat, uocis magnitudo & audacia, 429. Oratorum audacia & improbitas, 430 Orationum falſa diuiſio, 432. Orationis cõſtantia probatur, 435. Orationis copiæ non indulgendum, 438. Orationes diſcipulorum

præceptoribus tribuuntur, 475. Oratio incaleſcit in progreſſu, 460. ſcopus conſiderandus, 466. Orationes de Republica & præſtantibus uiris, eos qui imitantur, beant. 475. idem & orator & legatus, & imperator, 478. orationes præſtantiſſimæ, 526. & 536. oratoria præcepta facilia, uſus difficilis, 536. Oratio imago animi & uitæ, 570. crimen Iſocratis, 573. Orationum ſiue doctrinarum nõ pauciora genera, quàm poematum 584. de orationibus ex ipſis orationibus iudicandum, 586. orationes utiliſſimæ, 608. oratio cõtra Lochiten, declamationi ſimilis, 722. Orationes contentioſæ & ciuiles, 785. Oratoris inſtrumenta, audacia et uocis magnitudo, 797. Orationi grauitas accedit ex delectu uerborum, concinnitate, figuris, 800. Oratio optima naturam proximè ſequitur, 799.

Orchomenij olim Thebanis potentiores, 545.

Oropius ager Athenienſibus datus, 548. & 554.

Orpheus mortuos ab inferis reduxit, 407. fabularum autor, diſcerptus à mulieribus, 417

Os ſoluere, 460.

Oſtentatio in celebribus conuentibus locum habet, 741.

P.

Pacis commoda, 297.

Pax non niſi æquitate & pruden-

prudentia ſtabilitur, 299. De pace & bello grauiſſima deliberatio, 290. Pacis ſtudium cum bellico apparatu coniunctum, 338. pacati bellicoſis inferiores, 515. Pacis & belli diſtincta officia, 549. orationis de Pace argumentum, 608. ex oratione de pace citata à Dionyſio, 807.
Pædaretus Chium conſeruat, 228.
Pœnas improbi morte putantur euadere, 333 pœnas ſtatim paratas eſſe peccatis, utile, 413
Pœnis intentum eſſe, hoſtile, 268. pœna & diligētia cohercentur delicta, 269.
Pæones ſubacti à Philippo, 155.
Panathenæa, 422. & Cicero de Panathenaico, 423. argumentum 427. & 435. et 439. & 441. cauſæ ſcribendi, 429. approbatio, 511. artificium, 512. 516. edendū eſſe, 523 abſolutus anno 97. Iſocratis, 526. & 4. annis ante obitum. 785.
Panegyricus uel 10. uel 15. annis elaboratus, 71. excellentia, 152. Alios copioſiores, Iſocratem tenuiorem fecit, 176. Olympiæ recitatus, & furti reus, 793. è Panegyrico citata à Dionyſio, 804. figuræ notatæ, 818. Panegyrici argumentum, 588. commendatio, 607.
Paradoxa ſophiſtarum 374. & 376. non arguunt copiam, ſed inopiam ingenij, 376. una quadā ratione tractantur.

ſtantur, 377.
Parentum, maiorum et liberûm in deliberando habenda ratio, 240.
Paridis ſiue Alexandri iudicium defenditur, 388.
Parrhaſius, 568.
Pars uitioſa corrumpit totum, 65. partes reſpondent ſuo toti, 263.
Paſio argẽtarius, perſpeciem amicitiæ inſidiator, 656. tergiuerſationes, & uariæ machinationes, 657.
Patriæ parcendum, Barbari oppugnandi, 79. patria uita charior, 218. in Democratia communis omnib. 386. conſeruatio ſummũ beneficium, 444. amor non uitio uertendus, 638. Patricij, εὐπατρίδαι, 642.
Patris uiolentia illuſtrat filij clementiam, 770.
Patrocles, 680.
Patroni nomine, re tyranni, 461. patrocinij cauſæ, 731.
Paupertatem facilè iuſtiçiæ capit obliuio, 59. malorum omnium cauſa, 136. paupertas auaricia potior, 17. pauperum & diuitum conſenſio, 264. Diuitibus inuidere, pauperes non decet, 264. pauperum exercitationes, 269. inopiæ cauſa pigricia: inopia ſcelerum, 268. pauperes ſubleuandi, 272. rempublicam nõ curant, 283. pauperum opes, corporis incolumitas, 728. Paupertas ne ſit deteriore conditione in iudicijs, quàm opulentia, 728.

Peccata pro uirili cauenda, 38. præueniēda potius quàm punienda, 268. coherrentur pœna & diligentia, 269.

Pecunia fugitiua, 10. poſtponēda iuſticiæ, 18.

πειθανάγκη adhibenda id eſt, factioſi homines cogendi ui, ſi uerbis nō mouentur, 153.

Pelei & Thetidis nuptiæ, 349.

Pelopis opes non laudantur, 158.

Peloponneſus uexata à Lacedæmonijs, 326. occupata à Pelope, 398. Peloponnenſes cum Euryſtheo uicti ab Athenienſibus, 497.

Perfidia miſerrima, 69. Perſarum in Clearchū, 179.

Pericles auxit opes Athenienſium, 335. Tutor Alcibiadis, 647.

Periculum dedecore potius, 19.

Periodica non apta forenſi dictioni, 800.

Periuri è ueſtigio plectēdi, 679.

Perrhabæi ſubacti à Philippo, 155.

Perſarum potentia creuit regis obſeruantia, 55. Rex iratus Nicocli, 59. Perſicum bellum omnium illuſtriſſimum, 96. dominatus in Græcia, 116. Rex magnus, 117. Inſidiatur Græcis, 120. Aſia à Græcis conceſſa, & potentia. 121. Extenuatio Perſicæ potentiæ, 122. Perſæ nunc Athenienſibus, nunc Lacedæmonijs opitulati, 122. Duces Acrocomas, Tithrauſtes, Pharnabazus, 123.

Perſico-

Perſicorum militum extenuatio, 128. Perſæ Perſæ Cyro minus acriter aduerſati, 125. Clearchum & Græcorum duces contra datam fidem occidunt, 126. & 179. ignauia clades, educatio peruerſa, 127. Satrapæ, 128. hoſtes colunt, amicos excarnificant, 129. odium implacabile in Græcos, 129. Religionis Græcorum hoſtes 130. Perſici regni tumultus, 132. Aſianos ui oppreſſos retinent, 133. Perſicum imperium Græco recentius, 138. Perſæ quaſi cum Ioue partiti imperium, 138. Perſici regni tumultus ſub Ocho, 182. Perſarum rex non inuictus, 196. regnum ad ſeruitutem congregatum, 196. opibus Perſarum nulla potētia Barbarica par. 197. Perſæ ætate Archidami nondum, 200. annos regnarant, 218. Meſſenam non negant eſſe Spartanorum, 219

Perſicum fœdus æquum & utile Græcis, 155. Rex Lacedæmonijs, 5000. talentûm ſuppeditauit, 325. Apparatus contra Euagoram, 364. non reconciliantur niſi potiti hoſtium corporibus, 365. Xerxis expeditio in Græciam, 443. Græcis Perſæ callidiores, 484 malè tractant amicos, inimicos colunt, 485. Lacedæmonijs, 90. naues mittunt, 640.

Perſeus 4. ætatibus Hercule maior, 416.

Perſuadere præſtat, quā

ui cogere, 51. ad perſuadendum apta omnia conquirenda, 177.
Phœnicia uaſtata, 132, et 365. Phœnix exul Cyprum occupat, 350.
Pharnabazus, 123.
Phaſelis & Halys olim Græcorum & Barbarorum limites, 282.
Phidias, 568. Phidias et Polycletus grãdes, 802
Philergus ſacrilegus, 697.
Philippi Macedonis potentia & laudes, 153. res geſtæ, 154. Philippus eruditus, 158. multa mirabilia perfecit, 162. felicitas atq; autoritas, 171. inſidiari Græcis creditus, 172. prætextus & conatus, & ſocij, 173. Commoditates gerendi belli Perſici, 180. præfertur Clearcho, 181. tota Græcia patria iudicanda, 192. actiones gratioſæ futuræ, 193. opes ingentes, 194. & 196. excellentia, 197. ſemideis præſtantior, 198. diuinitus adiutus & imperator deſignatus, 200. De Amphipoli non certaturus, 298. Natura & mores eius, 740. pugnandi temeritas, 744. Magnũ regem oppugnandum, 747. Athenienſium amicitia expetẽda, 748.
Philippicæ orationis argumentum, 742.
Philippus ultrò incitatus ad Perſicum bellum, 753. Deum fieri Philippo reliquum, 754. ad Philippum ſcribere periculoſum, 755. Philippi humanitas, 758. omnibus antecelluit, 763. è Philippica citata

citata à Dionyſio, 806.
Philo Cæleus abſolutus ob fœdus, 686.
Philolaconi malè cedit laudatio Laconũ, 500 defenſio callida, 505. commendatio, 509. Explicatio artificij Panathenaici, 511, approbatio orationis ab eo habitæ, 524.
Philonici Dialectici de Iſocrate iudicium, 817
Philoſophiæ laudes 89. philoſophis honeſtum ſummum bonum, 207. Philoſophia floret cum republica, 341. Philoſophi & conſiliarij diſcrimen, 28. Philoſophi auariciæ arguuntur 47. laudant AEgyptiacam Rempub. 410. Philoſophia inuentum AEgyptiorum ſacerdotum, 411. fatali calamitate conflictatur, 420. uerè philoſophãtes legunt Iſocratem, 523. Iſocrates philoſophiam plus poſſe optat, 534.
Philoſtrati iudicium de Iſocrate, 791. De Hyperide, Theopompo, Ephoro, 793. Philiaſij oppugnati à Lacedæmonijs, 118. expugnati, 326.
Phocenſes cum Thebanis bellũ geſſerũt, 165. & 166. Phocæẽſes patriã deſerere, quàm ſeruire Perſis maluerũt, 239.
Phocylidis optima præcepta, 42.
Phormionis expeditio Thracenſis, 644.
Phyle Caſtellum Atticæ, 329.
Phrynondas homo ſceleratus, 697.
Pietas in parentes, 8.
Pigricia cauſa inopiæ, 268.

Piræeus mercatus Athenienſium, 87. in Piræeum profugi, 680.
Pirithous cũ Theſeo raptũrus Proſerpinã, 380
Piſandri Catalogus, 684 & 731.
Piſiſtrati principatus, 480. & 42.
Platæa urbs Bæotiæ, ſæpius euerſa, 540. Platæenſes ſecuti Lacædæmonios, 545. bis expugnata propter Athenienſes, 550. Platæenſium inopia, exiliũ dedecora, 557. diſiunctio chariſsimorum, 558. neceſſarij Athenienſiũ, 558. Belli Perſici ſocij, 561. Platæenſibus profugis tradita Scione, 112. & Socij Græcorum aduerſus Perſas 459 donati ciuitate ab Athenienſibus, 460.
Plathane Hippiæ filia uxor Iſocratis, 785.
Platonica apologia. 566.
Plato 7. annis natu minor Iſocrate, 781.
Plebis diſciplina, 27. amor conſtabilit imperium, 32. prohibenda iniuria, 32. imitatur Regem, 61. Labori & parſimoniæ aſſuefacienda, 261.
πλεονεξία καὶ πλέον ἔχειν. Iſocrati eſt interdum, eſſe meliore cõditione, 47. pleonexia, id eſt, auaricia & ambitio æquitati inimica, 161. πλεονεξία, præcellentia, 515.
Poëtis uulgus credit, 22. legendi ſtudio uirtutis, 22. ſententias ſtudioſè confecerunt, 42. Poëtarum licentia & ornamẽta, 346. Poëticæ ſuperlationes, 369. impietas et ſupplicia, 417
Poëſi

Poeſi quantum tribuendum? 436. Poetæ Dijs ea tribuunt, quæ ſunt hominum, 531.
Polemænetus haruſpex, 704.
Οἱ πολιτικοὶ σοφισαὶ reprehenduntur, 533.
Polycratis ſophiſtæ laudatio Buſiridis & accuſatio Socratis, 399. & 403. & decorum & ueritatem neglexit. 415.
Polytionis ædes myſteriorum Alcibiadis officina, 636.
Pompæum Athenis, 790
In Ponto 10000. armatorum perierunt Athenienſibus, 320.
Populi potentiſsimi Scythæ, Thraces, Perſæ, 96. Populi cuiuſdam Peloponnenſis calamitates, 232. Populus dominus ſuffragiorum in Democratia, 262. corrumpitur ab oratoribus, 303. illaudatus & laudatus, 317.
In Porticibus propoſitæ leges, 267.
Paſiphae Solis filia, 383
Poſſeßiones priuatæ, uſus publicus, 265. ſunt eorũ, qui plus armis poſſ 442.
Poſteritatis habenda ratio, 240. & 323.
Potentioribus prædæ ſunt imbecilliores, 60.
Potentia è rebus geſtis æſtimanda, 122. Potentes de ſe ſecuri, hoſtibus ſe formidabiles eſſe putant, 254. licere ſibi, quod libeat, putant, 327. in maximas incidunt calamitates, 327. potentia æquitate moderanda, 17. adamatam omnibus accuſare, arduum, 313.

potentiores imbecillioribus dominari iniuſtum, 314. Potentum ſocietas expetitur, 339. Potentia non ſemper parcit innocentiæ, 391. utendum ad beneficentiam, 453. retinetur magnitudine ſtipendiorum, 455. Potentioribus ſeruire imbecilliores, inutile ſocijs, 552.
Præcepta ſunt laudationes, et ſuaſiones, 3. 343.
Primos in publica inſania reſipiſcere, præclarum, 340.
principatus debetur uel potentiæ, uel uetuſtati, uel meritis, 80. ab alijs ad alios transfertur, 80. principum ſocordia pernicioſa Reipublicæ, 135. Principum delicatæ aures, 147. Principibus reconciliatis, cætera expedita ſunt, 78. & 158. principatus maris malorum principium, 165. Principatus felicitas atq; autoritas, 171. principatus & tyrannidis diſcrimen 322.
Princeps uelut è ſpecula proſpiciens, oppreſſis opituletur, 338. tanquam pugil in procinctu ſtet. 382. Tributum pendere hoſti, mortis inſtar ducit, 383. laborioſus ſit, non delicatus & iniurius, 386. principatus terreſtris & marini diſcrimen, 467. principis animus imperij maieſtati æquandus, 757. Bonorum principum officia, 771.
Propoſitio cum amplificatione, 82.

Protagoræ paradoxa, 374.
Pugiles reipublicæ inutiles, ſapientibus præferuntur, 74. & 777. laborant propter ſpectatores, 88.
Pythagoras Ægyptiorum diſcipulus, ſumma præditus autoritate, 414.
Pythodorus Phœnix, 656.
Pythodori ſcenitæ ſiue tabernarij audacia, 667

Q.

Quæſitores, 661. pro quæſtionibus locus communis, 675.
Querela de iudiciorum iniquitate, 569.
Quies curioſitate potior, 299.
Quod tibi fieri uolueris: alijs facito, 65. quæ nolueris caueto, 69.

R.

Regionum multarum ſitus incommodior, 408
Reis cur data cauſæ dictio? 574. addi ſolita calculorum pars, 575. Ex reo accuſator, 959. Reus prior accuſatore, cauſam dicit, 678.
Reipublicæ quiq; ſuæ defenſores quærunt, 28. Rempublicam & conſilio & armis tueri, præclarum, 196. maius uirtutis ſtudium decet, quàm homines priuatos, 333. Reipub. diuites ſeruiunt: inopes malis oratoribus, 336. eam quiſq; rempublicam expetit, in qua honoratur, 337.
Reipublicæ gerendæ præ-

cepta utiliſsima, 50. & 51. adminiſtrationis & uitia & uirtutes, 99. Rempublicam uulgus parum curat, 152. Reſpublicæ calamitates emendant prudentia gubernationis & diſciplina militari, 226. Bona reſpublica firmum præſidium, 231. Rerumpublicarum peſtes, tyrannis et anarchia, 252. Reſpublica male conſtituta, cauſa delictorum, 297. felicitatis cauſa, 257. anima ciuitatis, 258. & 476. Curatio, non quæſtus, ſed occupatio, 292. ſimilis euentus, 281. Reſpublica minus curatur, quàm priuata, 294. Reipublicæ diſtributio in agricolas, opifices, ſacerdotes, & milites, 409.

Rerum publicarum 3. formæ, oligarchia, democratia, monarchia, 473. Reſpublicæ tutiores regnis.

Repetitionis faſtidium deprecandum, 587.

Reprehenſio mitiganda laudationibus, 324. reprehenſiones pertinent tantum ad ſontes. 43. & 310. reprehenſores inuiſiores, quàm homines peſtilentes, 304.

Reprehenſis erratis, oſtendenda ratio emendationis, 312.

Reprehenſor putatur accuſator, 315.

Reprehenſionis acrimo-

acrimonia, ſalutaris, 316. inuiſa, 318. Reprehendere facilius, quàm aliquid elaborare, 279. & 407.
Reprehenſionum non futura utilitas ſpectatur, ſed præſens acerbitas, 404. reprehenſor eidem crimini obnoxius, 415. reprehenſio iuſti conſilij non extimeſcenda, 456. futilis quatenus curanda? 481. modeſtiores facit, 510. coniuncta cum correctione, 535.
Res olim geſtæ, communes omnium: exornatio earum, eloquentiæ propria, 76. Res urbanæ bellicis non minores, 99. Res ſecundæ opinionem prudentiæ afferunt. 154.
Res potius ſpectanda, quàm uerba, 158.
Rerum bene geſtarum fructus, uoluptates & honores, 172. Res pleræq; uel bonæ uel malæ pro eo ac illis utaris, 327. Res aduerſas pulchrè ferre, præclarum, 231. difficilius quàm ſecundas, 234. Demonſtrant animos hominum, 246
Res ſecundæ infatuant animos: aduerſæ cautiores faciunt, 255.
Res certæ non conſultandæ, ſed exequendæ, 292. Rerum inutilium ſcientia inanis, utilium cognitio præclara, 375
Res præclaras tractare difficilius, quàm nugas, 377. & 439. Res laudata, autore non demonſtrato, 414. Res eatenus bonæ, quatenus iis rectè utaris, 506
Rei

Rei gerendæ præficiendus uir magnus, 741
Reges imitandi, 17.
Regis uoluntas lex, 17 regibus chari, magni fiunt à populo, 17. admonitiones neceſſariæ, 27. Familiares adulantur, 27. ſplendida miſeria, 28. deſidia, cauſa calamitatum, 28. Regnum ſummum rerum humanarum, 28. Regum inſtitutio, publicè ſalutaris, 29. munus & ſcopus, 29. prudentia excellens, 30. conſuetudine ſapientũ utendum, 31. humanitas ſeueritate temperanda, 32. cuſtodia, 34. curatio priuatarum ædium, 34. ueritatis ſtudium, 34. clementia, acrimonia, res militaris, 35. beatitudo, 36. Regale eſt nulli ſeruire libidini, 37.
Rex uirtutis exemplar eſto, 38.
Regni benè adminiſtrati ſigna, 38. Regibus res glorioſæ gerendæ, 39. Regem te eſſe memento, 40. Regi non imitanda uulgi uæcordia, 44. Regalis poſſeßio, bonus conſiliarius, 45. & 759. Regnum ſiue Monarchiam & Democratiis & oligarchiis præſtare, copioſa diſputatio: quòd æquitatem ſeruet, 52. uni facilè ſatisfiat, 53. ob uſum rerum, diligentiam, curam, aßiduitatem, 54. miniſtros prudentes, belli gerendi commoditates, 55.
Rex ſuo exemplo prælucere debet ciuibus, 61. regum bonorum amicitia tutißima, 67.

felicitas, populi ſecuritas, 68. reges obſeruandi, 68. regiorũ miniſtrorum diſciplina, 68. regis beneuolentia, magnæ opes, 69.
Regibus chari, diligendi, 69. Regis uerba, leges, 70. Honorari à rege, magnum 65.
Regem cælare facinus, difficile, 66. Regnum gerendis rebus aptius, 153. reges interfecti, copijs eorum deletis, 177. Idem REX ſapiens, & DVX inuictus in armis, 196.
Regnorum patriorum ſucceſsiones, & poëticæ recuperationes dolo aut caſu plerunq;, uirtute raro, 355. Regni excellentia, 357.
Regibus maximi facienda ſapientia, 372.
Rex regum Agamemnon, 454.
Regium imperium antiquiſsimum, 468.
Regiæ familiæ rarò ad quintam ætatẽ permanent, 471. Regna periculoſiora, quam reſpublicæ, 745. officia regia, 771
Religio ſacrificiorum & iuriſiurandi, 8. maiorum retinenda, 33. maxima, in uirtute poſita, 34. Religionis obſeruatio, bonarum tempeſtatum cauſa, 263. Religio uel propter autoritatem culta, 414.
Rhetorica è magnis parua, è paruis magna facit, 788.
Rhodij reſiſtunt Athenienſibus, 284.
Riſus modeſtus eſto, 8.

Rixæ inutiles, 374. iucundæ hominibus ocioſis, 376.
Robori iungenda prudentia, 5. non abutendum ad iniuriam, 48. uulgo præfertur ſapientiæ, 74. uictoriæ inſtrumentum, 379.
Rogare aliquid ab ignoto, graue homini pudenti, 775.

S.

Sacerdotium quondam fuit ocium, 28. Sacerdotum AEgypti opes, ocium temperantia, medicina, philoſophia, 411
Sæuitia moleſta omnibus, 188.
Salamis Cypria occupata à Phœnicibus, 57. Saluminijs clauſa Græcia, 59. Salaminia pugna, 198.
Sapientes dicunt præſtare iniuriam accipere, quàm facere, 468.
Sapiẽtia immortalis, 10. Sapientes qui habendi? 40. Sapientibus inuidetur & diffiditur, 43. Sapientes de optimo genere doctrinæ diſſentiunt, 44. maximi faciẽdi, 45. Sapientia cuſtos regis, 34. eum eloquẽtia coniuncta, 50. publicè utilis, uulgò negligitur, 74. Sapientes rebus ſuis benè conſulunt, 300. Sapientes aliquando falluntur, 517.
Sarpedon Iouis F. 392.
Satyrus Ponti princeps, 656.
Scionæorum excidium, 109. Scione tradita Platæenſibus profugis 112. & 450.

Sciron, 384.
Scripſiſſe fruſtrà miſceret, 511.
Scurræ calamitoſi habiti, 270.
Scythæ profligati ab Athenienſibus, 97. & 511.
Securitati conſulendum, 19. & 40. ſecuritas periculoſa, 255.
Seditionum calamitates, 67.
Senectute langueſcit oratio, 157. & 339. & 445. reuerentia, 270. Senibus torporem excutiunt honores, 272. moroſi et queruli, 429
Senectus ſibi conſtans, 435. Senio non fidendum, 438. parata uenia, 440. obliuioſa & loquax, 457. egens, miſerrima, 560. inquieta, miſerabilis, 569. imbecilla, 739. iucunda ob ſpem non fruſtratam, 754. Seni properandum in patriam, 764. uitanda oſtentatio ingenij, 765. conſulendo plus, quàm dicendo ualet, 765.
Sepultura cæſorum in bellis, uetus inſtitutum, 92. & 488. Sepulchra effoſſa, & ædes dirutæ aduerſariorum, 642. Sepulchri columna, Siren, menſa, 787.
Seriphus obſcura, 705.
Seruitutis Barbaricæ acerbitas, 117. nihil intolerabilius, 468.
Serui profugiunt à moroſo domino, 712.
Sicilia ſeruitute oppreſſa, 135. occupata à Dionyſio, 170. iniuſtè oppugnata ab Athenienſibus, 320. Perierunt in ea Athenieſibus, 40000. uirorum, 240. triremes,

mes, 320. abrogatæ tæ respublicæ à Lacedæmonijs, 326.
Signa improbitatis in facinoroſis extare, optabile, 727.
Silentij dilemmatica excuſatio, 789.
Similitudines & comparationes, Rei familiaris & amicitiæ, 4. Admonitionum & exhortationum, 4. Virtutis & eloquentiæ, 5. Vitæ & uiæ, 5. Formæ, diuitiarum, roboris, nobilitatis cum uirtute, 6. Naturæ cum lege, morum cum genere, neceſsitatis cum uoluntate, 7. Pictoris & pugilis cum imitatore uirtutis, 7. corporis & mentis, laboris & doctrinæ, 7. doctrinæ cum pecunia, 9. Mercatoris & ſtudioſi, 10. Morum & iuriſiurandi, 11. Auri & amicitiæ, 12. Diuitiarum & equi, 13. Canis & improbi, 14. Mentis & aurigæ, ebrietatis & curſus, 15. Fortunæ & prudentiæ, 16. Temeritatis & morbi, 16. Regni & Democratiæ, 17. apis & ſtudioſi, 22. regni & ſacerdotij, 28. Regis & pugilis, 30. urbium & pugilum, 161. ſæuitiæ & clementiæ, 188. Alaſtorum & beneficorum Deorum 189. expediti exercitus & turbæ incompoſitæ, 236. Democraticorum & Oligarchicorum, 275. Coloniarum & uaſtationum 299. Stultorum & ſapientum, 300. iniuſtorum

ſlorum & ferarũ quæ inteſcantur, 302. *Veterum et recentium Atheuienſium*, 305. *ueteris & nouæ* Reipub. 317. *poteſtatis & meretricis*, 327. *conferendi non omnes cum omnibus, ſed præſtantiſsimi cum præſtantiſsimis*, 355. *ſophiſtarum &* Athletarum, 377. *nugarum & rerum feriarum*, 377. Helenæ *cum* Herculc, *& formæ cum robore*, 379. *comparationis oratoriæ & mercatoriæ*, 440. *Patrocinij & ſeruitutis*, 461. Regum *& tyrannorum*, 469. Lacedæmoniorum, *piratarum &* Triballorum, 509. Calumniatoris *& ſacrilegi*, 572. Iſocratis *&* Pragmatici, 568. Cauſidicorum *&* Iſocraticorum, 585. *Seditionis & concordiæ*, 693. *Similitudo non temporũ, ſed morum*, 726. *Faceta* Iſocratis *&* Philippi *comparatio*, 751. *gerendæ* Reipublicæ *& nauigationis*, 758. Aulici *et pugilis*, 759. Tyrannorum *& facinoroſorum*, 768. Bonorum *piſcium & artium*, 784. Magiſtri *& cotis*, 788. Iſocraticæ *&* Lyſianæ *dictionis*, 758. Oratorum *& ſtatuariorum*, 802. *Virtutum* Lyſiæ *&* Iſocratis *collatio ſummaria*, 814.

Simpliciores *aliquando ſcopum attingunt*, 518

Simu-

Simulatio arcani & inopiæ, 12. alieni negocij, 16. res & ſecundæ & aduerſæ diſſimulandæ, 19. Simulatio callida, 659.
Singulorum enumeratio facilior intellectu, quàm generalis commemoratio, 259. non ubique decora, 558.
Sinope, 132.
Siphnos occupata ab exulibus, 716.
Siren in ſepulchro Iſocratis, 791.
Societas imbecilliorum, tribuitur imprudentiæ, 91. Reipublicæ iuuandæ cauſa, 100. Socij benè tractandi, 101.
Socij ſuæ tranquillitatis ſtudioſi, 213. Viri fortes, potiores multis, 231. Socij non coacti, ſed uolentes, 298. Sociorum odia in Athenienſes, 317. Socij tractandi ut amici, 337.
Socratis accuſatio & cõdemnatio, 399. & ultio diuina & luctus oborum, 400. mortem deplorat Iſocrates, 788.
Soli Ciliciæ urbs, 352.
Solonis democratia, 259
Solon, 480. primus Athenis ſophiſtes & gubernator urbis, 628.
Sopæus Ponticus dynaſta, 656.
Sophiſtæ plures ſcripſerunt Panegyricos, 74.
Sophiſtæ ſolicitiores de Repub. quàm uiri principes, 135. paradoxa, 374. Sophiſtis pecunia probitate antiquior 375. Sophiſmata inania ſunt, 375. aliorum liberos putant ſe redituros meliores, 418.
infeſti

inſeſti Iſocrati, 427. obtrectant ei per quem profecerunt, 432. omniſcij & uagabundi, 433. ſophiſtæ nomen, 528. arrogantia & mendacia, 530. pollicitatio ſcientiæ & felicitatis, &, facta uerbis contraria, 531. inopia, uanitas, ſtultitia, diſsidia, 232. improba ingenia, 564. olim Athenis honorati, 627.

Sophoclis incontinentia reprehenſa ab Iſocrate, 789.

Sortitionis, Fortuna gubernatrix, 261.

Specimen ingenij in rebus præclaris præbendum, 376.

Spectacula mediocria, 271.

Spectatores adſunt eorum cauſa, qui ſe oſtentant, 88.

Spes bona iuſticiæ præſidium, 18. ſpem non fallere, diuini muneris, 20. lucubrationum ſæpè fallax, 25. ſperanda optima, ferenda quæ adſunt, 226. Spe finis dura ferenda, 240. Spes alit afflictos, 246 nonnullis ipſa re potior, 292. communis procorum, unius ſponſa propria, 388. Spes priuata, in publica calamitate, 558. Spes unà cùm re amiſſa, 658. Spes commodorum obruit incommoda adiuncta, 768. Inſperata bona, gratiora, 770.

Sportularum mulcta, 683.

Splendor decet miniſteria regia, 68.

Steſichori palinodia, 396.

Stratis

Stratis Comicus inceſsit Iſocratem, 781.
Studium diſcendi, bonæ indolis argumentum, 20. Studium rerum bonarum tùm laudandum, cum aliquis rectè ijs uſus fuerit, 506. Studiorum diuerſitas diuerſas gignit actiones, 582. Stulti aberrant à ſcopo utilitatis, 300.
Stulticia Græcorum & Barbarorum, ob Helenam pereuntium, 391.
Suffragiorum quintam partem non ferentes, mulctabantur, 682.
Sumptus magni, diuitiarum argumentum, 345.
Superbia et intemperantia, cauſæ malorum, 333. ſuperbia ex ſucceſſu & laudatione, 310.
Superſtitionibus plebs continetur in officio, 412.
Supplicationes argumentum potentiæ & principatus, 93.
Suſpitio peccati fugienda, 67.
Suum tueri præſtat, quā occupare alienum, 60. Sua negligenda nemini, 158. ſua pluris facit uulgus, quàm publica, 243. Sua cuiq; incommoda corrigenda, 246. ſuum curare præſtat, quàm ſe ingerere alienis, 299. ſua quiſque prudentia, non erratis aduerſariorum fretus eſſe debet, 312. nec ſua negligenda, nec appetenda aliena, 411.
Sycophantia uinci philoſophiam, querela, 627. extra cauſam diſerta, 634. Sycophanticæ artis deſcriptio, 681.

Sycophantæ multum petunt, parum accipiunt, 683.
Syria uaſtata, 132.

T.

Tabes morbus contagioſus, 713.
è Tabulis corruptis probatio, 664. Tabularum depoſitum & corruptio, 663.
Tanagræi ſubacti à Thebanis, 545.
Tantalus punitus à Ioue, 22. laudatus à nemine, 198.
Tarditas cum conſtantia, 12. in bellis noxia, 133.
Telamon Herculis ſocius, 349.
Temeritatis damna prudentiam acuunt, 16.
Temperantiæ præſtantia, 58. propria bonorum uirorum, 63.
Tempus præteritum non cadit in deliberationem, 75. Temporis diuturnitate ſtabiliuntur poſſeſſiones, 218. Tempori ſeruiendum prudentibus, 221. Temporis ratio conuincit mendaces, 407. & 416. Tempora in coniectura multum ualent, 671.
Terra in Europam & Aſiam diuiſa, 138. non omnis fert omnia, TELLVS, 279.
Teſtes aliqui rerum non factarum, 675.
Teucer conditor Cypriæ Salaminis, 57.
Teucer & Teucridæ, 350.
è Trapezitico citata à Dionyſio, 832.
Thebani coacti ad ſepulturam dare cadauera

Argi-

Argiuorum, 93. cultores Herculis, 159. malè meriti de Athenienſibus, & ab ijs conſeruati, 162.
Lacedæmonijs formidabiles, 165.
poſt Leuctricam uictoriam inſolentia, 166.
potentia, 205. Perſis Aſiam adiudicarunt, Meſſenam Spartanis erepturi, 218. Plateas & Theſpias euerterunt, 219. Meſſenam poſt annos 300: aut 500. inſtauraturi, 219. Helotes pro Meſſenijs inducunt, 219. deſperatis rebus uincunt Lacedæmonios 226. Res ſecundas moderatè ferre non poſſunt, 231. bello emerſerunt. 246.
Thebanorum ſocij conſeruati ab Athenienſibus, 257. Theſpias & Plateas periniuriam occuparunt, 296. non rectè uſi Leuctrica uictoria, 311. peditatu iuuerunt Lacedæmonios, 325. uicinis moleſti, 331. non negant Theſeo ſepulturam Argiuorum, 489. oratores contra Platæenſes ſibi adiungunt, 542. liberati ab Athenienſibus, 544. Thebani olim Orchomenijs tributarij, 545. euerterunt plateas, 546.
iniquiſsimi uicini, 547.
inconſtantes & uiolenti, 549. ingrati aduerſus Athenienſes, 550.
Lacedæmoniorum ſtudioſi, 551. Xerxea proditio, 551.
decretum in Athenienſes, 552. defectio non metuenda, 552.

inuiſi

inuiſi omnibus, 553. ſupplices Athenienſi- bus, 554. infames ob Perſarum ſocietatem, 561. Græcorum pro- ditores, 562. Teleſip- pus ſiue Tiſippus frater Iſocratis, 781.
Themiſtocles ornatus præmijs à Perſis, 129. Vir bonus, 317. na- uarchus Xerxem uin- cit, 444.
Theodectis Phaſelitæ ſe- pulchrum, 784.
Theodorus pater & fra- ter Iſocratis, 786.
Theophraſti ſententia de grandi oratione. 800.
Theopompus Chius di- ſcipulus Iſocratis, 784
Theramenes à XXX. tyrannis comprehenſus 782. Therapnis Ca- ſtor & pollux colun- tur, 396.
Thermoplæ, 245.
cæde Lacedæmoniorũ memorabiles, 104. & 495.
Theſaurus eſt beneficium in bonum uirum colla- tum, 14.
Theſeus uirtute factus immortalis, 6. Lauda- tus, 198. rapit Hele- nam, 379. cum Piri- thoo deſcendit ad infe- ros, 380. Laudatio prolixa, 381. Demo- cratiam inſtituit, A- thenas amplificauit, 386. & 471. lega- tio ad Thebanos, 488.
Theſpienſes ſubacti à Thebanis, 545.
Theſſali Philippi ſtudio- ſi, 155. in maximis opibus ſerui aliorum, 332. bene tractati à Philippo, 750.
Thetidis nuptiæ, 349.
Thimbro, 125.
Thraces pulſi Græcia, 97

Thraciæ reges à Philippo conſtituti, 155. Vrbes amiſſæ ab Athenienſibus, 256. Thracenſes Athenienſium coloniæ, 258.
Thraces cum Eumolpo Athenas oppugnãt, & cum Amazonibus, 497.
Thraſybuli ἀμυνήστα, 677. æquitas, 687.
Thraſylochus Haruſpex, 704.
Thyreæ, 245.
Timocratia, 473.
Timodemus ſycophanta, 735.
Timotheus dux Athenienſium, 257. Iſocrati & Mytyleneis amicus, 778. diſcipulus & comes Iſocratis, 783. Iſocrati ſtatuam dedicat, 787.
Timotheus tyrannus quidam laudatur, 769.
Tiribazi milites, 121.
Tiſias improbus ciuis, 649.
Tiſias Syracuſanus rhetor, 782.
Tiſſaphernes inſidiatur Græcis, 126. per Alcibiadem alienatur à Lacedæmonijs, 640.
Tithrauſtes, 123.
Tolerantia laborum regem decet, 38.
Totum ſequuntur partes, 263.
Træzen, 710.
Tragœdiæ plauſibiles in uulgus, 43.
Tragica facinora maximarum urbium, 269.
Tragœdiæ aulicæ in Comœdiam mutatio, 658. urbanæ actiones, & ad torcularia, διδασκαλίαι ἀσυκὰ καὶ ληναϊκαί, 790.

Triballi ignobiles, 308. concordes in finitimorum perniciem, 509.

Tributa acerba, 307. ultrò collata, ſalutaria, iuſta, 450.

Triginta tyrannorum Oligarchia, 275. naualia, 3. talentis uendunt, 276. 1500. ciues occidunt, 277. improbitas, 685. crimen, eſſe diuitem, 735.

Troiana tempora, uetuſtas Græciæ, 92.

Troia 10. annos oppugnata, 102. Troianæ fabulæ celebres, 345. mors heroum uita aliorum optabilior, 399. Troia breui tempore expugnata ab Hercule, 187. Troiæ oppugnatores ſemidei habiti, 195. laudati ab omnibus, quamuis inopes, 198. unà cũ Troia multæ gentes Barbaræ ſubactæ, 455.

Trophæa præliorum & conſiliorum, 139. Lacedæmoniorum et Perſarum, 169. Fortunæ & conſiliorum, 213.

Tyndareus reſtitutus ab Hercule, 216. & 380.

Tyranni ex metu coluntur, 183. Græcis intolerabiles, 185. Tyrannis ſtultè tot cladibus emitur, 323. & 330. ſingulis ſuperiores, uniuerſis inferiores, 338.

Tyrannica imperia fugienda, 340. miſerrima, & peſtis ciuitatum, 385. uulgus ad obedientiam aſſuefaciunt, 413. tyranni nomen, 528.

Tyrannidi præſtare ciuium,

tium beneuolentiam, 768. Tyrannica temeritas & libidines, 771. pompa uirtutis inimica, 780.
Tyrus occupata ab hoſtibus Perſarum, 132.

V.

Valetudo curatur ob morbi moleſtiam, 16. læditur ſtudio uoluptatis, 329.
Venus Paridi Helenæ coniugium pollicetur. 388.
Verba odioſa cauenda, 537.
Veritatis ſtudium, 34. Veritatis præſidium contra popularem opinionem, 313. Veritati repugnare, impudens, 416. impoßibile. 448. Veritatis fiducia, 483. Veritati aſſentiendum, 583. Verſuum & numerorum uis, 347.
Veſtitus ratio, 13. regis ſplendidus eſto, 38.
Vetuſta putantur fabuloſa, 82. fide digna, 83.
Vicinis moleſti, uicini calamitatibus, 331.
Vinci turpe in amore, 12 interdum utile, 35. uictoria uirtutis, Fortunæ, 105. Inuicti, qui hoſti non cedunt, 105. uictoria utendi inſcitia, calamitoſa, 166. iniuſta non laudanda, nec uinci ſine ignauia, turpe. 494. Victoria penes æquitatis ſtudioſos, 554.
Violenti & rapaces illuſtres, 112. & 515. inuidioſi & odioſi, 171.
Viri fortes mortem ſeruituti et turpitudini antepo-

teponunt, 107. *uiri in præclaris numerandi*, 321. *uiri fortes* Regibus *formidabiles*, 364. *Virorum præſtantium munera, legum & Reipublicæ conſtitutio*, 415.

Virtutis præſtantia, 5. 6. *Sine præceptis non paratur*, 7. *Veras uoluptates parit*, 20. *Virtute gloriandum*, 37. *Virtutis eſt rectè facere: eloquentiæ, benedicere*, 47. *Virtus ſe nobilitari uult*, 53. *Iuſticia & temperantia præſtantiſſimæ uirtutes*, 58. *ſummum bonum*, 65. *Virtutis opinio utilior diuitijs*, 66. *Virtus reuera improbitate potior*, 69. *Virtutis paris diſpar euentus*, 105. *Virtus obnoxia legibus, & populi arbitrio, infirma*, 153. *multitudine præſtantior*, 231. *Virtus uerarum utilitatum effectrix*, 302. *Deo gratior & honeſtior*, 303. *laudatur facilius quàm perſuadetur*, 303. *Veteres, uirtute facti immortales*, 368. *multis rebus poſtponitur*, 393. *Virtutum Iſocratica enumeratio*, 437. *Virtutis eſt aliorum uecordiæ & miſeriæ remedia quærere*, 486. *ἀρετὴ ἀντὶ ὑπεροχῆς præſtantia*, 494. *Virtutis meditatio per maleficia*, 504. *Virtutes non ſemetipſas, ſed eos penes quos ſunt, beant*, 509. *Virtus doceri nequit*, 538. *præcepta ad uirtutem*

tem præparant, 539.
Virtutis monimenta
conſeruanda, 561.
Virtutes quæ ſint expe-
tendæ? 747. Virtutis
eſt præferre gloriam
nummis, 770. Virtus
etiam in priuata uita,
gratioſa, 779.
Vitæ præſidia paulatim
conquiſita, 84. Victus
inprimis curandus
egentibus, 86. Vita fla-
gitijs interit, uirtute
conſeruatur, 222.
Vni placere facilius eſt,
quàm multis, 53. Vni-
uerſa reprehendere,
laudare ſingula, 456.
Voluptas honeſta expe-
tenda, 9. imperandum,
11. ualetudini ſtultè
præfertur, 20. diſſi-
mulanda, 37. Vtilitati
poſtponenda, 41. Vo-
luptatibus pernicioſis
plerique dediti ſunt, 42.
Voluptariorum homi-
num peruerſitas, 43.
43. uoluptates explen-
dæ ſine aliorum iniuria,
61. uoluptas ex rei
benè geſtæ gloria, 63.
iucunda præferuntur
ſalutaribus, 329.
Voluptatem ſapientes
multis alijs rebus ante-
ponunt, 389.
Vrbanitas cum grauita-
te, 39.
Vrbis adminiſtratio, 33.
facta à prima origine
repetenda, 81. Vrbi-
bus primarijs honeſtas,
paruis incolumitas ſpe-
ctanda 107. Vrbibus
accidere ſolitæ calami-
tates, 521. Vrbes ty-
rannicæ fugiendæ, 575
Vrbanorum munerum
extenuatio, 645.
Vrbes è multis cladibus
elucta-

eluctari poſſunt, 745. urbium ornamenta ſapientes magiſtratus, & homines eruditi, 777.
Vſus bonus, bona ſtudia commendat, 566. naturæ donorum laudabilis, 581.
Vtilia præferenda iucundis, 41.
Vtilitatis cauſa & Dij & uirtutes coluntur, 48. utilia amplectenda, rixis omiſsis, 79. utilia inſtituto noſtro non prætereunda, 99. præ utilitate & inimicitiæ & iuſiurandum uulgò negliguntur, 163. Vtilia nobis ex amicorum & inimicorum ſententijs colligenda, 174.
Vtilitas non præferenda æquitati, 221. Vtilitati ſuæ ſtudet omnes, ſed non conſulunt omnes, 300.
Vulgus ex opinione iudicat, 9. ſplendorem principum miratur, 28. fabulis gaudet, 43. quædam ſtultè amat, 195. Peruerſa de conſultoribus iudicia, 294. de oratoribus, 432. excellentiam omnem odit, 432. mauult lædere, quàm lædi, 468.
Vultus ſit ſeuerus, 8.
Vxore una Rex contentus, 61. fides coniugij ſeruanda, 62.

X.

Xenotimus Cancri, F. 674. Xenotimus ſycophanta, 682.

Xerxes

Xerxea expeditio immenſa, 104. *inſidioſa pacificatio cum Athenienſibus*, 106. *Xerxes ex hoſte amicus Græcorum*, 162. *Xerxes occupatus*, 555. *non fractus clade accepta in Græcia*, 745. *Pax perpetua facta cum Xerxe à Græcis*, 483.

Z.

Zenonis paradoxon, 375.
Zeuxis, 568.

FINIS INDICIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CASTIGATIO ERRATORVM.

Paræneſi folio,
13. *In ueſtitu fac ingentem cumulum.*
14. *quoslibet dele in contextu, et annota in margine* ✱ *&* *in contextu poſt, quàm* ✱
Ad Nicoclem *folio.*
32. Oligarchias.
In Panegyrico *folio,* 89. *tam ex inſcitia,*
102. *In margine:* Dij *belli* Perſici *autores,*
120. *Cõtrouerſijs noſtris*
126. *hæ inſidiæ.*
130. *ingratiã reditũ eſt.*
136. *beneuolentia coniungamur.*
137. *illaq; omnia comprobamus,*
142. *aduerſus depoſitũ.*
In Philippica *folio.*
149. *laudaret.*
152. *In margine.*
Reſpublicæ *philoſophorum.*
153. Quibus *ego.*
154. *In margine & attentionem.*
161. *qui priuatim inter ſe pugnant.*
164. Leuctricam.
167. *animum adieciſſe.*
193. *pro ſuggeſtu inſaniunt.*
In Archidamo *folio.*
218. Meſſenam, *quam.*
249. *uel hos uel illos iniqua poſtulare.*
In Areopagitico *folio.*
263. *& ad agros colẽdos*
272. *In margine.*
Curatio.
Pauperum.
Adoleſcentum.
Magiſtratuum
Senum.
273. *de hiſce facilè intelligitur.*

per quos antehac.
275. cum nauibus.
276. ab hoſtibus.
non Græciæ tantùm.
278. aliàs temerè præſentem ſtatum.
283. cum nos putarem.
In oratione de Pace folio.
300. à ſententia uos.
oratione uti: & alia.
309. commiſerit.
318. infenſi nobis.
328. mediocrem uitæ.
331. uobis euenit.
In Euagora, folio.
344. ſplẽdido apparatu.
de actionibus.
345. ornare poſſunt.
346. quod facturus.
ego ſum.
366. pacem fecerint.
In margine; Comparatio Euagoræ cum Lacedæmonijs & heroibus.
et: congeries epilogica.
In Helenæ laudatione, folio.
373. ad Theodecten.
393. uel ſapientia, uel.
396. tantam gratiam.
In Buſiride, folio.
411. In margine.
Lacedæmonij AEgyptijs deteriores.
In Panathenaico. folio.
422. uictor, redimitur.
424. rudiorē in legendo.
427. mollior prius editis
431. earum orationum.
445. ſi qui alijs autores.
459. Meſſeniorum reliquijs.
465. deteriores ſunt
459. In margine.
Nullum Tragicum.
471. quæ olim in eius.
473. optimè ac iuſtiſſimè.
in quauis republica.
tum inter ſeſe.
474. In margine.
Monarchia, dele.

475. decies mille uerſuũ.
477. illi odiſſent.
486. In margine,
Veteres Athen dele.
& poſteà. Nam cum
aliàs: ad marginem
aſcribe:
Coloniæ
deductæ.
510. ea quæ de noſtra,
515. perfectorum ho-
minum officia.
In margine.
ἀποικίαι.
516. ſeriò abs te agi.
519. et per collationem.
In Plataico, folio.
563. & inimicitiarum,
quæ uobis.
In oratione de permu-
tatione folio.
565. uel ab eloquenti-
bus.
579. tractatione inter-
ſerenda.
nec ea credatis.
580. nec omnino fieri
poteſt.
neq; nunc, quicquam
tale mihi quenquam
obieciſſe conſtat.
566. & delatum à
Græcis.
601. in Atticam deſcen-
diſſent.
604. nec ulla ſalutis
ſpes.
607. adoleſcentes ui-
dear.
608. tantam uobis:
609. remedium aliquod.
614. nihil ut diſſimu-
lem.
616. Imperitare qui-
dem.
622. nullis auxilijs.
623. maxima præmia.
624. partes audiuiſtis.
In oratione de Bigis.
643. gloria floruerunt,
ut
tantam redderent.

645. In margine urba-
norum munerum.
651. referũtur: non,
682. quo illi fuerunt,
nunc autem per uos.
In Trapezitico folio.
653. cupiditate,
legatis.
658. oppreſſo.
659. In margine
occultatio.
662. ut quàm longiſſimè
669. redditurus eſſet,
trecentas ei drachmas.
672. rerum mearum
tum fuit)
reformidans.
In Exceptione aduerſus
Callimachum, folio.
680. In margine
Ereptio pecuniæ.
682. Xenotimo.
692. me feciſſe probet.
696. teſtimonium di-
xiſſent.
697. quo is facinore,
699. eſſem infeliciſſimus
In AEginetico folio.
709. nihil borũ auertit.
710. eas æquius eſt ha-
bere.
712. ſufficere potuiſſe.
In Lochite, folio.
723. eos qui id uiolant.
737. Sic & de maiore.
In epiſtolis, folio.
742. ea me doctrina.
745. In margine,
Laconicorum regum.
766 Hæc propterea,
769. periculis & malis.
773. proficiſceretur.
776. et in iſta ſeditione.
In uita Iſocratis,
folio.
785. In margine,
filius adoptiuus.
791. præ ſe ferens.
793. nec ibi uerba.
800. minimè recipit.
813. utiliſſimã cenſeant.
828. Illis, dum Græcis.
839. è quibus character.

840. *Amphyctionica)*
848. *pertinent nouem*
cius epiſtolæ.
853. *καταπεπατημένομ φορεῖμ.*
855. *grǽcé latineq́;.*

λίαμ.
βίαυτα.
ἐσθίειμ.
861. *incitarim.*
863. *τὸ ποῖομ δή;*
laudatur.

Hæc tametſi pleraq; parui momenti, & propter rudiores & moroſiores, annotare viſum eſt: leuioribus & frequentioribus erratulis accentuum, diſtinctionum, inuerſarum, tranſpoſitarum, literarum, ſyllabarum item nunc perperam connexarum, nunc diuulſarum, &, ſi qua id genus alia ſunt, diſsimulatis.

τὰ γὰρ τῶμ χαλτοπύπωμ σφάλματα τῆς λερναίας ὕδρας (φησὶμ ὁ μούσουρος) τὄντα πολυπλοκώτερα, τίσἄμ ἡρακλῆς ἐκτέμνωντε καὶ περικαίωμ οὐκ αὖ ἀποκάμοι;

Iocus in craſsitudinem libelli.

Indignatus in exigua macreſcere charta
Iſocrates, magna ſic quoq; bile tumet.
Sed citò maior erit (faueant modò numina cœptis)
Ornatus ſcholijs, Græca, latina loquens.
Inſignes exculpe typos, nitidamq; papyrum
Quære, Dijs charus quem citharœdus amat.

Δόξα καὶ χάρις τῷ
πολυελέῳ θεῷ

AVGVSTAE VINDELI-
CORVM SVMPTIBVS GEORGII
Vvilleri, Bibliopolæ, apud
Mattheum Francum.
M. D. LXVI.